

verint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedii conferre, non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quidquā mederi, non ligaturas ossium, vel herbarum, cuiquam mortalium adhibititas prodesse, sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. *Tur. sub Carolo cap. 42. Burch. lib. 10. cap. 40. Ivo part. 11. cap. 65.*

## C A P U T XXV.

*De celebrat. miss. cap. 2. Greg. c. 2. de suffrag. in 2. coll.* Quidam laicorum, & maxime matronæ habent in consuetudine, ut per singulos dies audiunt Evangelium: *In principio erat Verbum, & missas peculiares, hoc est, de sancta Trinitate, aut de sancto Michaele. Et ideo sancitum est in eodem concilio, ut hoc ulterius non fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis fidelium audire velit pro reverentia sanctæ Trinitatis, non pro aliqua divinatione, &c. Saledunst. c. 10. post Burch. decretum. Ivo part. 15. cap. 176. decret.*

## C A P U T XXVI.

*De conf. d. 1. c. 29. in fin. Mart. Brac. cap. 69. Burch. lib. 10. cap. 38. Ivo part. 11. c. 63. decret.* Non liceat christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare mortuis. *Mart. Brac. cap. 73. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 13. Ivo part. 11. cap. 40. decret.*

## C A P U T XXVII.

*26. q. 5. c. 3. Mart. Brac. cap. 74. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 15. Ivo part. 11. cap. 42. decret.* Non liceat christianis tenere traditiones gentilium, & observare, & colere elementa. *Mart. Brac. cap. 73. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 13. Ivo part. 11. cap. 40. decret.*

## C A P U T XXVIII.

*26. q. 7. c. 6. Mart. Brac. cap. 74. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 15. Ivo part. 11. cap. 42. decret.* Non liceat iniquas observationes agere diebus Kalendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganissima est. *Mart. Brac. cap. 74. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 15. Ivo part. 11. cap. 42. decret.*

## C A P U T XXIX.

*26. q. 5. c. 3. in fin. Mart. Brac. cap. 76. Burch. lib. 10. cap. 19. Ivo part. 8. cap. 330. C' part. 11. cap. 46. decret. De jejunio diei Dominici prohibito; vide lib. XX. de paschate, C' diebus festis tit. XIII.*

## T I T U L U S V.

DE AUGURIIS, ET ALIIS DIVINATI-  
NUM GENERIBUS.

## C A P U T I.

*26. q. 5. c. 1. Greg. II. in synod. Rom. cap. 12. Burch. lib. 10. cap. 23. Ivo lib. 8. tit. 5. cap. 1. panorm. C' part. 11. cap. 1. decret.* Si quis ariolos, aruspices, incantatores obser-  
vaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit. *Greg. II. in synod. Rom. cap. 12. Burch. lib. 10. cap. 23. Ivo lib. 8. tit. 5. cap. 1. panorm. C' part. 11. cap. 1. decret.*

## C A P U T II.

*2. q. 8. c. 3. in fin. Hæretici omnes, & suspecti, & excommuni-  
cati, homicidæ quoque, atque malefici, &c. seu qui ad fortilegos, magosque concurrerint, nulla-  
tenus ad accusationem sunt admittendi. Eutych. epist. 2. ante med. Ivo part. 6. cap. 333. decret.*

## C A P U T III.

*26. q. 5. c. 10. Contra idolorum cultores, vel aruspices, at-  
que fortilegos fraternitatem vestram vehemen-  
tissimam. Tom. VI.*

tius pastorali hortamur invigilare custodia, atque publice in populo contra hujus rei viros sermonem facere, eosque a tanti labore sacrilegii, & divini intentione judicii, & praesentis vita periculo adhortatione sua forta revocare. Quos tamen si emendare se a talibus, atque corrigere nolle repereris, ferventi comprehendere zelo te volumus; & si quidem servi sunt, verberibus, cruciatusque, quibus ad emendationem pervenire valeant, castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in poenitentiam redigendi; ut qui salubria, & a mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. *Greg. lib. 7. epist. 66. ad Januarium Episcopum Caralitanum. Burch. lib. 10. cap. 3. Ivo part. 11. cap. 32. C' 95. decret. Caesar. lib. 8. cap. 91.*

## C A P U T IV.

Pervenit ad nos, quod quosdam incantatores, *26. q. 5. c. 3.* atque fortilegos fueris insecurus, & omnino nobis sollicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas, &c. Et ideo studii tui sit, sollicite querere, & quoscumque hujusmodi Christi inimicos inveneris, districta ultiōne corriger. *Greg. lib. 9. epist. 47. Hadriano notario. Burch. lib. 10. cap. 4. Ivo part. 11. cap. 33. decret.*

## C A P U T V.

Divinos, vel fortilegos, sacrificia mortuorum, vel lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, vel incantatores, & veneficos, id est maleficos, & observations sacrificiales, quæ in vestris finibus fieri solebant, omnino relpentes tota mentis intentione ad Dominum convertimini, &c. *Greg. III. epist. 1. in med.*

## C A P U T VI.

De Kalendis Januariis, vel ceteris auguriis, phylacteriis, & incantationibus, vel aliis diversis observationibus, quæ gentili more observari disti, apud beatum Petrum Apostolum, vel in urbe Roma; hoc a nobis, & omnibus christianis detestabile, & perniciolum esse judicamus, dicente Deo: *Non augurabimini, nec observabis so- mnia; & iterum: Non est augurium in Israel: Num. 22. nec observatio in domo Jacob.* Ita & a nobis cendum esse censemus, ut nullis auguriis, vel observationibus attendamus, quia omnia hæc absita esse a patribus sumus edocti, &c. & nos ea amputavimus, &c. & sanctæ recordationis prædecessoris, atque nutritoris nostri Domini Gregorii Papæ constitutione omnia hæc pie, ac fideliter amputata sunt, &c. *Zachar. ep. 6. post med.*

## C A P U T VII.

Qui divinationes experunt, sub regula quin-  
quennii jaceant. Unde ad illorum similitudinem,  
sortes, quibus vos cuncti in vestris discrimina-  
tis judiciis, nihil aliud, quam quod illi patres da-  
mnarunt, divinationes, & maleficium esse decen-  
imus. Quamobrem volumus illas omnino da-  
mnari, & ultra inter christianos nolumus nomi-  
nari, & ut abscondantur sub anathematis interdi-  
cto præcipimus. *Leo IV. in epist. ad Episcopos  
Britanniæ cap. 4. Raban. cap. 23. de pœnit.  
Burch. lib. 10. cap. 27. Ivo lib. 8. tit. 6. cap. 1.  
panorm. C' part. 11. cap. 48. decret.*

Kkk

CA-

## 442 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T VIII.

Desertis, quod soliti fueritis, quando in prælium progrediebamini, dies, & horas observare, & incantationes, & joca, & carmina, & nonnulla auguria exercere: & instrui desideratis, quid nunc vobis agendum sit. De quo nos necessario vos instrueremus, nisi super hoc vos divinitus instrutos contueremur; super divinum enim fundatum nos ædificare quidquam non possumus. Igitur cum in prælium proficiendi disponitis, quod ipsi commemorasti agere, in Dei nomine non omitrite: id est, ad Ecclesiæ ire, orationes peragere, &c. Nam illa, quæ commemorasti, id est diei, & horæ observations, incantationes, joca, & iniqua carmina, atque auguria, pompa, ac operationes diaboli sunt, quibus, Deo gratias, jam in baptismate abrenuntiasti, & hæc cum veteri homine, & astibus ejus, quando novum induisti, omnino deposuisti. *Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 35.*

### C A P U T IX.

<sup>26. q. 5.c.2.</sup> Qui auguria, auspicia, somnia, divinationes secundum morem gentilium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos suas lustrent, confessi quinquennio pœnitentiam agant secundum regulas antiquitus constitutas. *Ancyr. cap. 24. G. 23. L. Leo IV. ad Episc. Britann. cap. 4. concil. Trost. cap. 15. Mart. Brac. cap. 71. Raban. cap. 23. de pœnit. Capit. lib. 7. cap. 21. in addit. prioribus. Burch. lib. 10. cap. 5. Ivo lib. 8. tit. 5. cap. 2. panorm. C part. 11. c. 2. decret. C pœnit. Rom. tit. 6. cap. 1. C 20.*

### C A P U T X.

Augur, aut pantomimus, si ad artes suas revertantur, proiiciantur ab Ecclesiæ. *Eliber. c. 62.*

### C A P U T XI.

<sup>26. q. 5.c.4.</sup> Non oportet clericos, magos, vel augures, aut incantatores esse, aut mathematicos, aut astrologos, aut phylacteria facere, quæ animarum vincula sunt. Si fecerint, ab Ecclesiæ eiiciantur. *Laod. cap. 36. Agath. cap. 68. ubi deest math. aut astrolog. Mart. Brac. cap. 61. Capit. lib. 1. cap. 21. Raban. cap. 23. de pœnit. Ivo lib. 8. tit. 5. cap. 3. panorm. C part. 11. cap. 3. decret.*

### C A P U T XII.

<sup>26. q. 5.c.5.</sup> Auguriis, vel incantatoribus servientem a conventu Ecclesiæ separandum, similiter & superstitionibus judaicis, vel feriis inharentem. *Carth. IV. cap. 89. Burch. lib. 16. cap. 7. Ivo lib. 8. tit. 6. cap. 4. panorm. C part. 11. cap. 35. decret. Tarrac. lib. 4. cap. 73.*

### C A P U T XIII.

Si quis astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit. *Tolet. I. in fine.*

### C A P U T XIV.

<sup>26. q. 5.c.6.</sup> Alianti clerici, sive laici student auguriis, & sub nomine fidæ religionis, quas sanctorum fortis vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, in hoc quicunque clericus, vel laicus detectus fuerit, vel consulere, vel docere, ab Ecclesiæ habeatur extraneus. *Agath. cap. 42. Venet. c. 16. Rab. cap. 23. de pœnit. Ivo lib. 8.*

*tit. 6. c. 1. panorm. C part. 11. cap. 4. decret. Burch. lib. 10. c. 27.*

### C A P U T XV.

Si quis clericus, vel monachus, vel sacerdos divinationem, vel auguria crediderit observanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, cum iis, qui eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur. *Aurel. c. 32.*

### C A P U T XVI.

Si qui viri, ac mulieres divinatores, quos dicunt esse: *Caragios*, atque *Soriticarios*, in cuiuscumque domo Gothi, Romani, Syri, Græci, vel Judæi fuerint inventi, aut quis ausus fuerit amodo in eorum vana crimina interrogare, & non hoc voluerit annunciare; pro hoc quod præsumpsit, non solum ab Ecclesiæ suspendatur, sed etiam sex auri uncias Comiti civitatis inferat. Illi vero, qui tali iniuitate repleti sunt, & sortes, & divinationes faciunt, & populum prævaricando seducunt, ubi inventi, vel inventæ fuerint, seu liberi, seu servi, vel ancillæ sint, gravissime publice fustigantur, & venundentur, & pretia ipsorum pauperibus erogantur. *Narbon. c. 14.*

### C A P U T XVII.

Non licet ad fortilegos, vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quas sanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt, aspicere: sed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat. *Antifiod. cap. 4.*

### C A P U T XVIII.

Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, clericus magos, aut aruspices, aut ariolos, augures, vel fortilegos, vel eos qui profitentur artem magicam, aut aliquem eorum similia exercentem consoluuisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus monasterii censuram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus scelus admisum sacrilegii solvat. *Tolet. IV. cap. 28. Raban. c. 23. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 48. Ivo lib. 3. tit. 15. c. 3. C lib. 8. tit. 5. c. 4. panorm. C part. 11. c. 5. C c. 73. decret.*

### C A P U T XIX.

Dicente Apostolo: *adherens Domino unus 1. Cor. 6. Spiritus est cum eo*, qui cum ejus adversario habitat unus fit cum illo adversario. Qui igitur dæmonia se habere fingunt, & suis moribus illos simulant, jubemus eos illis pœnis, & rationibus puniri, ut vere dæmonia habentes. *Trull. c. 60.*

### C A P U T XX.

Qui se vatibus dedunt, vel coarturionibus quibusdam, vel his similibus, ut ab eis discant, quæ ignorant, juxta antiquas patrum definitiones, pœnitent sex annis. Item qui ursas servant, vel alia animalia ad lusum, & læsionem simplicium, & fortunam, & fatum, & genealogiam, & qui horum verborum multitudinem juxta erroris vanitatem fundunt. Item nebularum persecutores, & impotentes, & phylacterios, & vates. Qui perseverant, neque pœnitent, & aversantur has pernicious, & paganorum curas, omnino ab Ecclesiæ eiici volumus, ut sacri canones dicunt: *Quæ societas luci ad tenebras*, ut ait Apostolus: *quæ conventionio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli, cum*

*cum infidelis? Qui autem consensus templi Dei cum idolis?* Trull. c. 61.

## C A P U T X X I.

Episcopus det operam, ut populus ab auguriis, & incantationibus abhorreat. Franc. syn.

## C A P U T X X I I .

*Lev. 20.3.* Extant, & alia perniciosissima mala, quæ ex ritu gentilium remansisse dubium non est, ut sunt magi, arioli, sortilegi, benefici, divini, incantatores, somniorum conjectores, quos divina lex irretractabiliter puniri jubet, de quibus in lege dicitur: *Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis ponam faciem meam contra eam, &c.* Ferunt enim suis maleficiis aera posse conturbare, & grandines immittere, futura prædicere, fructus, & lac auferre, aliisque dare, & innumera a talibus fieri dicuntur. Qui ut fuerint hujusmodi comperti viri, seu feminæ, in tantum disciplina, & vigore Principis acris corrigendi sunt, in quantum manifestius ausu nefando, & temerario servire diabolo non metunt. Paris. sub Lud. & Lothar. lib. 3. cap. 2.

## C A P U T X X I I I .

Extant & altera diversorum criminum mala, quæ improbat, & condemnat lex divina, &c. ut sunt illa, quæ ex paganorum ritu adhuc superesse videntur, scilicet, magica, sortes, phylacteria, beneficia, divinationes, incantationes, somniorum conjectiones, quæ omnia punire jubet lex divina, quia manifestissime in talibus servitus est diabolica. Trost. c. 15.

## C A P U T X X I V .

*26. q. 5. c. 3.* Si quis paganorum consuetudinem sequens di-  
Non liceat. vinos, & sortilegos in domum suam introducerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant. Mart. Brac. c. 71. Ancyrr. c. 24. G. 23. L. vide supra c. 10. Trost. c. 15. Raban. c. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. c. 6. Ivo part. II. c. 34. decret.

## C A P U T X X V .

*26. q. 5. c. 3.* Non liceat christianis tenere traditiones Gentilium, & obseruare, & colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam, pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas, vel conjugia socianda. Scriptum est enim: *omnia, quæ facitis, aut in verbo, aut in opere omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo.* Mart. Brach. cap. 73. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 13. Ivo part. II. cap. 40. decret.

## C A P U T X X VI .

*26. q. 5. c. 3.* Non liceat in herbarum collectionibus, quæ medicinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino, & oratione dominica, ut tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. Mart. Brac. c. 75. Rab. c. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. c. 20. Ivo part. II. c. 47. decret.

## C A P U T X X V I I .

Qui præstigias, vel beneficium fatetur, is, homicidæ tempore confitebitur, ita dispensatus,

ut qui in unoquoque peccato se ipsum convicit. Basil. ad Amphiloche. c. 64.

## C A P U T X X V I I I .

Qui se variis, vel ejusmodi aliis tradit, ipse quoque homicidarum tempore punietur. Basil. ad Amphiloche. c. 71.

## C A P U T X X I X .

Qui vaticinantur, & gentilium consuetudinem sequuntur, & aliquos in ædes suas introducunt ad veneficiorum inventionem, & eorum expurgationem, cadant in canonem sexennii, & postquam anno defleverint, & anno audierint, in tribus annis substrati, & anno cum fidelibus consistentes, sic admittantur. Basil. ad Amphiloche. c. 82. vide c. 52. 65. Greg. Nyss. c. 2. ad Latonum Ancyrr. c. 24.

## C A P U T X X X .

Qui ad præstigiatores, vel vates abierunt, vel eos, qui per dæmones se piacula quædam, & aversiones operaturos pollicentur, ii exakte interrogantur, & examinantur, utrum in fide in Christum permanentes a necessitate aliqua ad illud peccatum impulsi sunt, &c. an omnino neglegto, quod a nobis creditum est, testimonio, ad dæmonum societatem se contulerunt. Si enim ad fidem infirmandam, & quod Deum esse non credent, qui a christianis creditur, & adoratur, illud fecerunt, erunt scilicet transgressorum iudicio obnoxii. Sin autem non ferenda necessitas aliqua, pusillo, & abjecto eorum animo superato, eo deduxit falsa aliqua spe deductos, similiter erit & in ipsis clementia, instar eorum, qui tormentis in tempore confessionis resistere non potuerunt. Greg. Nyssen. ep. canon. c. 3.

## C A P U T X X I .

Sanctus Augustinus dixit: „Qui prædictis mai-  
lis, id est caragis, & divinis, & aruspibus,  
vel phylacteris, & aliis quibuslibet auguris  
crediderit, et si jejunet, & oret, et si jugiter ad  
ecclesiæ currat, et si largas eleemosynas faciat,  
et si corpusculum suum in omni afflictione cru-  
ciaverit, nihil ei proderit, quamdiu sacrilegia  
illa non reliquerit“ Bonif. in epist. ad Zan-  
char. in fin.

## T I T U L U S VI.

## DE PERJURIO.

## P A R S P R I M A.

Quo tempore non servandum jusjurandum.

## C A P U T I .

P Ræsenti decreto statuimus, ut semper præ-  
valeat, & suum consequatur effectum, quod fiunt a ma-  
jori, vel senioris parte concilii \* fuerit con-  
stitutum. Nec constitutionem nostram impedi-  
at, si forte aliquis ad conservandam Ecclesiæ suæ  
consuetudinem se juramento dicat astrictum.  
Non enim dicenda sunt juramenta, sed potius  
perjuria, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam,  
& sanctorum patrum veniunt instituta. Alex. III.  
in concil. gen. Later. c. 16.

## C A P U T I I .

Qui sacramento se obligaverit, ut litigans cum 22. q. 4. e.  
quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perju-  
rio uno anno a communione sanguinis, & corpo-  
ris Domini segregatus reatum suum eleemosynis,

K k k 2

fle-

Sermo. do  
temp. 241.

De iis, quæ  
fiunt a ma-  
jori parte cap.  
ap. Gr. IX.  
& in 1. coll.  
capituli.

## 444 Juris Pontificii Veteris Epitome

*1. Pet. 4.* fletibus, & quantis potuerit jejuniis absolvat, ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, venire festinet. *Ilerd. cap. 7. Trosl. c. 11. pœnit. Rom. tit. 2. c. 11. Raban. c. 20. de Pœnit. Burch. lib. 11. c. 17. Ivo part. 11. c. 47. decr.*

**C A P U T III.**

*22. q. 4. c. 1.* Si publicis sacramentorum gestis a quibuslibet illicita, vel non bona extitisset conditio alligata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis: nunquid non tolerabilius esset, stulta promissio reiicere vota, quam per inutilium promissorum custodiam exhorrendam criminum implere mensuram? &c. Promissionis incaute crudam, cruentamque temperare sententiam, illa quam maxime compellimur caussa, quod hæc [duo mala, licet sint omnino cautissime præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum temperare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, pietatis acumine vestigemus; etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus, cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim dupli culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur, &c.

*22. q. 1. c. 9.* *[Incommutabilis eademque semper existens Dei natura, parcens, sua sæpe in sacris litteris legitur mutasse præmissa, & pro misericordia temperare sententiam. Unde quamlibet sit imparsibilis, atque immutabilis, ejusdemque deitatis, licet sint dicta firmissima, crebro tamen ejus, & juramenta leguntur, & poenitentia, quæ sacris extant mysteriis adoperta. Jurare namque Dei, est a seipso nullatenus ordinata convellere: poenitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare: sic enim per Hieremiam dicit: Repente loquar adversus gentem, O aduersum regnum, ut eradicem, O destruam, O disperdam illud, si penitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam O ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, ut fa-*

*Hier. 18. cerem eis, &c. Praeclarus auctor Ambrosius sic offic. c. 50. loquitur: „Est etiam contra officium nonnunquam solvere præmissum, & sacramentum custodire: ut Herodes qui juravit, quoniam quidquid petitura esset, daret filia Herodiadis: & necem Joannis præstitit, ne præmissum deneretur. Nam de Jephate quid dicam, qui immolavit filiam, quæ sibi viatori primum occurserat, quo votum impleret, quod sponderat, ut quidquid sibi primum occurrisset, offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quam præmissum solvere parricidio.“ Item*

*Lib. 1. de offic. c. 50. in libro tertio: „Sæpe plerique constringunt se jurisjurandi sacramento, & cum ipsis cognovissent promittendum non fuisse, sacramenti tamquam contemplatione faciunt, quod sponderant, sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe est, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele quod mors prophetæ pro*

„jurisjurandi religione datur. Quanto tolerabilius fuisset perjurium sacramento?“ &c. Nostri quoque factuli docto egregius Isidorus in lib. sentent. secundo hæc pro tali narrat negotio: „[Non est conservandum sacramentum, quod male, & incaute promittitur; velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur; tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio“. Similiter in Synonymis: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto Job 2. muta decretum. Quod incaute vovisti non facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpleatur. Tolet. VIII. c. 2. Raban. cap. 21. de pœnit. Burch. lib. 12. cap. 10. O cap. 29. Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 8. 16. 25. 30. panorm. O part. 12. cap. 9. 16. 17. 67. decret. Anselm. lib. 11. cap. 165. Cæsar. lib. 6. cap. 8. O 13.

**C A P U T IV.**

Non possunt utraque sejuncta æqua observantiae lance servari: quia si promissa cognatis fides servetur, populis, quæ promissa sunt, deperibunt: & iterum si data in populis intemerata Deo sacramenta serventur, cognatis proculdubio promissa beneficia negabuntur; neque unius partis præstatio, sine alterius potest esse dispensatio. Quid ergo? nunquid ob hoc utraque juramentorum promissa solvenda sunt, quia singula invicem sine culpa agi non possunt? absit. Transfundendum ergo est unum in alterum, & ad unam regulam redigendum, ita ut minoris partis vota potioribus sint conjuncta, &c. Sic ergo ab illis vinculis jamenti, quibus socero ante juravit, principem nostrum Egicanem Regem sancta synodus absolvendum elegit; ut aut cognatos ad populorum regulam dirigit, aut populos in cognitorum justam defensionem assumat, &c. Tolet. XV. in fine.

**C A P U T V.**

In quadam homilia beati Bedæ presbyteri legimus: „Si forte nos incauti juraſſe contigerit, quod scilicet observatum pejorem vergat in exitum, libere illud mutandum noverimus, salubriori consilio“. Tribur. cap. 21. ex Beda homil. decollat. S. Joann. Bapt.

**C A P U T VI.**

Illud volumus esse notum, quoddam juramentum, nullo modo a christianis observandum; videlicet cum malum aliquod incaute, vel etiam scienter jurando promittatur; velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur; aut si quis ne ad pacem redeat, vel ut aliquod flagitium committat, se sacramento constringerit. Tolerabilius est denique non implere sacramentum, quam in illo, quod male spopondit, permanere; vel quod decrevit, perficere flagitium. Trosl. cap. 11.

**C A P U T VII.**

Quod juravi, juratus sum: quodque pejeravi, novi: verum Dominum meum, & creatorem non abjuravi; te vero non audio. Sophronius Hierosolym. Episc. in limonario apud VII. synod. gener. action. 4. post medium.

**C A P U T VIII.**

Joannes religiosissimus monachus dixit: „In di-

22. q. 4. c.  
18. Actione.

„ dicant verba Sophronii; quod scilicet præstat  
„ jurantem pejerare, quam plane juramentum  
„ in destructionem venerandarum imaginum  
„ servare “. Joannes Vicarius sacerdotum  
Orientis *ibid. post med. Cæsar. lib. 6. cap. 4.*

## C A P U T IX.

Herodes bene juravit, sed perit. Petrus autem negans Dominum cum jurejurando, deinde regressus, postquam flevisset, servatus est. *Tharas. ibid. post medium.*

## C A P U T X.

*Zach. 8.* Leo Episcopus Phœcæ dixit: „ Scriptum est,  
„ quod falsum jusjurandum non amabitis: hu-  
„ jus gratia falsum nostrum juramentum, ve-  
„ luti nullum habens robur, remittetur “. *Ibid.*  
*post med. Ivo part. 12. cap. 15. decret. C lib. 8.*  
*tit. 8. cap. 13. 14. 15. panorm.*

## C A P U T XI.

Id quod est jurare Principes, quod subjectis  
male facturi sunt, magna medicina opus habet.  
Medela autem eorum est duplex: una quidem,  
ut ipsi doceantur non facile jurare: altera autem,  
ne in malis judiciis persistant. Quare, qui se al-  
teri malefactorum jurare anticipavit, quod ad ju-  
randum nimium facilis fuerit, se poenitere ostendat:  
non autem pietatis prætextu suam impro-  
bitatem confirmet, neque enim Herodi jurasse  
profuit, qui ne pejeraret, prophetam occidit, &c.  
Quare eum, qui juravit, poenitere, non impie-  
tatem studere, confirmare oportet, ejus enim  
absurditatem fusius exquire. Si quis se fratris ocu-  
los effossum juraverit, eine honestum est, hoc  
ad effectum deducere? Si quis se imperfectum,  
si quis omnino juraverit mandatum aliquod  
transgressum? *Basil. ad Amphilius. cap. 29.*

P A R S S E C U N D A.  
De pœna illius qui pejeravit.

## C A P U T I.

**S**Tephanus Deo amabilis diaconus, & nota-  
rius legit Epitium, quod definierunt san-  
ctissimi Vicarii, & tota sancta synodus iis, qui  
contra Ignatium sanctissimum Patriarcham men-  
daciter juraverunt, &c. Definimus, & promul-  
gamus, eos, qui non poenituerunt, neque an-  
nuntiaverunt, neque epitium acceperunt, sed  
permanerunt in duritia cordis sui, &c. per se-  
ptem annos epitium habere propter manifesta-  
tum peccatum: in duobus annis extra ecclesiam,  
& in aliis duabus intra Ecclesiam audire divinas  
scripturas usque ad catechumenos, non tamen  
ullo modo communicare; sed abstineat a carni-  
bus & vino quatuor annis, præter Dominicos  
dies, & præter dominicas festivitates, & in aliis  
tribus annis stare cum fidelibus, & mereri divi-  
nam communionem in solis dominicis solemnitatibus  
cum eleemosynis, & orationibus, atque  
jejunis, ita ut tribus diebus hebdomadæ, secun-  
da videlicet, quarta, & sexta feria, abstineant a  
carnibus, & vino. *Synod. VIII. gener. Constanti-  
nop. sub Hadrian. II. action. 9. ante fin.*

## C A P U T II.

Perjuri excommunicentur. *Greg. VII. in conc.*  
*Rom. ann. incert. cap. 16.*

## C A P U T III.

Si quis treguam frangere temptaverit, post  
tertiam commonitionem, si non satisficerit, Epis-  
copus suus in eum excommunicationis senten-  
tiam dicteret, & scriptam Episcopis vicinis annun-  
tiet. Episcoporum autem nullus excommunica-  
tum in communionem suscipiat, immo scripto  
sulceptam sententiam confirmet. Si quis autem  
hoc violare prælumpserit ordinis sui periculo sub-  
jacebit. *Synod. Rom. sub Innoc. II. cap. 9. apud*  
*Ivo post panorm. Alex. III. in concil. Lat. c. 21.*

## C A P U T IV.

Episcopus, presbyter, diaconus in adulterio, *Dif. 81. e.*  
perjurio, furto deprehensus deponatur, non et-  
iam excommunicetur. *Apost. cap. 25. Tribur.*  
*cap. 11. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 2.*  
*cap. 189. Ivo part. 6. cap. 234. decret. Anselm.*  
*lib. 11. cap. 30. al. 29. in Rom.*

## C A P U T V.

Infames esse dicimus perjuros, raptiores, ma-  
leficos, &c. *Steph. epist. 1. in med.*

## C A P U T VI.

Statuimus cum omnibus, qui nobiscum sunt,  
Episcopis, ut homicidæ, perjuri, &c. nullaten-  
sus ad accusationem, vel ad testimonium, sint  
admittendi, quia infames sunt, & juste repellen-  
di, quia funesta est vox eorum. *Euseb. epist. 3.*  
*in princ.*

## C A P U T VII.

Si quis contra suam professionem, vel conscrip-  
tionem venerit, si clericus fuerit, deponatur, si  
laicus, anathematizetur. *Hadrian. ad Episc.*  
*Mediom. cap. 57. Carth. cap. 13. G. C. Carth. II.*  
*cap. ult. L. Anselm. lib. 3. cap. 88. Capit. lib. 7.*  
*cap. 158.*

## C A P U T VIII.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum,  
triennii tempore abstineat se a communione.  
*Eliber. cap. 54.*

## C A P U T IX.

Qui contra suam professionem, vel subscrip-  
tionem venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit.  
*Carth. II. cap. ult.*

## C A P U T X.

Si ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi reus  
consignatus sit, ad Evangelia datis sacramentis  
de morte, & debilitate, & omnium penarum  
genere: si quis sua sacramenta violaverit, reus  
perjurii, non solum a communione Ecclesiæ, vel  
omnium clericorum, verum etiam a catholicis  
convivio separetur. *Aurel. cap. 1. al. 3. Raban.*  
*cap. 22. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 190.*  
*Ivo part. 3. cap. 107. decret.*

## C A P U T XI.

Si servus confugiens ad Ecclesiam, Domino *Dif. c. 36.*  
sub sacramento immunitatis restitutus sit, & Do-  
minus sacramentum violaverit, a communione,  
& convivio catholicorum extraneus habeatur.  
*Aurel. cap. 3. al. 5. Raban. d. cap. 22. Burch. lib.*  
*3. cap. 192. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 2. panorm. C*  
*part. 3. cap. 109. decret.*

## C A P U T XII.

Si quis clericus in caffis, quæ sub jurejurando  
finienda sunt, præbuerit juramenta, & post  
re-

## 446 Juris Pontificii Veteris Epitome

rebus evidentibus detegitur pejerasse, biennii tempore a communione pellatur. *Aurel. III. c. 8.*

### C A P U T XIII.

De servis pro qualibet causa, si ad Ecclesias septa confugerint, id statuimus observandum, ut si quid in antiquis constitutionibus tenetur scriptum pro concessa culpa, datis a domino sacramentis, quisquis ille fuerit, egrediatur de venia jam tecurus. Enim vero si immemor fidei Dominus transcendisse convincitur, quod juravit, ut is, qui veniam acceperat, probetur postmodum pro ea culpa, qualicumque supplicio cruciatus; dominus ille, qui immemor fuit datæ fidei suspensus sit ab omnium communione, &c. Quod si gentilis dominus fuerit, aut alterius fætæ, qui a conventu Ecclesiae probatur extraneus, is qui servum reperit, pro se requirat bonæ fidei christianum, ut ipse in persona Domini pro servo præfet sacramentum, quia ipsi possunt servare, quod sacrum est, qui post transgressionem, ecclesia metuant disciplinam. *Aurelian. V. cap. 23.*

### C A P U T XIV.

<sup>22. q. 5. c. 7.</sup> Si quis convictus fuerit alios ad falsum testimonium, vel perjurium attraxisse, aut quacumque corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet; hi vero, qui ei in perjurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur. *Matiscon. cap. 17. Burch. lib. 16. cap. 8. Ivo part. 12. cap. 26. Cæsar. lib. 6. cap. 17.*

### C A P U T XV.

Quicumque ex nobis, vel totius Hispaniae populis qualibet conjuratione, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ, gentisque Gothorum statu, vel conservatione regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, &c. anathema sit in conspectu Dei Patris, &c. *Tolet. IV. cap. 74. Tolet. XVI. cap. 10.*

### C A P U T XVI.

Inflexibilis Judæorum perfidia, deflexa tandem videtur pietate, & potentia superna, nam excellentissimus, & christianissimus Princeps, &c. non sinit in regno suo degere eum, qui non est catholicus, &c. Quisquis succendentium temporum regni fortitus fuerit apicem, non ante confundat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit, hanc se catholicam non permisurum eos violare fidem, &c. Si temerator hujus promissi extiterit, sit anathema maranatha in conspectu Dei, & pabulum afficiatur ignis æterni, similique cum eo damnatione perculsi quicunque sacerdotum, vel quilibet christianorum ejus implicati fuerint errore. *Tolet. VI. c. 3.*

### C A P U T XVII.

Si quis religiosorum ab Episcopo usque ad extremum ordinis clericorum, five monachorum\* generalia juramenta in salutem regiam, gentisque, aut patriæ data reperiatur violasse voluntate prophana, mox propria dignitate privatus, & loco, & honore habeatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo reservato, ut an locum,

an honorem, an utraque possideat, concedendi jus, licentiamque principalis potestas obtineat. *Tolet. X. cap. 2.*

### C A P U T XVIII.

Est quorundam sæcularium, & quod pejus est sacerdotum improbanda tatis obstinatio animarum, ut fidem suis principibus sub juramento promissam obliterare contemnant, & verborum fuco juramenti obnubilant promissionem, &c. Quicumque inventus fuerit talia fecisse, & vivente principe in alium attèndisse regem futurum, a conventu catholicorum excommunicationis sententia repellatur, &c. *Tolet. XVI. cap. 9. vide de reis lœsa majeſtaris, lib. seq.*

### C A P U T XIX.

Non solum qui pejerant, sed etiam qui perjuris consentiunt, similis pleſtendi sunt damnatione. *Turon. sub Carolo cap. 34. Ivo part. 16. cap. 337. decret.*

### C A P U T XX.

Si quispiam Episcoporum, aut quilibet sequantis ordinis Ecclesiastici deinceps timore, aut cupiditate, aut qualibet suasione, a domino & orthodoxo Ludovico Imperatore defecerit, aut etiam sacramentum fidelitatis illi promissum violaverit, & ejus contrarii malevolâ intentione quolibet modo se copulaverit, gradum proprium canonica, atque synodali sententia amittat. Quod si quisquam laicus superius comprehensa facere temptaverit, sciat se ab universo gradu anathematizandum. *Aquisgr. II. sub Lud. part. 2.c. 12.*

### C A P U T XXI.

Ut multiplex juramentorum, & perjuriorum confusio, per quam multæ fidelium animæ in toto hoc regno perdite cognoscuntur, quam sit determinata, & Deo odibilis attentius omnibus annuntietur; sicut ipse Dominus ostendit, dicens: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui; Ego Dominus.* Tantum namque hoc malum est, ut ad sanctuaria martyrum, ubi diverlorum ægritudines sanantur, ibi perjuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, iusto Dei judicio a dæmonibus arripiantur, sicut sanctus dicit Gregorius: „Ad horum corpora „ agri veniunt, & sanantur: dæmoniaci veniunt, „ & curantur: perjuri veniunt, & a dæmonio „ vexantur“. *Melden. cap. 39. Gregor. homil. 32. in Evang.*

### C A P U T XXII.

Quia impia, & Deo inimica, & christianæ religioni nimis contraria ex iniquissima, & detestabili constitutione quorundam sæcularium legum consuetudo invaluit, ut in forensi judicio litigantes ex utraque parte contendentium, æquilaterum juramentum dare cogantur, ubi sine dubio duobus contra se jurantibus, unus perjurus efficitur: tanti sceleris immanitatem, & animarum perditionem dolentes, statuimus, ut quicumque uno juramento legitimo dato, quod secundum *Hebr. 6.* legem divinam omnis humanæ controversiæ finis esse debet, alterum e contrario juramentum opponere præsumplerit, ab ipsis limitibus Ecclesiæ, quæ sua impietate prophanavit, exclusus omnium christianorum confortio, atque convivio reddatur ex-

extraneus, nisi se continuo admonitus ad agendam pœnitentiam tanti reatus humili satisfactio- ne inclinaverit. *Valent. sub Lothario, cap. 11.*

## C A P U T XXIII.

Et quia ex hujusmodi juramentorum, immo perjuriorum contentione, etiam usque ad armorum certamina solet prorumpi, & crudelissimo spectaculo effunditur crux belli in pace: Statuimus juxta antiquum Ecclesiasticæ observationis morem, ut quicumque tam iniqua, & christianæ paci inimica pugna alterum occiderit, seu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequis sumus, & latro cruentus ab ecclesia, & omnium fidelium coetu separatus ad agendum legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. *Valent. sub Lothar. cap. 12.*

## C A P U T XXIV.

Eum, qui impie juravit, pœnitere, non impietatem studere, confirmare oportet. *Basil. ad Amphil. cap. 29.*

## C A P U T XXV.

Perjurus undecim annis non erit communio- nis particeps, duobus annis deflens, tribus audiens, quatuor substratus, anno solum consistens, & tunc communione dignus habebitur. *Basil. ad Amphil. cap. 63.*

## C A P U T XXVI.

De iis qui pejerarunt; si vi quidem, & nece- sitate sacramenta transgressi sunt, levioribus pœ- nis subiiciuntur; ut post sex annos possint suscipi. Qui autem sine necessitate suam fidem prodiderunt, cum duobus annis desleverint, & duobus annis audierint, & in quinto anno in substrat- ione fuerint, & in duobus aliis sine oblatione in orationis communionem suscepit extiterint, ita tan- dem, condigna scilicet pœnitentia ostensa, in cō- poris Christi communionem recipientur. *Basil. ad Amphiloch. cap. 81.*

## C A P U T XXVII.

<sup>22. q. 1. c. ult.</sup> Prædicandum est, ut perjurium fideles ca- veant, & ab hoc summopere abstineant; scien- tes hoc grande scelus esse, & in lege, & prophe- tis, sive evangelio prohibitum. Audivimus enim quodam parvipendere hoc scelus, & levem quo- dammodo perjuris pœnitentia modum impone- re: qui nosse debent, tales de perjurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, for- nicatione, homicidio sponte commisso, & de cæ- teris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato timens pœnitentiam longam ad confessionem venire no- luerit, ab ecclesia repellendus est. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 26. Burch. lib. 12. cap. 14. Ivo part. 12. cap. 71. decret. Anselm. lib. 11. cap. 65. al. 71. in Rom.*

## C A P U T XXVIII.

Provocemus (*perjuros, & alios sceleratos ho- mines*) ad pœnitentiam, & emendationem: aut impenitentes, & corrigi nolentes, gladio verbi bis acuto eorum corpora, & animas concidamus; & æternō illo anathemate, hoc est alienatione a Christo, & Ecclesia, tam in præsenti, quam in futuro plectamus; nisi vel modo resipiscant a la- queis diaboli, & convertantur ad Dominum

vivum & verum per dignam correctionem. *Her- veus Metropol. ad synod. Trosl.*

## P A R S T E R T I A.

*Varia de jurejurando, & de perjurio.*

## C A P U T I.

**N**ON jurare, ne forte perjurium fiat. *Clem. ep. 1. ante finem. Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap. 21.*

## C A P U T II.

Sacramentum hactenus a summis sacerdoti- bus, vel Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognovimus: nec spontaneos jurasse re- perimus. Summopere ergo sanctus Jacobus Apo- stolus prohibens sacramentum, dicit: *Ante o- mnia, fratres mei, nolite jurare, neque per cæ- lum, neque per terram, neque aliud quodcum- que juramentum; sit autem sermo vester, est, est; non, non; ut non sub judicium decidatis.* Et Dominus in Evangelio ait: *Audistis, quia dictum est antiquis, &c. quod autem his abun- dantius est, a malo est; id est ab exigente, & a ju- rante. Hæc ipse Dominus prohibet, id est, non debere jurare; hæc Apostoli maxime omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri, qui huic sanctæ universali Apostolicae ecclesiæ præfuerunt ante nos; hæc prophetæ, & reliqui sancti doctores per universum inundum dispersi ad prædicandum, ju- ramenta fieri vetant, &c. Quæ nos sanctorum se- quentes Apostolorum, eorumque successorum jura firmamus, & sacramenta iaculta fieri prohi- bemus, &c. Deus Moyis in tabulis dedit: Vide Exod. 20. ne assumas nomen Domini Dei tui in vanum, &c. Nos sacramentum Episcopis nescimus obla- tum, nec unquam fieri debet: quoniam præcep- tum est a Domino non jurandum neque per cæ- lum, &c. Hæc sunt præcepta Salvatoris, hæc pro- phetarum, hæc sanctorum patrum instituta, quæ si quis in vanum duxerit, hostis est animæ suæ;* <sup>2. q. 5. c. 2.</sup> *quia nemo contra prophetas, nemo contra Apo- stolum, nemo contra Evangelium facit aliquid absque periculo. Cornel. ep. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 193. & lib. 12. cap. 19. Ivo part. 5. cap. 308. & part. 12. cap. 77. decret. Cæsar. lib. 6. cap. 29. Tarrac. lib. 4. cap. 30.* <sup>2. q. 5. c. 3.</sup>

## C A P U T III.

Perhibetis, vos consuetudinem habuisse, quo- tiescumque aliquem jurejurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham in medium affir- re, & per eam juramentum agebatur, nunc au- tem per quod jurare debeatis a nobis juberi depo- scitis. Sed nos ante omnia, non solum per spa- tham, verum etiam per aliam omniō conditam speciem jurari judicamus indignum: per quam enim quis jurat, profecto & diligit, & veneratur; sed & fiduciam suam ei firma stabilitate commen- dat, quamobrem per Deum jurandum est, qui ab hominibus diligendus, & venerandus, & in quo omnis spes, & fiducia est locanda, & a quo præ- cunctis creaturis est semper auxilium expectan- dum. Nam cum a Domino per cælum, terram, caput, & Hierusalem non jurare jubetur, nihil nisi ut per creaturam juretur, proculdubio inhibetur. Quod autem per Dei nomen jurare præci- piatur, ipso jubente didicimus. Sane possumus per

*Matt. 5.*

per eas dumtaxat creaturas jurare, quæ divinis sunt cultibus deputatae, ut est templum, & altare, in quibus qui jurat jurat, in eo, qui habitat in ipsis, & si qua sunt talia. Quapropter jure per Evangelium jurandum est, in quo quidquid coatinetur, nihil nisi Dei, qui in eo scribitur, & legitur esse profecto dignoscitur, ipsum enim est lex nostra, ipsum testamentum nostrum, quod legifer, & testator Dominus, & redemptor noster electis suis disposuit. *Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 67.*

## C A P U T IV.

Cum liber homo criminis fuerit appetitus, nisi jampridem repertus est alicuius sceleris reus, aut tribus testibus convictus poenæ succumbit: aut si convinci non potuerit, ad Evangelium sacrum, quod sibi obiicitur, minime commisissæ jurans, absolvitur, & deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodum crebro dictus Apostolus *Hebr. 6. c.* Doctor gentium attestatur: *Omnis, inquiens, controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum. Nicol. ad consult. Bulgar. c. 86.*

## C A P U T V.

Si quis Christianus, ut est gentilium consuetudo, apud cuiuscumque feræ, vel pecudis exta, invocatis insuper nominibus paganorum, fortasse juraverit, si se ab hac superstitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, a confortio fidelium, vel Ecclesiæ communione pellatur. *Aurel. IV. c. 16.*

## C A P U T VI.

Multarum gentium tanta extat perfidia animalium, ut fidem sacramento promissam Regibus suis observare contemnant, & ore simulent juramenti professionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem, &c. Quæ spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda? Quod foedus non violandum? Quæ in hostibus jurata sponsio stabilis permanebit, quando ipsis propriis regibus juratam fidem non servant? *Tolet. IV. c. 74. Vide Tolet. XVI. c. 9.*

## C A P U T VII.

<sup>22. q. 1. c. 1.</sup> Omne, quod in pacis foedera venit, tunc solidius subsistit, cum juramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne, quod animos amicorum conciliat, tunc fidelius durat, cum ea sacramenti vincula ligant. Omne etiam, quod testibus adstipulatur, tunc verius constat, cum id adjectio jurisdictionis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat. *Tolet. VIII. c. 2. Ivo part. 12. c. 2. decret. C. lib. 8. tit. 8. c. 1. panorm.*

## C A P U T VIII.

Eos, qui jurant juramenta paganorum canon penitentiis subiicit: nos excommunicationem definimus. *Trull. c. 95.*

## C A P U T IX.

Decrevimus, ut laici homines legitimate vivant, &c. & perjurii in Ecclesiis non consentiant. *Syn. Suection. in med.*

## C A P U T X.

Omnes homines admonemus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suæ assertionis,

nomen Domini in vanum assumant, quod ipse Dominus interdicit faciendum, ubi ait: *Ne assumas nomen Dei tui in vanum. In vanum enim nomen Dei assumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult, ut sibi ab alio credatur, Deum omnipotentem testem rei, de qua ait, invocat: eumque sibi ita esse adjutorem, sicut ea vera sunt, quæ loquitur. Nam & ipse Dominus in Evangelio hoc modo prohibens omne genus jura-menti: Nolite, inquit, omnino jurare, neque Matt. 5. per cælum, neque per terram, neque per caput tuum, &c. Turon. sub Carolo c. 43.*

## C A P U T XI.

Nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per perjurium aut præmium, lex justa in aliquo depravetur. *Magnum. sub Raban. cap. 7. Burch. lib. 15. c. 4.*

## C A P U T XII.

Nullus deinceps veritatis Episcopus solito super sacra jurare præsumat: quod mysterii caussa sancti quæsierint Patriarchæ, & fecerint, non enim in hæsitatione, & malitia exigentis, sed in charitate non facta fides servatur. *Meld. c. 38.*

## C A P U T XIII.

<sup>2. q. 5. c. 4.</sup> Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniæ controversiam, Episcopo præcipiente, sine personarum acceptance finiatur, & laicus per juramentum, si necesse sit, se expurget: presbyter vero vice juramenti, per sanctam consecrationem interrogetur, quia sacerdotes ex levi caussa jurare non debent, manus enim per quam corpus, & sanguis Christi conficitur, juramento polluetur? absit: cum Dominus in Evangelio discipulis suis, quorum vicem nos indigne in sancta gerimus Ecclesia, dicat: *Nolite omnino jurare, sit autem sermo vester, est, est; non, non; quod autem his abundantius est, a malo est. Tribur. c. 21. Burch. lib. 2. cap. 182. Ivo lib. 5. tit. 1. c. 9. panorm. C part. 6. cap. 227. decret. Cæsar. lib. 6. c. 6.*

## C A P U T XIV.

Cohibentur perjuria, non solum, quæ alicuius factionis sunt commento, vel fallendi, aliosque decipiendi studio, sed & ea, quæ ex ipsa præva consuetudine jam veluti pene per singula admittuntur verba ab eis, quibus æque falsa constat jurare, ut vera: cum si forte propter eos, qui pigris sunt ad credendum, neque moventur ad fidem verbi, qui & in hoc graviter delinquent, quod sibi loquentes jurare cogunt, necepsis fuerit proferre juramentum. Hos comites habere debet jusjurandum, veritatem, judicium, & iustitiam, dicente Domino per prophetam Hieremiam: *Et Hier. 4. jurabis vivit Dominus in veritate, C judicio, C iustitia, si enim ista defuerint, nequam est juramentum, sed perjurium. Et vetus quidem lex jurare concessit, perjurare prohibuit: Non assumes, inquit, nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra, &c. In novo autem testamento ipse Dominus dicit: Audistis quia dictum est antiquis; Matt. 5. c. non perjurabis: Ego autem dico vobis non jura-re omnino, &c. Sunt quoque multi, qui assidue fa-*

faciunt jurare, sed & non timent perjurare per Dominum, & omnes Sanctos, quidam per corpora sanctorum, per animam, vel suam, vel patris, vel matris, aut alicujus cari sui, parvipedentes suæ ipsius animæ, suorumque salutem, &c. Qui vult ergo cavere crimen perjurii, non tenet usum jurandi, dicente scriptura: *Jurationis non affuerat os tuum*; & item: *Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non discedes a demo illius plaga.* Unde Isidorus Episcopus dicit: „Sicut mentiri non potest, qui non loquitur; sic perjurare non poterit, qui jurare non appetit, numquam ergo juret, qui perjurare timet“. Quid vero de his dicendum est, qui ut alios fallant, mentiuntur, vel quacumque verborum arte, se potius, quam alium decipiendo, pejerant: Deus namque qui testis est conscientiae, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Unde sanctus Augustinus ait: „Perjuri non sunt, qui verbis non servatis, illud, quod ab eis cum jurarent, spectatum est, impleverunt, & per juri sunt, qui etiam servatis verbis, expectationem eorum, quibus juratum est deceperunt hi miseri“. Heu quantis rei tenentur criminibus, prævaricatores totius sacræ legis veteris, & novæ, perditæ, quia loquuntur mendacium, quia assumunt nomen Dei sui in vanum, quia proximum dolo capiunt, insuper & perjurant. *Trosl. c. 11.*

#### C A P U T XV.

Volumus, ut sacramenta cito non fiant; sed ut unusquisque judex prius caussam veraciter cognoscat, ut cum veritas latere non possit, ne facile ad sacramentum veniant. *Trosl. c. 11. ex Capitul. lib. 5. c. 349.*

#### C A P U T XVI.

Interrogati nos de Bianore presbytero, an propter jusjurandum sit in clerum suscipiendus. Ego vero commune jam quoddam decretum de omnibus, qui simul juraverunt, iis, qui Antiochiae sunt, clericis, me edidisse memini, ut ipi a publicis conventibus abstineant, privatum autem presbyterorum munera obeant, eodem autem modo, & ad suum ministerium ei potestatem præbere oportet: quia non est Antiochiae sacerdotium, sed Iconii, quod ut ipse ad nos scripsisti, Antiochia ad habitationem permisit. Est ergo vir ille suscipiendus, a quo tua pietas postglatur, ut ob facilitatem jurisjurandi eum pœnitiat, quod sub infidi viro juravit, cum parvi illius periculi molestiam ferre non potuerit. *Basil. ad Amphil. c. 17.*

#### T I T U L U S VII.

#### DE BLASPHEMIA.

#### C A P U T I.

<sup>12. q. 1. c. 9.</sup> **C**lericum per creaturas jurantem acerrime objurgandum: si persistiterit in vitio, excommunicandum. *Carthag. IV. c. 61. L. Burch. lib. 2. cap. 175. Ivo part. 6. cap. 266. decret. Capitul. lib. 7. cap. 193. in addit. Cæsar. lib. 4. c. 112. in fin.*

#### C A P U T II.

Eos, qui jurant juramenta paganorum, canon pœnitentiis subiicit, nos eis excommunicationem definimus. *Trull. c. 95.*

*Tom. VI.*

#### C A P U T III.

Siquis accepto nomine Christianismi, Christum contumelia afficit, nulla est illi appellationis utilitas. *Basil. ad Amphiloch. c. 45.*

#### T I T U L U S VIII.

#### DE SIMONIA.

#### P A R S P R I M A.

*De eo, qui emit, aut vendit Sacra menta.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LII. Lib. VI. Tit. XLVII. & XLVIII. Lib. VII. Tit. XXIV. Lib. VIII. Tit. XXXVI. & seq. & in Part. II. Lib. X. Tit. XXV. Lib. XI. Tit. XIII. Lib. X. Tit. XXXI. quibus adde:

#### C A P U T I.

**C**UM in Ecclesiæ corpore omnia debeat ex charitate tractari, & quod gratis receptum est, gratis impendi; horribile nimis est, quod in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro Episcopis, vel Abbatibus, seu quibuscumque personis Ecclesiasticis ponendis in fede, seu introducendis presbyteris in Ecclesiæ, nec non pro sepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid exigatur, & ille, qui indiget, non possit ista percipere, nisi manu implere curaverit largitoris. Putant plures ex hoc sibi licere, quia legem mortis de longa invaluissæ consuetudine arbitrantur, non satis, quia cupiditate cæcati sunt, attendentes; quod tanto graviora sunt crimina, quanto diutius anima in infelici tende rent alligatum. Ne igitur hoc de cetero fiat, & vel pro personis Ecclesiasticis deducendis ad fedem, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu nubentibus benedicendis, seu etiam aliis sacramentis aliquid exigatur, distictius inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præsumperit; portionem cum Giezi se noverit habi turum, cuius factum turpis munieris exactione imitatur. *Alex. III. in concil. Later. c. 7.*

#### C A P U T II.

Nullus per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conversatione culpetur, quis dubitat, quod religiosis, & Deo servientibus inquit opprobrium? [ Si quis Episcopatum desiderat, data pecunia, potentes personas minime suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos, vel cives subscribere, adhibito coiuslibet generis timore compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. *Symmach. ep. 1. c. 5. Anselm. lib. 6. c. 6. O'69.*

#### C A P U T III.

Confirmamus Primum super quatuor provincias Lugdunensis Ecclesiæ tux, & per eam tibi, tuisque successoribus, his tantum, qui nullo interveniente munere electi, vel pro noti fuerint, videlicet a manu, ab obsequio, & a lingua; a manu, ut nullum pretium prorsus a se, vel ab aliquo tribuatur; ab obsequio, ut nihil inde servitii faciat, sicut, quidam intentione Ecclesiasticæ prælationis potentibus personis solent deferre: a lingua, ut neque per se, neque per submissam personam preces effundat, sed neque his, qui persæ-

# 450 Juris Pontificii Veteris Epitome

cularem potestatem ad hanc dignitatem pervenient. *Greg. VII. lib. 6. reg. ep. 34.*

## C A P U T IV.

A G. 3. d.

Placuit conventui humilitatis nostrae, ut sicut saepe auctoritate divinarum scripturarum, scilicet beati Petri Apostoli in Simonem Magum damnatione, nec non & canonum sanctione, sed & beati Gregorii adhortatione sanctum est: „Nullus Episcopale ministerium per ambitionem munerum attemptare presumat“, &c. *Aquisgran. II. sub Ludov. part. I. c. 1.*

## P A R S S E C U N D A.

*De eo qui emit, aut vendit beneficia Ecclesiastica.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LIII. Lib. VI. Tit. LXVIII. Lib. VIII. Tit. XXXVI. & XXXVII.

## C A P U T I.

Difl. 79. c.  
10. & 8. q.  
1. in princ.

**S**i quod absit, transitus Papæ inopinatus eventur; ut de sui electione successoris non possit ante decernere: Si quidem in unum totius inclinaverit Ecclesiastici ordinis electio; consecratur electus Episcopus. Si enim, ut fieri solet, studia coeperint esse diversa eorum, de quibus certamen emeretur, vincat sententia plurimorum, sic tamen, ut sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto judicio de electione decreverit. *Symmach. in syn. Rom. I. c. 4. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 6. cap. 1. Deusd. cap. 1. Cæsar. lib. 3. cap. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 57.*

## C A P U T II.

Si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus Episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis, invasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio a sede Apostolica repellere, &c. *Nicol. II. in syn. Rom. in fin. Ivo part. 5. c. 80. decret. Anselm. lib. 6. c. 13. Cæsar. lib. 3. c. 10. Tarrac. lib. 6. c. 23.*

## C A P U T III.

Celebravit Dominus Gregorius Papa Romæ synodus a vi. Kal. Martii usque ad secundum Kal. prædicti mensis, ubi interfuit Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Abbatum multitudo, atque diversi ordinis clericorum, & laicorum copia, in qua inter cætera dæcreta, quæ ibi gesta sunt, quinque de familia Regis Teutonicorum, quorum consilio Ecclesiæ venduntur, e liminibus sanctæ Ecclesiæ separavit, ita ut si ab inde usque ad Kalendas Junias Romanæ non venirent, & satisficerent, excommunicati haberentur. *Gregor. VII. in syn. Rom. anni II. sui Pontificatus.*

## C A P U T IV.

Ne aliquis clericus, vel monachus ab ipsis laicis Ecclesiæ recipiat dono, vel pretio, nisi ab Episcopo. *Gregor. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 1.*

## C A P U T V.

Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cuiusvis potestatis secularis Episcopatum, vel quamvis aliam Ecclesiasticam dignitatem dare præsumperit, ejusdem sententiæ vinculo se astrictum noverit. Cum trecenti, & octo\* patres in Nicæno concilio omnes hujusmodi vendentes, & ementes excommunicaverint: censentes, ut qui dat, & qui recipit, anathema sit. *Victor. III. in syn. Beneventana.*

## C A P U T VI.

Nullus sibi præbendam emat; quod si quis emerit, vel parentes ejus illi emerint, in manum, & dispositionem Episcopi sui reddant. Hoc idem de altaribus, & de omni Ecclesiastico fiat. *Urban. II. in concil. Clarom. c. 4.*

## C A P U T VII.

Dei, & Apostolorum ejus parte præcipimus, ne quis ulterius vel dato, vel promisso, vel pretio, vel servitio ea intentione impenso, vel precibus Episcopalem nitatur assequi dignitatem: nec ullus eam prætaxato tenore indulget. Hoc idem etiam de omni Ecclesiastica dignitate, vel officio Apostolicæ potestatis auctoritate præfigimus, alias, & dator, & acceptor proprii ordinis dignitate priventur, Episcopus omnia sui Episcopatus membra, videlicet Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanias, vel aliquas Præposituras Ecclesiæ, sive canonicas gratis, & absque omni venalitate disponat. Præbendas etiam, quæ canonicae dicuntur, sive venalitate distribuat. Quisquis autem ea pretio dederit, quique pretio accepit, depositioni subjaceat. *Urban. II. in synod. apud Melfiam, c. 1.*

## C A P U T VIII.

Illud præ omnibus tibi curæ sit, ut in hac electione (*Episcopi Salonitani*) nec datio quibuscumque modis interveniat præriorum, nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant. *Gregor. lib. 2. ind. 11. ep. 22. Ivo part. 5. c. 129.*

## C A P U T IX.

Illud charitatem tuam specialiter admonemus, ut si vera fuerit hujus suggestio (*loquitur de quodam presbytero, qui dicebat se injuste de sacerdotio dejectum*) atque in suum fuerit ordinem restitutus, de presbytero, qui in loco ejus ordinatus est, subtiliter, districteque debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem pervenerit, ut in simoniacam hæresim non potuisse incidere; in alia quacumque vacante Ecclesia eum volumus cardinari. Sin autem in eo quidpiam, quod avertat Dominus, fuerit tale repertum, ipso etiam presbyteratus privetur ordine, quem non causa replendæ necessitatis Ecclesiæ, sed sola comprobatur ambitione suscepisse. *Gregor. lib. 3. epist. 13. Maximiano Episcopo Syracusano.*

## C A P U T X.

Cum omnis avaritia idolorum sit servitus, quisquis hanc, & maxime in dandis Ecclesiasticis honoribus vigilanter non præcavet, infidelitatis perditioni subiicitur, etiam si tenere fidem, quam negligit, videatur. *Greg. lib. 9. ep. 54. ad Theodoricum Regem. Anselm. lib. 13. c. 44.*

CA-

C A P U T XI.

Sicut scitis Gotefredus, vivente Guidone Archiepiscopo Mediolanensi, eandem Ecclesiam, quæ quondam meritis gloriose Virginis, & genitricis Dei Mariæ, nec non auctoritate clarissimi doctoris beati Ambrosii, inter cæteras Lombardorum Ecclesias religione, libertate, ac speciali gloria enituit, nunc quasi vilem ancillam præsumpsit emere, sponsam videlicet Christi Diabolo prostituere, quod audiens sancta Romana Ecclesia mater vestra, & totius Christianitatis, sicut scitis, magistra, concilio multorum sacerdotum, & diversorum ordinum consensu, fulta beati Petri Apostolorum Principis auctoritate, Gotefredum fidei Catholicæ, & legis Christianæ inimicum excommunicavit, & anathematis jactulo una cum omnibus sibi consentientibus transfixit. *Greg. VII. lib. 1. reg. ep. 15.*

C A P U T XII.

Neque Ecclesiæ ullenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur. *Greg. VII. lib. 2. reg. ep. 68.*

C A P U T XIII.

*Dif. 51. c. 3.* Alii per ambitus sacerdotia appetunt, alii oblati munieribus pontificatum asolumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati, vel saeculari militiae dediti, indigni ad honorem summi facri ordinis pervenerunt, &c. Qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum, necessario credimus inferendum. Id est: [Qui in aliquo crimen detecti sunt, qui infamia nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam penitentiam se admisisse confessi sunt, &c. qui ambitu honorem querunt, qui munieribus honorem obtinere moluntur. *Tolet. IV. c. 18.*

C A P U T XIV.

Si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud saecularem seniorem nulla preicatione, vel aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat. *Nannet. c. 16.*

C A P U T XV.

Ut nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, præbendam, vel alias Ecclesiasticos honores, vel in duabus ecclesiis prælationes exerceat, nisi in una tantum, & neutrum horum quisquam per pecuniam acquirat, & quicunque tali modo jam acquisisse comprobantur, omni remota occasione deponantur. *Pictav. c. 2.*

P A R S T E R T I A.

*De eo, qui emit, aut vendit res spirituales.*

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XXXVII. & Lib. IX. Tit. XXXIV.

C A P U T I.

*16. q. 1. c. 64.* *Aet. 20.* *1. Cor. 6.* **P**AULUS ad Ephesios ait: nullius pecuniam concupivi, &c. Episcopus a suis Episcopis, clericis, vel monachis non exigat aurum, vel argentum, vel aliquam speciem, ait enim Paulus: Injusti regnum Dei non possidebunt, &c. Si quis igitur ob eas res prohibeat quem ministerio, vel excommunicet aliquem clericum, vel claudat templum, ne fiant sacra ministeria Dei, &c. pari pena puniatur, ut contraveniens mandatis Dei, & Apostolicis constitutionibus. Po-

trus enim Princeps Apostolorum ait: *Pascite gem Dei, qui in vobis est, &c. Nicæn. II. c. 4.* *2. Pet. 5. 4.*

C A P U T II.

*De simon. 6.* *41. Gr. IX.* *& c. 5. ead.* *tis. in 4. coll.* Audivimus de quibusdam Episcopis, quod decadentibus Ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subiiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecunia persolvatur. Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiam si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt, & malitias, donec aliquid muneri manus contingat eorum. Cum igitur non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali sit secundum Apostolum abscondendum, exactiones hujusmodi penitus inhibemus. Quod si quis transgressor extiterit, exacta *1. Thess. 5.* duplicita restituat in utilitates locorum, in quorum fuerint soluta dispendium, fideliter convertenda. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 65.*

C A P U T III.

Ut nullus habitum monachi suscipiat, spem, aut promissionem habens, ut Abbas fiat. *Nicol. II. in synod. Rom. CXIII. Episcoporum, cap. 7.*

C A P U T IV.

Arnulphum Cremonensem publice coram nostra præsentia convictum, & confidentem se simoniacum, ab omni Episcopali officio absque spe reparationis deponimus, & usque ad dignam satisfactionem anathemate percutimus. *Greg. VII. in concil. Rom. anni 5.*

C A P U T V.

*Dif. 83. c. 1.* Si quis Episcopus fornicationi presbyterorum, diaconorum, seu subdiaconorum, vel criminis incestus in sua parochia precibus, vel pretio interveniente consenserit; vel commissum, sibi compertum auctoritate sui officii non impugnabit, ab officio suspendatur. *Greg. VII. in concil. Rom. anni 6. cap. 12. Tarrac. lib. 5. cap. 56.*

C A P U T VI.

Nullus Abbas pretium exigere ab eis, qui ad *1. q. 2.* conversionem veniunt, aliqua placiti occasione, præsumat. *Urban. II. in syn. apud Melfiam, c. 7.*

C A P U T VII.

*1. q. 1. c. 5.* Quisquis contra simoniacos pro officii sui consideratione vehementer non exaserbit, cum eo non dubitet se habere portionem, a quo hoc peculiare flagitium sumpsit exordium. *Greg. VII. lib. 9. registr. epist. 34. ex divo Greg. lib. 9. ep. 64. & hom. 39. in Luc. Tarrac. lib. 6. cap. 161.*

C A P U T VIII.

Quia innotuisti nobis, utrum vendere Ecclesiasticam rem, simoniacum sit? Hoc simoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quod beatus Petrus ait Simoni: *Pecunia tua recum sit in perdicionem; quia existimasti, donum Dei pecunia possideri.* Donum quippe Dei est Spiritus sanctus, & donum Dei est res ipsi Ecclesiæ oblata, &c. Quisquis igitur res Ecclesiasticas, & Dei dona, quæ a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur: quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dare debent, propter sua lucra vendit, vel emit; cum eodem Simone donum Dei possideri pecunia existimat; ideo, qui eas non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra mu-

## 452 Juris Pontificii Veteris Epitome

nere linguae, vel indebiti obsequii, vel pecuniae largitur, vel adipiscitur, simoniacus est, &c. Pensandum vero est, qua prena mulcentur, qui jam Deo, & Ecclesiae suae oblata vendunt, velemunt, si cum flagellis a Dei templo ejecti sunt, qui, quae Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. *Urban. II. epist. ad L. preposit. S. Juventii.*

### C A P U T IX.

Placuit, ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit; non respuantur. *Brac. II. cap. 5. Vorm. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. c. 42. decr.*

### C A P U T X.

*1. q. 7. c. 8.* Cavendum, & summopere præcavendum, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum & Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu Ecclesiastico, ut nemo per simoniacam haeresim regiminis locum obtineat quacumque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se, aut per emissam personam, cum Spiritus sanctus inter cætera documenta Ecclesiastica per os sancti dicat Gregorii: „Cur non perpenditur, quia bene dictio illi in maledictionem convertitur, quia ad hoc, ut fiat haeticus, promovetur?“ &c. *Melden. cap. 43. ex lib. 7. registr. epist. 110.*

### T I T U L U S IX.

#### DE SACRILEGIO.

##### P A R S P R I M A.

*De iis, qui rebus sanctis non habent honorem.*

Vide in Part. I. Lib. V. Tit. V.

### C A P U T I.

**I**N novissimis temporibus nova pravitas, & valde reprehensibilis apparuit adinventio; homines enim laici ad dedecus, & confusionem Christi Dei nostri, & Ecclesiae ipsius, ac sacerdotalis dignitatis amicti sacerdotalibus stolis, & Episcopaliibus superhumeralibus, & accipientes orationem sacerdotalem ab aliquo laico quoque patriarchalem formam habentem præsumperunt sacerdotio fungi, & agere putativa, veluti digni sacerdotes divinae administrationis mysteria in derisionem, & vituperationem dati a Deo principibus sacerdotum honoris, & detractionem immaculatae Christianorum fidei, &c. Ideo justum duximus hos aptis, & convenientibus epitomiis submittere. *Synod. VIII. gen. CP. sub Hadrian. II. act. 9.*

### C A P U T II.

Magnis ululatibus, & multis lacrymis opus a multis fidelibus ad nostros pervenit auditus; ajunt enim fuisse quosdam laicos sub eo, qui nuper imperavit in ordine senatorio, qui secundum diversam imperatoriam dignitatem videbintur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere; & gradum quasi sacerdotalem per quædam indicia, & vestimenta sacerdotalia sumere, & ut putabatur Episcopos constituere superhumeralibus, id est palliis circumamictos, & omnem aliam pontificalem indutos stolam, qui

etiam proprium Patriarcham ascribentes eum, quin adinventionibus risum moventibus prælatus, & princeps erat, insultabant, & illudebant quibusque divinis, modo quidem electiones, promotions, & consecrationes, modo autem calumnias, damnationes, & depositiones Episcoporum, quasi ad invicem, & per invicem miserabiliter, & prævaricatorie agentes, & patientes. Talis autem actio nec apud gentes a seculo umquam audita est, ita ut pejores, & miserabiliores infidelibus nationibus exhibeat, & demonstret hos, quos nunc manifestos effecimus. Qua de re sancta, & universalis synodus definivit, & promulgavit illos quidem malitiæ risus omnia, ut scelestos abominari; neminem autem fidelium, qui ex christiana censentur appellatione, deinceps conari tale quid faciendi, vel admittendi, aut silentio tegendi quemquam eorum, qui hujusmodi operantur impietatem. Si vero quispiam Imperatorum, vel potentum, aut magnatum taliter illudere divinis, & talem, ac tantam injuriam impie in divinum sacerdotium facere, vel admittere temptaverit; primo quidem arguatur a Patriarcha illius temporis, & Episcopis, qui cum ipso fuerint; & segregetur, & indignus divinis mysteriis judicetur. Deinde vero accipiat quosdam alios in duram observantiam labores, & penas, quæ viæ fuerint: & nisi celeriter penitentia, etiam anathema sit ab hac sancta, & universalis synodo, tanquam qui sinceræ, & immaculatae fidei mysterium dehonestaverit. Si vero præsumentibus quosdam hujusmodi nefas operari, Patriarcha Constantinopolitanus & suffraganei, ejus Episcopi, quod factum fuerit cognoscentes, neglexerint debitum aduersus eos ostendere zelum; deponantur, & a proprio sacerdotio, ac honore pellantur. Qui autem quoquomodo hujusmodi ministraverint, vel ministraturi sunt impiissimæ actioni, & minime confessi acceperint conveniens epitium\*, definimus per triennium sequestratos esse; anno, quidem uno extra Ecclesiam flentes, alio vero anno intra Ecclesiam stare usque ad catechumenos, porro tertio sistere cum fidelibus, & ita dignos fieri sanctificationibus. *Synod. VIII. gen. CP. sub Hadrian. II. c. 16.*

### C A P U T III.

Qui palla altaris mortuum obvolverit, vel *De conf. d. 1.* diaconus scapulas suas, diaconus triennio, & lex<sup>c. 39.</sup> Nemo mensibus a dominico altari sit alienus, gravi percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commonuerit, decem annis, & quinque mensibus excommunicatus sit. Postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesiae. *Clem. ep. 2. in princ. vide Antiod. cap. 12. C. 13.*

### C A P U T IV.

Causam ipsius Maximi fraternitatis vestrae, *2. q. 5. c.* de eo, quod excommunicatus missarum solemnia *9. Qua de causa.* agere præsumperit, judicio committimus, qua debeat penitentia talis culpa purgari. Et ideo quidquid vobis secundum Deum placet, securi disponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis: nam quidquid a vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & grata suscipimus, & libenter admittimus. Hortamur tamen, ut debeat esse solliciti,

ti, & ita quæ fienda prospicitis, temperetis, & vi-  
goris Ecclesiastici genium congrua, ut oportet,  
dispensatione servetis. *Greg. lib. 7. epist. 79. Mar-*  
*tiniano Ravennati Episcopo.*

## C A P U T V.

Si quis ad sepulchra martyrum adjungat cor-  
pora præcipitorum in lanorum, si laici sunt, ad  
pœnitentiam redigantur, si clerici post commo-  
nitionem, & cognitionem honore priventur, hoc  
& singulis conciliis statutum est. *Carth. I. cap. 2.*

## C A P U T VI.

Si quis acceptam a sacerdote Eucharistiam  
non sumperit, velut sacrilegus propellatur. *To-*  
*let. I. cap. 14.*

## C A P U T VII.

Eucharistia gratiam si quis probetur acceptam  
non consumpsisse in Ecclesia, anathema sit in per-  
petuum. *Cæsar. c. 3.*

## C A P U T VIII.

Non licet mortuis eucharistiam tradi, nec velo,  
vel pallis corpora eorum involvi. *Antifiod. c. 12.*

## C A P U T IX.

Non licet diacono, velo, vel palla scapulas  
suas involvi. *Antif. c. 13.*

## C A P U T X.

Qui corpus Domini absque inevitabili infir-  
mitate projecterit, si fidelis est, perpetuo commu-  
nione privetur; si infidelis est, verberibus subda-  
tur, & perpetuo exilio relegetur; si vero quili-  
bet excessum hujusmodi digna pœnitentia satis-  
factione defleverit, post quinquennium licebit  
illum communioni pristinæ reformari. *Tolet. XI.*  
*cap. 11.*

## C A P U T XI.

*De conf. d. 2.* Qui aliud offert, quam panem, & calicem vi-  
i. 7. Cum o- no, & aqua per mixtum; tamdiu sacrificando ces-  
mne. fabit, quamdiu legitima pœnitentia satisfactio-  
ne correptus, ad gradus sui officii redeat, quod  
amisit. *Brac. III. cap. 1. Burchard. lib. 5. cap.*  
*1. Ivo lib. 1. tit. 4. c. 24. panorm. C part. 2. c.*  
*11. decret.*

## C A P U T XII.

Laicus in hebdomadam excommunicetur,  
qui sibi divina mysteria tradiderit, præsente Epi-  
scopo, presbytero, vel diacono. *Trull. c. 58.*

## C A P U T XIII.

Anathematizamus eos, qui falsa martyrologia  
pro veris recipiunt. *Trull. cap. 63.*

## C A P U T XIV.

Excommunicetur in quadraginta dies laicus,  
qui publice verbum Dei docere conatur. *Trull.*  
*cap. 64.*

## C A P U T XV.

Non liceat libros veteris, & novi testamenti, &c  
sanctorum nostrorum doctorum consumere, &  
discindere, aut bibliopolis, vel unguentariis, vel  
alis, ut perdantur, tradere; nisi si aqua, vel qua-  
alia re, ut puta tineis, inutiles fierent. Contra-  
faciens in annum excommunicetur. Item qui hos  
libros emerit, si non sibi, aut alii conservaverit,  
sed corruperit, excommunicetur. *Trull. c. 68.*

## C A P U T XVI.

Excommunicentur, qui in solo poni curant  
crucem. *Trull. c. 73.*

## C A P U T XVII.

Non oportet in dominicis locis, vel Ecclesiis  
eas, quæ dicuntur agapas, id est, charitates face-  
re, & intus in æde comedere, & accubitus sterne-  
re. Qui autem hoc ausi fuerint, vel celsent, vel  
segredentur. *Trull. c. 74.*

## C A P U T XVIII.

Qui intra sacra septa tabernam, vel venditio-  
nes exerceat, excommunicetur. *Trull. c. 76.*

## C A P U T XIX.

Item laicus, qui intra Ecclesiam sine necessita-  
te jumentum introducit. *Trull. c. 88.*

## C A P U T XX.

Item laicus, qui cum uxore, vel alia in Eccle-  
sia habitat, & nolit exire, excommunicetur.  
*Trull. c. 97.*

## C A P U T XXI.

Qui dat communionem eam accipienti in vase  
aliquo, excommunicetur, & qui recipit. *Trull.*  
*cap. 101.*

## C A P U T XXII.

Non alter panis in altaris domini sacerdotali  
benedictione sanctificandus proponatur, nisi inte-  
ger, & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus:  
neque grande aliquid, sed modica tantum oblata,  
&c. Quicumque hoc decretum nostrum temeran-  
dum crediderit, animadversioni divini judicij sub-  
jacebit, & anni unius spatio a communione alien-  
nus manebit. *Tolet. XVI. c. 6.*

## C A P U T XXIII.

Presbyteri nulli sub prætextu medicinæ, vel  
cujuslibet rei christma donare præsumant, si fece-  
rint, honore priventur. *Aurel. sub Carolo c. 18.*  
*Magunt. c. 27.*

## C A P U T XXIV.

Pari tenore excommunicatus est quidam ho-  
mo vocabulo Theodosius cum complicibus suis;  
quia quamdam viduam fugiendo prostratam fu-  
per corpus sancti Eventii, rapuit, & de monaste-  
rio traxit, & in uxorem sibi eam taliter sociavit.  
*Metens. c. 7.*

## C A P U T XXV.

Si quis temerarius atrium Ecclesiæ evaginato  
gladio præsumptuose intraverit sacrilegium facit,  
& ideo sacrilegium in atrio Domini persolvatur.  
Dominus dicit in Evangelio: *Omnes enim, qui Matt. 26.*  
*acceperint gladium gladio peribunt.* Id est, qui  
se ipsos vice talionis per peccatum in præsenti  
ulcisci desiderant, gladiis ipsius peccati in anima  
moriuntur. Quanto magis is qui sanctum \* atri-  
um, quod Dominus sibi præ cæteris segregavit lo-  
cis, suæ sanctæ Ecclesiæ ad honorem, polluit, &  
temerarius irruperit, gladio peccati, & iniquita-  
tis suæ mortuus jacuerit? Quapropter opus est  
pœnitentia, ut resurgat ad vitam, qui gustavit  
mortem. *Tribur. c. 6.*

## C A P U T XXVI.

Sacrilegium est sacræ legis violatio, quod cum  
multarum specierum dividatur, & sic factum sa-  
craleii mori altari & Domini sacrilegium schismatis:  
unde pater ait beatus Augustinus: Aperi-  
tissimum sacrilegium eminet schismatis, si nulla  
fuerit causa separationis. Est etiam blasphemæ  
sermonis, & cujusque contra legem usurpatæ  
actio.

## 454 Juris Pontificii Veteris Epitome

actionis. Specialius tamen nunc a nobis illud sacrilegium denotatur, quod a prædonibus de rebus Ecclesiæ agitur, &c. *Trosl. c. 4.*

### C A P U T XXVII.

Conquestum est in sancto Concilio de quibusdam stultissimis Presbyteris, ut quando incendium videant, corporale dominico corpore consecratum ad extinguendum incendium temeraria præsumptione in ignem proiiciant. Ideoque decretum est sub anathematis interdictione, ne ulterius fiat. *Salegunt. cap. 6. O' in fine decret. Burch. Ivo part. 15. c. 172. decret.*

P A R S S E C U N D A.  
*De iis, qui res sacras, aut Ecclesiasticas  
surripunt.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XXII. & XXXIII. quibus adde:

### C A P U T I.

<sup>12. q. 2. c. 43.</sup> **N**ON licet clericis, post mortem Episcopi sui, rapere ejus bona, ut antiquis canonibus prohibetur: aut de suis gradibus periclitentur. *Chalcedon. cap. 22. Aquisgr. cap. 88. Vormat. cap. 75.*

### C A P U T II.

Si quispiam invasor comprobatus dicat pro parte Ecclesiæ se egisse de privata re sibi pertinente; ab ipso, suoque hærede solvatur invasio. Sacerdos denique in tali culpa pauper inventus a proprio canonice judicetur Episcopo, ut non Ecclesia sibi commissa damna sustineat, sed illæsam hujus invasionis temeritate permanere san-cimus. *Eug. II. O' Leo IV. in syn. Rom. c. 22.*

### C A P U T III.

Scelestissima consuetudo inolevit, ut abeunte sanctæ Romanæ Ecclesiæ sedis Pontifice, ipsum patriarchium deprædarī soleat, & non solum in eodem sancto patriarchio, sed etiam per totam civitatem, & suburbana ejus talis bacchatur præsumptio; nec non quia & id inultum haec tenus neglectum est, adeo ut omnia Episcopia eadem patientur, uniuscujusque Ecclesiæ obeunte Pontifice; quod ne ulterius præsumatur; omnimodis interdicimus; quod qui facere præsumperit, non solum Ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indignatione feriatur. *Ravennat. sub Joann. IV. c. 11.*

### C A P U T IV.

Ut moriente Romano Pontifice, vel cuiuscumque civitatis, nullus præsumat facultates eorum invadere; sed successoribus eorum referrentur integræ. *Nicol. II. in Syn. Rom. CXIII. Episcoporum c. 2.*

### C A P U T V.

<sup>12. q. 2. c. 4.</sup> Quicumque militum, vel cuiuscumque ordinis, vel professionis persona prædia Ecclesiastica a quocumque Rege, seu sæculari Principe, vel ab Episcopis invitatis, seu Abbatibus, aut aliquibus Ecclesiarum rectoribus suscepereit, vel invaserit, vel etiæ de rectorum privato, seu vitiolo consensu tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesiæ restituerit, excommunicationi subjaceat. *Greg. VII. in syn. Rom. anno MLXXVIII. ex lib. 6. regist. Tarrac. lib. 5. c. 46.*

### C A P U T VI.

Ne aliquis clericus res Episcoporum, vel clericorum vel in vita, vel post mortem eorum diripiatur, vel in usus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit. Et dictum est ab omnibus, fiat. *Urban. II. in concil. Clarom. c. 29.*

### C A P U T VII.

<sup>12. q. 2. c. 47.</sup> Illud, quod in sacro Chalcedonensi constitutum est concilio, irrefragabiliter conservari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Episcoporum a nullo omnino hominum diripientur: sed ad opus ecclesiæ, & successoris sui in libera cœnomi, & clericorum permaneant potestate. Cesset igitur de cætero illa detestabilis, & fœva rapacitas. Si quis autem hoc aliquo modo temptare præsumperit excommunicationi subjaceat. Qui vero morientium Presbyterorum, vel clericorum bona rapuerit, simili sententiæ subiiciatur. *Syn. Roman. sub Innoc. II. cap. 4. apud Ivo post panorm.*

### C A P U T VIII.

Hæretici omnes, & suspecti & excommunicati, homicidæ quoque atque malefici, fures, sacrilegi, &c. seu qui ad fortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. <sup>2. q. 3. c. 3.</sup> Nulli infami unquam, atque sacrilego de quocumque negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis humilis, servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inscriptione Christianum impetrere. *Eurychian. epist. 2. ante med. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 8. panorm. O' part. 6. cap. 33. decret. Anselm. lib. 3. c. 25. Cæsar. lib. 5. cap. 35. Tarrac. lib. 2. c. 14.*

### C A P U T IX.

Defuncto Episcopo intestato, post defunctionem ejus, a presbyteris, & diaconibus de rebus ipsius inventarium fideliter conscribatur a minimo usque ad maximum, id est, utensilibus, vel omni supellestili. Ita tamen, ut si quis exinde vel sumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa. *Tarrac. c. 2.*

### C A P U T X.

Clericus, qui sede Episcopi sui vacante quidam abstulit, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnatur; & vix quoque peregrina ei communio concedatur. *Ilerd. c. 16.*

### C A P U T XI.

Placuit, ut Episcopo ab hoc sæculo, jubente Domino, accersito, clerici ab omni omnino suppellestili, vel quæcumque sunt in domo ecclesiæ, vel Episcopi in libris, speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, & nihil latrocum more diripient. *Valent. Hisp. c. 2. Trosl. c. 14.*

### C A P U T XII.

Parentibus, & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, ut sine Metropolitani, vel provincialium sacerdotum consentia nihil de rebus defuncti occupare pertemptent, ne forte cum hereditariis rebus etiam aliqua ad Ecclesiam pertinentia, vel permi-

cta usurpent, sed usque ad ordinationem futuri Antistitis expectent, &c. Si quis autem <sup>\* immemor,</sup> temptor <sup>\*</sup> divini timoris contra hæc sancta synoda clericus quicunque, vel laicus venire improbamente temptaverit, & communione, & consortio privetur Ecclesiæ, quia durum est, ut ad illam conveniat, quam expoliare non metuit. *Valent. Hispan. c. 3. Trost. c. 14.*

## C A P U T XIII.

*De rebus Eccles. non alien. c. 2. Greg. IX. & in 1. coll.* Qui reculam Ecclesiæ petunt a regibus, & horrende cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtainent, & a communione Ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt excludantur. *Arvern. c. 4. Melden. c. 40. Burch. lib. 15. c. 36. Ivo part. 16. c. 37. decret.*

## C A P U T XIV.

Ubi Episcopus obierit, nullus Episcopus quidquam de rebus Ecclesiæ, præter humanitatem, præsumat auferre. Si fecerit, conventus ab instituto Pontifice sine dilatione ablata restituat; si minus, anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. V. c. 8.*

## C A P U T XV.

Si quis aliquid de xenodochio Lugdunensi abstulerit, ut xenodochium esse definit, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur. *Aurel. V. c. 15. Melden. c. 40.*

## C A P U T XVI.

Testamenta, quæ Episcopi, presbyteri, seu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque instrumenta propria voluntate conferint, quibus aliquid Ecclesiæ, aut quibuscumque conferre videantur, omni stabilitate subsistant, &c. de quibus rebus si quis animæ suæ contemptor aliquid alienare præsumplerit, usque ad emendationis suæ, vel restitutionis rei ablata tempus a consortio Ecclesiastico, vel omnium Christianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. cap. 2.*

## C A P U T XVII.

Episcopus, qui monasterium spoliandum, aut convellendum, aut dissolvendum temptaverit, anathema effectus maneat, & a regno Dei extraneus; nec proficiat ei bonum fidei, vel operis ad salutem, &c. & omnes Episcopi ejus Provinciae congregati eundem sacrilegum a communione suspendant, & monasterium restaurent. *Hispan. II. cap. 10.*

## C A P U T XVIII.

<sup>12. q. 2. c. 48.</sup> Non licet Metropolitano moriente Episcopo ejus bona, vel ejus Ecclesiæ auferre, vel alienare; sed sub custodia cleri sint, quod alius promoveatur, nisi clerici ea non receperint tunc enim Metropolitanus ea custodiat, Episcopo ordinando ea daturus. *Trullen. cap. 35.*

## C A P U T XIX.

Nec violenta ablazione, nec illicitorum præceptorum confirmatione res ab Ecclesiis vobis ad tuendum, & defensandum, ac propagandum commissas auferre temptate, &c. *Synod. Holonien. apud Melden. c. 11. in fine ad Carolum Regem.*

## C A P U T XX.

Res Ecclesiasticae tempore principatus vestri ablata ex integrō præstantialiter restituantur, &

restitutæ conserventur, sicut tempore avi, & patris vestri fuerant, & excepto superposito, quod ad usus poifidentium absumptum est, quomodo tunc erant, quando vos illas tulistis; sine refragatione reddantur. Hinc enim in canone Aurelian. scriptum est tit. xiii. ne cui liceat res, vel facultates Ecclesiæ, &c. *Belvacen. apud concil. Melden. cap. 17. vide supra Aurel. V. cap. 13.*

## C A P U T XXI.

Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus Ecclesiasticis facta, a vobis sine dilatione rescindantur, & ut de cætero non fiant, a dignitate vestri nominis regii caveatur. *Belvac. apud Melden. cap. 18.*

## C A P U T XXII.

Admonenda est regia magistrudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum & ordinata, & exculta fuerunt, & modo ad nihilum sunt redacta. Sed & hospitalia Scotorum, quæ sancti homines gentis illius in hoc regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis, ampliaverunt, ab eodem hospitalitatis officio funditus sunt alienata, &c. Unde pertimescenda est canonica sententia, & maxime decretalis Symmachii Papæ definitio, &c., Qui reculam (inquit) „ vel quicquid fuerit Ecclesiæ petunt a Regibus, „ & corrumpendæ pietatis instinctu\*, egentium „ substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ „ obtainent, & a communione Ecclesiæ, cuius „ facultatem auferre cupiunt, excludantur“. *Melden. cap. 40. Arvern. c. 4. Burch. lib. 15. c. 36. Ivo part. 16. cap. 37. decret.*

## C A P U T XXIII.

Quod res ad Ecclesiam pertinentes, & tempore principatus vestri ablatas ita præstantialiter restituatis, & restitutas conservetis, sicut tempore avi, & patris vestri fuerant, &c. *Melden. ad Carolum Calvum Regem, cap. 83.*

## C A P U T XXIV.

Placuit universali concilio, ut Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, suggestis, &c. ut facultates Ecclesiasticas nec ipse Deo auferat, nec aliis auferre permittat. *Tullen. in epist. ad quosdam Episcopos.*

## C A P U T XXV.

Qui agapem pauperum, & sustentationem peregrinorum, & Eleemosynas defunctorum defraudant, apud sanctos patres, eorum necatores vocantur. *Tullen. part. 11. cap. 14.*

## C A P U T XXVI.

Quia inter nostrates hic pessimus inolevit mos, ut defuncto Ecclesiæ Episcopo, mox a quibuscumque potentioribus res pervadentur Ecclesiasticae, quasi Episcopi fuerint propriæ; cum etiam si ejus juris essent, contra omne jus hoc fieret. Hoc tam immane sacrilegii facinus, & jam saepius factum scientes dolemus, & ne ulterius a quolibet præsumatur, auctoritate Dei, & sanctorum ejus, qui cum illo regnânt in cælo, nostro etiam Episcopali ministerio interdicimus. *Troslejan. cap. 14.*

## C A P U T XXVII.

Si quis Episcopus nulla Ecclesiasticae rationis necessitate compulsus in suo clero, aut ubi forte <sup>10. q. 2. c. ult.</sup> non

non est Presbyter, de rebus Ecclesiasticis aliquid presumperit vendere: & res ipsas Ecclesiam propriæ restaurare cogatur; & in judicio Episcoporum deliciatur auditus, & tanquam furti, aut latrocinii reus suo privetur honore. *Marr. Brac. c. 14.* *vid. Carth. c. 26.* *G. Burch. lib. 1. c. 215.* *O lib. 3. c. 181.* *Ivo part. 3. c. 172.* *O 242.* *O part. 5. c. 329.* *decr. Cæsar. lib. 7. c. 73.* *Tarr. lib. 6. cap. 135.*

## C A P U T XXVIII.

*Dif. 50. c.  
22.*

Siquis Presbyter, aut diaconus inventus fue-

rit aliquid de ministeriis Ecclesiae venumdedit, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione Ecclesiastica non haberi. In judicio tamen Episcopi dimittendum est, siue dignus sit, siue indignus, in suo recipi debeat gradu; quia multoties hoc ipsum quod de sacro altario contaminatum est, in Episcopi potestate dimissum est. *Mart. Brac. cap. 17.* *Burch. lib. 3. cap. 179.* *Ivo part. 3. cap. 173.* *O 240. decret. Cæsar. lib. 7. cap. 79.*

## L I B E R O C T A V U S.

## De criminibus contra Proximum.

T I T U L U S I.  
*DE HOMICIDIO.*

## P A R S P R I M A.

*De iis, qui sibi vitam eripuerunt, aut mem-  
brum aliquod abscederunt.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XXI. qui-  
bus adde:

## C A P U T I.

**S**i quis, cum sit clericus, seipsum mutilave-  
rit, deponatur: est enim sui homicida. *Apoch. cap. 22.* *G. cap. 23.* *L.*

## C A P U T II.

Laicus semetipsum abscondens, annis tribus  
communione privetur, quia suæ vitæ insidiator  
existit. *Apoch. cap. 23.* *G. 24.* *L.*

## C A P U T III.

Si sit sepeliendus, qui seipsum occidit, vel si  
sit pro eo sacrificium offerendum requiritis. Sepeliendus est quidem, ne viventium odoratui mole-  
stiam ingrat; non tamen est, ut aliis pavor incu-  
tiatur, solito cum obsequis more ad sepulchra fe-  
rendus. Sed & si qui sunt, qui ejus sepulturæ stu-  
dio humanitatis obsequuntur, sibi, non illi, qui  
sui extitit homicida, præstare videntur. Sacrifi-  
cium vero pro eo non est offerendum, qui non so-  
lum ad mortem usque peccavit, sed & mortis si-  
bimet interitum propinavit; quis enim magis ad  
mortem peccatum facit, pro quo Joannes Apo-  
stolus non dicit orandum, quam is, qui Judam  
imitatus sui ipsius homicida fuisse, magistro Dia-  
bolo, comprobatur? *Nicol. ad consulta Bul-  
gar. cap. 98.*

## C A P U T IV.

Si quis famulorum cujuslibet conditionis, aut  
generis, quasi ad exacerbandam Domini discre-  
tionem, le Diabolico repletus furore percusserit,  
ipse tantum sanguinis sui reus erit, neque ad do-  
minum sceleris alieni invidia pertinebit. *Arelat.  
II. cap. 34.*

## C A P U T V.

Oblations defunctorum, qui in aliquo crimi-  
ne fuerint interempti, recipi debere censemus, si  
tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis  
manibus intulisse. *Aurel. III. cap. 15.*

## C A P U T VI.

*23. q. 5. Pla-  
cuit. c. 12.* Qui sibi ipsis per ferrum, aut per venenum,  
aut per præcipitum, aut suspendum, aut quoli-

bet modo violentam sibi inferunt mortem, nulla  
pro illis in oblatione commemorationis fiat neque  
cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera de-  
ducantur; multi enim sibi hoc per ignorantiam  
ultrant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro  
suis sceleribus puniuntur. *Bracar. I. cap. 34.* *Ca-  
pitul. lib. 7. cap. 206.* *in addit. Burch. lib. 19.  
c. 130.* *Ivo part. 10. c. ult.* *O part. 15. c. 140.*  
*decret.*

## C A P U T VII.

Qui non promoveantur ad sacerdotium ex re-  
gulis canonum: Qui in aliquo crimen detec-  
ti sunt, &c. Qui semetipos abscederunt, &c. *To-  
let. IV. cap. 18.*

## C A P U T VIII.

Quicumque se propria voluntate in aquam ja-  
ctaverit, aut collo ligato se suspenderit, aut de  
arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut  
qualibet occasione voluntariae se morti tradide-  
rit, istorum oblata non recipientur. *Antisiod. c. 17.*

## C A P U T IX.

Quorundam hominum tam grave inolevit de-  
sperationis contagium, ut dum fuerint pro qua-  
libet negligentia, aut disciplinae censura mulcta-  
ti, aut pro sui purgatione sceleris, sub poenitenti-  
iae satisfactione, custodiæ mancipati, incumben-  
te desperationis incommodo, se ipsos malunt aut  
laquei suspendio enecare, aut ferro, vel aliis  
mortiferis casibus interimere, &c. Quicumque  
talibus decipulis irretitus, interemptionis eva-  
rit calus, duorum mensum spatio, & a Catholi-  
corum collegio, & a corpore, ac Christi sanguine  
facio maneat omnimodo alienus. Quia oportet,  
ut per poenitentiæ censuram pristinæ reddatur  
spei, atque saluti, qui animam suam per despera-  
tionem conabatur Diabolo sociare. *Tolet. XVI.  
cap. 4.*

## C A P U T X.

Ille, qui occisus fuerit (*loquitur de singula-  
ri certamine*) tamquam sui homicida, & propriæ  
mortis spontaneus appetitor a dominicæ oblatio-  
nis commemoratione habeatur alienus; nec ca-  
daver ejus, juxta sanctorum canonum decretum,  
cum psalmis, & orationibus ad sepulturam dedu-  
catur, &c. *Valent. sub Loth. c. 12.*

## C A P U T XI.

Si quis cum sui compos non esset, sibi manum  
at-

attulerit, vel etiam se præcipitaverit, fitne oblatio, an non? Respond. Hoc debet clericus discernerere, an re vera hoc fecerit, cum esset emotæ mentis; saepe enim ii, qui ad eum, cui hoc accidit, attinent, volentes assequi oblationem, & orationem pro ipso, mentiuntur, & dicunt, eum non fuisse apud se: nonnumquam autem propter insultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecit, tunc autem non est super eum facienda oblatio; est enim sui homicida. *Timoth. Episc. Alexandr. c. 14.*

## PARS SECUNDA.

*De eo, qui patrem, filium, uxorem, aut alios hujusmodi interficit.*

## C A P U T I.

**D**E his, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderint, ut toto vitæ suæ tempore corpus non suscipiant dominicum, nisi tempore exitus pro viatico: abstineant a carnis commestione, & potu vini, donec vixerint; jejunent secundam, quartam, & sextam ferias, ut sic possint deflentes diluere commissum. *Greg. II. epist. 8. ante fin. Anselm. lib. II. c. 51. al. 53. Pænit. Rom. tit. I. c. 13.*

## C A P U T II.

Quid parricida, id est, qui patrem, vel matrem occidit, vel etiam qui fratrem, aut sororem interficit, pati debeat, leges indicant. Porro si ad Ecclesiam confugerit; id quod Episcopus loci, vel sacerdos, qui ab illo constitutus est, providebit, agendum decernimus. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 24. Ivo part. 10. c. 180. decret.*

## C A P U T III.

De his, qui proximum, id est, consanguineum suum, ut est frater, consobrinus, aut nepos, trucidaverint, venerandæ leges proprium robur obtineant; sed si ad Ecclesiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur, pœnitentiæ vero, quam Antistes loci vel presbyter considerant. *Euseb. 18. Vit. abilque dubio submittantur: Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Nicol. ad consult. Bulg. cap. 26. Ivo part. 10. c. 180.*

## C A P U T IV.

In quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimunt, fornicationis avidi, nescii pietatis, quibus, si tardum est filios numerosius augere, prius se ipsos castigare debent a fornicatione. Nam dum cauila propaganda proliis sociantur conjugia, parricidio, & fornicatione tenentur obnoxii, qui filios necando docent, se non profiliis, sed pro libidine uxores duxisse. Proinde Reccaredus Rex judicibus imperavit, ut amovendum tantum facinus cum sacerdote procurarent, & adhibita severitate prohibeant. Ergo & sacerdotes eorumdem locorum idem scelus cum judice curiosius querant, & sine capitali vindicta, acriori disciplina prohibeant. *Tolet. III. c. 17.*

## C A P U T V.

<sup>23. q. 5. c. 22.</sup> Incestuosi, parricidæ, homicidæ, sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos

*Tom. VI.*

oportet per sæcularis potentiaz disciplinam a tam prava consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt revocari, quorum aliquos jam excommunicavimus, &c. *Turon. sub Carolo c. 41. Burchard. lib. 7. cap. 29. Ivo part. 9. c. 65.*

## C A P U T VI.

Quia in modernis temporibus parricidæ profungi currunt per diversa, & variis vitiis, atque gulae illecebris deserviunt; melius nobis videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentia disticta semetipos castigent, si forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiae cingulum sumere, & nuptiis, vel conjugiis copulari: quia sacri canones hoc eis non consentiunt. *Magunt. sub Rab. c. 20. Burch. lib. 6. c. 35.*

## C A P U T VII.

<sup>Vid. 33. q. 2. cap. 15.</sup> Statuimus, ut parricidæ, & fraticidæ per unius anni curriculum ante fores basilicæ orantes Domini clementiam perseverent. Completo autem anni curriculo introducantur in Ecclesiam; tamen inter audientes, usque dum unius anni spatium finiatur stent, cum ad missarum solemnia, vel alia sacra audire officia venerint. His ita peractis, si pœnitentiæ fructus in eis conspicitur, corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi participes sint, ut desperantie non inobdurentur caligine. Carnem non manduent omnibus diebus vitæ illorum, & jejunent usque ad nonam horam diei quotidie, exceptis festis diebus, atque dominicis. Abstineant a vino, medone, atque cervisia mellita tres dies per hebdomadam. Arma gerere non audeant, vel sumere, nisi contra paganos. Et ubicumque ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more proficiisci studeant. Tempus autem hujus pœnitentiæ in Episcoporum ponimus arbitrio, ut secundum conversationem illorum aut extendere, vel minuere valeant. Ab uxoribus, si habuerint, non separantur. Si autem non habuerint, & se continere non veliat legitimas accipiant in conjugio feminas, ne fornicationis voraginem incidere videantur. Et si finis vitæ illorum venerit, antequam duorum prædictorum annorum finiantur curricula, viaticum illis non negetur. *Vormar. c. 30. Ivo part. 10. c. 180.*

## C A P U T VIII.

Si qua mulier, ut saepe contingit, infantem proprium prope ignem collocaverit, & alias, qui caldarium super ipsum ignem pependerit, & aquam infuderit, atque aqua ipsa per ignem fervens egreditur, & infanti superfunditur, & propterea mortuus agitur: mater infantis propter negligentiam judicio sacerdotum pœniteat, & homo, qui caldarium pependit, securus permaneat. Simili modo de cæteris similibus, quæ saepe diverse solent evenire, & judicamus, & esse volumus. *Tribur. c. 37.*

## C A P U T IX.

Si quis filium suum, quod absit, non sponte, sed casu contingente occiderit, secundum homicidia sponte\* commissa pœniteat. *Tribur. c. 53. \* non sponte.*

M m m

PARS

## 458 Juris Pontificii Veteris Epitome

### P A R S T E R T I A.

*De iis, qui fœtus necant.*

#### C A P U T I.

**Q**UÆ fornicantur, & necant partus, & cunctant fieri abortus priori definitio ad extum vitæ, humanius nunc agendo, decem annis per gradus pœnitentiant. *Ancyr. cap. 21. Magunt. sub Raban. c. 21. Mart. Brac. c. 78. Rab. c. 11. Pœnit. Burchard. lib. 17. c. 54. Ivo part. 8. cap. 314. C part. 10. cap. 181. C 183. decret. Anselm. lib. 11. c. 40. Tarrac. lib. 5. c. 32. Pœnit. Rom. tit. 2. c. 28.*

#### C A P U T II.

Nec in finem detur communio ei, quæ absente marito conceperit, & conceptum occiderit. *Elib. c. 63.*

#### C A P U T III.

Catechumena, si per adulterium conceperit, & conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari. *Elib. c. 68.*

#### C A P U T IV.

**H**i, qui male conceptos ex adulterio fœtus, \* uteris, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vita sua fleribus, & humilitati insistant. Si clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat; attamen in choro psallentium a tempore receptione communionis intersint. Ipsis veneficis in exitu tantum, si facinora sua omni tempore vita sua defleverint, communio tribuatur. *Ilerd. c. 2. Magunt. sub Raban. cap. 11. Pœnit. Anselm. lib. 11. cap. 56. al. 58. Burchard. lib. 17. cap. 52. C lib. 19. pag. 277. Ivo part. 10. c. 182. decret.*

#### C A P U T V.

Eas, quæ dant abortionem facientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena excipiunt, homicidae penitus subiicimus. *Trull. c. 92.*

#### C A P U T VI.

Mulieres, quæ ante temporis plenitudinem conceptos utero infantes voluntate excludiunt, ut homicidae proculdubio judicandæ sunt. Illæ vero, quæ dormiendo filios suffocare videntur, leviter de his judicare oportet; quia nolentes, & non consentiendo ad hunc devolutæ sunt casum. *Vormat. cap. 35.*

#### C A P U T VII.

Si qua mulier fornicata fuerit, & infantem, qui exinde fuerit natus occiderit; & quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est, necare; aut certe, ut non concipiat, elaborat, siue ex adulterio, siue ex legitimo conjugio; has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt: nos tamen pro misericordia, siue tales mulieres, siue conscientias scelerum ipsorum, decem annis agere pœnitentiam judicamus. *Mart. Brac. cap. 77. al. 78.*

#### C A P U T VIII.

Quæ de industria fœtum corrupti, cœdis poenas lauat. For nati autem, vel informis subtilitas a nobis non attenditur: hic enim non solum quod nascendum est, vindicatur, sed etiam ipsa, quæ

infidias paravit, quoniam ut plurimum ejusmodi inceptis una quoque mulieres intereunt. Ei autem accedit fœtus quoque interitus alia cœdes, eorum quidem certe, qui hoc audent, existimatione. Oportet autem non usque ad obitum eorum confessionem extendere, sed decem quidem annorum mensuram admittere: definire autem non tempore, sed modo pœnitentiæ medicinam. *Basil. ad Amphiloch. c. 2.*

#### C A P U T IX.

Mulier, quæ in via peperit, & sui fœtus curam non gessit, cœdis crimine teneatur. *Basil. ad Amphiloch. c. 33.*

#### C A P U T X.

Quæ fœtus in via nati curam non gessit: si, cum posset quidem, servare neglexerit; vel se ideo peccatum celare existimans, vel etiam omnino belluina, & inhumana ratione utens, tamquam propter homicidium judicetur. Sin autem eum concinnare, & componere non potuit, & propter solitudinem, rerumque necessiarum inopiam fœtus interiit, matri ignoscendum est. *Basil. ad Amphiloch. c. 52.*

### P A R S Q U A R T A.

*De his, qui Episcopo, presbytero, Cœ. mortem afferunt, aut vulnus infligunt, aut gravem aliquam injuriam faciunt.*

#### C A P U T I.

**S**i quis laicorum transgrediens, & contemnens *Depœnit. c. 12. ap. Gr. IX. &c. 2. cod. tit. in 4. coll.* divinas, & Imperiales iussiones, irridens vincula, & jura Ecclesiastica, & civilia, ausus sit aliquem Episcopum verberare, aut custodire, aut sine causa, aut efficta causa, anathema sit. *Syn. CP. VIII. sub Joann. VIII. c. 3.*

#### C A P U T II.

In quibusdam provinciis Ecclesiarum patroni, seu vicedomini, & advocati se in tantam insolentiam erexerunt, quod non solum cum vacantibus debet Ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de possessionibus, & aliis bonis Ecclesiasticis pro sua voluntate præsumunt, & quod horrendum est dicere, in necem prælatorum prorumpere non formidant, &c. Prohibemus expresse, ne patroni, vel advocati, seu vicedomini super præmissis de cætero plus usurpent, quam reperitur in jure permisum, & si contra præsumperint, canonica districione compescantur. Sacri nihilominus concilii provisione statuimus, quatenus si patroni, vel advocati, aut feudatarii, seu vicedomini, seu alii beneficiati alicujus Ecclesiæ restorem, vel clericum alium ipsius Ecclesiæ per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumperint, patroni jus patronatus, advocati advocationem, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorsus amittant, &c. & non solum de præmissis nil perveniat ad heredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus assumantur, nec in regularibus domibus alicujus prælationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 45.*

CA-

C A P U T III.

*Dif. 45.6.2.* Nemo quemquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, nec Episcopus clericum ad cædem perducat, sed si ita causa exigit clerici, triduo privetur honore, ut poenitentes redeant ad matrem Ecclesiam. *Silv. in syn. Rom. CCLXXXIV. Episc. c. 17.*

C A P U T IV.

Universa synodus dixit: „Episcopalē persecutionem, & Ecclesiārū abscessionem, vel vastationē, atque servorum Dei insectationem, fulti p̄dīcta auctoritate, & omnium sanctorum patrum prohibitione, vestraque consolatione, communi tractatu pariter in futurū robuste, ac veraciter amputantes, sanctorumque patrum statuta firmantes expressis sententiis sanctim, ne unquam talia a quoquam nostris, aut futuris temporibus p̄sumantur, &c. Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere p̄sumperit, aut voluntarie transgredi temptaverit, si clericus est, gradu proprio penitus careat; si vero monachus, aut laicus fuerit, communione privetur. Et si non emendaverit vitium, anathematice feriatur. Secretas vero insidias, vel manifestas Pontificibus a quibuscumque illatas, vel ea, quæ hujus sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, potiatur honore; & hi, qui adversa eis moliuntur, sicut a sanctis patribus dudum statutum est, & hodie synodali, & Apostolica auctoritate firmatur, penitus abiiciantur, & exilio, suis omnibus sublatis, perpetuo tradantur“. *Syn. Rom. V. sub Symmach. in fin.*

C A P U T V.

*23. q. 4. 6.* Belisarius mandavit, me ad se venire, &c. *30.* me vi retentum miserunt in exilium, &c. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimisso officium meum, sed cum Episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia contra me egerunt, anathematizavi; & una cum illis Apostolica, & synodali auctoritate statui, nullum unquam taliter decipendum, sicut deceptus sum; & si aliquis deinceps ullum unquam Episcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum. *Silv. in syn. epist. 1. Anselm. lib. 12. cap. 8.*

C A P U T VI.

Statuimus, ut nullus futuris temporibus Episcopis vim inferre, vel eos temere lacerare p̄sumat; quatenus, cum ad synodum conveniunt, libere eis tractare, & statuere liceat, quæ sanctorum patrum canonica censura decrevit. Nullusque eos lacerare, vel sacrī canonibus, & justa examinatione inquietare, &c. absque status sui periculo pertemptet. *Ravenn. sub Joann. IX. e. 2.*

C A P U T VII.

Violatores, seu corruptores sacri tumuli Formosi Papæ, qui sub foedere conspirationis ad capiendum thelaurum, corpus illius trahentes in fluvium Tiberim jaçtare non timuerunt, divina auctoritate, synodalique nostro consultu, nisi resipuerint, sint a sancta Dei Ecclesiæ liminibus separati. *Ravenn. sub Joann. IX. part. 1. cap. 9.*

C A P U T VIII.

Ubicumque presbyter, vel monachus, vel p̄egrinus, vel res eorum captæ fuerint, statim excommunicetur receptum, unde factum, vel ad quod ductum fuerit. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. cap. 15.*

C A P U T IX.

Si quis parochianus, vel diësis, vel factis contumelias suo intulerit presbytero, extra Ecclesiā sit, donec satisfaciat, ne nomen Dei, & ordo vilescat. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap. 26.*

C A P U T X.

Si quis Episcopum ceperit, & incarceraverit, perpetuae infamiae subjaceat; ulterius arma non exerceat, & clamatum est ab omnibus, fiat. *Urban. II. in concil. Claromont. cap. 30.*

C A P U T XI.

*27. q. 4. 6.* Si quis suadente Diabolo hujus sacrilegii reatum incurrit, quod in clericum, vel monachum violentas manus injecerit, anathemati subjaceat; & nullus Episcoporum illum p̄sumat absolvere, nisi mortis imminentē \* periculo, do- *19.* nec Apostolico conspectui p̄fertetur, & ejus mandatum suscipiat. *Syn. Rom. sub Innoc. II. c. 11. apud Ivo post panorm. in aliis est cap. 15. Eugen. III. in synod. Remen. cap. 13.*

C A P U T XII.

Si clericus injuria afficerit Episcopum, depo- *Exd. 22.* natur: *Præfecto enim populi tui non maledices.* *Aph. 23.* *Apoch. cap. 55.* Si presbyterum, vel diaconum, excommunicentur. *Apoch. cap. 56.*

C A P U T XIII.

Qualis condemnatio, & qualis imminet male- *2. q. 7. 6. 9.* dictio his, qui in patres peccant, divina nos docet scriptura, si enim Cham filius Noe cum vi- *Genes. 9.* disset nudum suam patrem, quoniam non cooperauit patris corporalis nuditatem, sed egressus nunciavit eam fratribus, & illi uestimento eum cooperuerunt: ipse quidem Cham, & illi, qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt; qui au- tem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt; multo magis isti majore, & ampliore condemnatione digni sunt, qui patribus obviare, aut contra eos insurgere nituntur, aut injuriam, vel contumeliam eis inferre moliuntur: quoniam qui eis resistit, Deo resistit; & qui eis injuriam, vel contumeliam facit, Deo, cuius legatione fun- guntur, facit. *Clemens epist. 2. post med. Trof- lejan. cap. 5.*

C A P U T XIV.

Si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei paraverit, aut contumeliam, & calumniam; & convinci potuerit; mox curia tradatur. Qui au- tem facit injuriam, recipiat hoc, quod inique gessit. *Pius epist. 2. in fin.*

C A P U T XV.

Patres sancti synodum congregaverunt gene- ralem in Nicœa, &c. leges posuerunt, quas sacros canones appellamus, quibus multa pernecessaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, & supplementum columnarum ejus, id est, Episcoporum, qui eam propriis humeris gestant, sunt decreta, & nou-

# 460 Juris Pontificii Veteris Epitome

menta eorum prohibita; ita ut qui talia agere temptaverint; aut eis nocere presumperint, si quidem clerci fuerint, a proprio gradu decident; si vero monachi, aut laici fuerint, anathematizentur. *Jul. epist. 1. ad Episcop. Orient. ante med.*

## C A P U T XVI.

Lambertus spredo Episcopus excommunicatus est tum pro aliis nefariis, tum pro eo, quod quinque clericos ad Romanam synodum ire, & de malitia ejus querimoniam volentes facere, captione pessima afflixit. *Greg. VII. lib. 9. registr. epist. 34.*

## C A P U T XVII.

*3. q. 6. c. ult. \* clericum. \* convictus.* Si quis sacerdotalium per calumniam Ecclesiam, aut clerum \* fatigare temptaverit, & vi- etus \* fuerit, ab Ecclesia liminibus, & a Catho- licorum communione, nisi digne poenituerit, ar- ceatur. *Agath. cap. 32. Vormat. cap. 24. O 61. Anselm. lib. 3. cap. 116. vel 125. Burch. lib. 15. cap. 5. Ivo part. 16. cap. 6. decret.*

## C A P U T XVIII.

Si qui clerci in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam protulerit, a Pontifice distictius vindicetur. *Ilerd. cap. 11.*

## C A P U T XIX.

Si quicumque judex clericum absque causa criminali, id est, homicidio, furto, aut maleficio, injuria affecerit, aut custodiae deputaverit, quamdiu Episcopo loci illius visum fuerit, ab Ecclesia liminibus arceatur. *Matisc. cap. 7.*

## C A P U T XX.

Sacerdalis judex, qui Episcopum de Ecclesia extrahit, & qui ei consenserint, usque ad generale concilium anathemate de Ecclesia separantur. *Matisc. II. cap. 9.*

## C A P U T XXI.

Omnis potestas Episcopalis modum suæ po- nat iræ; nec pro quolibet excessu cuilibet ex familiâ Ecclesiæ aliquid corporis membrorum sua or- dinatione presumat extirpare, aut auferre. Quod si talis emerget culpa, advocato judice ad exa- men ejus deducatur, quod factum fuisse asseritur: & quia omnino justum est, ut Pontifex sacerdoti- mam non impendat vindictam, quidquid coram judice verius patuerit, per disciplinæ severitatem, atque turpi decalvatione maneat emendatum. *Emerit. cap. 15.*

## C A P U T XXII.

Quicumque judex, aut sacerdalis presbytero, aut diacono, aut cuiilibet de clero, aut de junio- ribus absque audiencia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre præsumperit, anno ab omnium Christianorum con- sortio habeatur extraneus. *Antif. cap. 43.*

## C A P U T XXIII.

*Difl. 45. Cum be- tuts, cap. 8.* Presbyteri, Abbates, & Levitæ, exceptis gra- vioribus, & mortalibus culpis, nullis debent ver- beribus subjacere. Si quis aliter fecerit, juxta mo- dum verberum, quæ intulerit, excommunicationem, pariter, & exilii sententiam sustinebit. *Brac. III. cap. 6.*

## C A P U T XXIV.

*17. q. 4. 6. 27. Qui sub- diac.* Si quis subdiaconem calumniatus fuerit, vul-

neraverit, vel debilitaverit, & convaluerit, quin- que quadragesimas sine subditis annis poeniteat, & ccc. solidos cum sua compositione, & Episco- palibus bannis componat. Si autem mortuus fue- rit, singulas supradictas quadragesimas cum se- quentibus annis poeniteat, & cccc. solidos cum tripla sua compositione, & Episcopalibus bannis Episcopo componat. *Synod. apud Theodonis villam cap. 1. O ibidem in edito Imp. Caroli Magni. Burch. lib. 6. c. 5. O 6. Ivo lib. 8. tit. 2. cap. 2. panorm. O part. 10. cap. 9. O cap. 134. O 135. decret. Capitul. lib. 3. cap. 25. Longob. lib. 1. tit. 9. cap. 27. Cœsar. lib. 7. cap. 7.*

## C A P U T XXV.

Si diaconum calumniatus fuerit, & convalu- erit, sex quadragesimas sine subditis annis poeniteat, & quadringentos solidos cum compositione sua, & Episcopalibus bannis componat, si autem mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadra- gesimas cum sequentibus annis poeniteat, & sex- centos solidos cum tripla sua compositione, & Episcopalibus bannis Episcopo componat. *Ibid. cap. 2. O in edito Imperat. Burch. O Ivo ubi supra.*

## C A P U T XXVI.

Si quis presbyterum calumniatus fuerit, & spassaverit \*, septem quadragesimas sine subditis annis poeniteat, & sexcentos solidos cum triplici sua compositione, & Episcopalibus bannis tripli- cibus Episcopo componat, si autem mortuus fue- rit duodecim annorum poenitentia secundum ca- nones ei imponatur, & cm. solidos cum triplici compositione sua, & Episcopalibus bannis tripli- cibus Episcopo componat. *Ibid. c. 3. Burch. O Ivo ubi supra.*

## C A P U T XXVII.

Si quis Episcopo insidias posuerit, compre- henderit, vel in aliquo de honestaverit, de- cem quadragesimas sine subditis annis poeniteat, & presbyteri non occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu, & non sponte occidi- tur, cum provincialium Episcoporum consil- io homicida poeniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vita suæ. Cingulum mi- litare deponat, absque spe conjugii in perpetuo maneat. *Syn. apud Thod. villam c. ult. Burch. O Ivo ubi supra.*

## C A P U T XXVIII.

De Episcopis, presbyteris, diaconibus, & mo- nachis interfestis querendum a Domino Impe- ratore est, cui illius homicidii pretium exolven- dum sit. *Cabilon. sub Carolo, cap. 24.*

## C A P U T XXIX.

Qui presbyterum occidit, duodecim annorum ei poenitentia secundum statuta priorum impo- natur: aut si negaverit, si liber est, cum XII. ju- ret, &c. Convictus vero noxæ usque ad ultimum vitæ tempus militare cingulum deponat, & uxori amittat \*. *Magunt. sub Raban. c. 24. Burch. lib. 6. cap. 7. Ivo part. 10. cap. 136. decret. Poë- nit. Roman. tit. 1. cap. 1.*

## C A P U T XXX.

Nuntiatum est nobis, quod aliqui, qui olim di-

\* debilita- verit.

24. de poenit. 8. 9. c. 2. de purg. vulg. in l. coll.

\* id est, non accipiat.

dixerunt, se fuisse sacerdotes, & postea degradati pro suis peccatis, pœnitentiam agendo suffragia sanctorum per diversa loca transeuntes quæsierunt, trucidati sunt. Hujuscemodi interfectori bus omnem Ecclesiasticam communionem denegamus, donec dignam pœnitentiam pro reatu suo secundum judicium Episcoporum exfolvant. *Magunt. sub Raban. cap. 25.*

C A P U T XXXI.

Qui sacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibere præsumat, & jejunet usque ad vesperam exceptis festis diebus, atque dominicis. Arma non sumat; & ubicumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur; Ecclesiam per quinquennium non ingrediatur, sed cum sacrarum orationum officia, aut missarum solemnia celebrantur, ante fores basilicæ perleveret orans, ac deprecans dominum, ut tanto crimen abluatur. Post expletum vero quinquennii tempus ingrediatur Ecclesiam, nondum vero communicet, sed inter audientes tantummodo stet, vel dum facultas conceditur, sedeat. Et cum decimi anni cursus fuerit finitus, communicandi eius licentia concedatur, & equitandi tribuatur medela: maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius ad culmen purificationis pervenire mereatur. *Vorm. cap. 26. Magunt. sub Arnulpho cap. 16.*

C A P U T XXXII.

Relatum est sanctæ synodo, quod a malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus Christi, seu cæteris clericis inferioris gradus fæcissimæ inferantur, &c. Si quis clero aliquam injuriam, seu calumniam ingesserit, a liminibus sanctæ Ecclesiæ arceatur, usque ad condignam satisfactionem. *Magunt. sub Arnulpho, cap. 7.*

C A P U T XXXIII.

Ad aures sanctæ synodi Arno venerabilis Vutziburgensis Ecclesiæ se reclamavit, quod quidam scelesti quendam honorabilem presbyterum suum comprehendissent, eique nares abscondissent, & capillos capitinis incidissent, nec non & sœvis verberibus cruciatum semivivum reliquerant. Unde tanto scelere inaudito peracto, sancta synodus statuit, ut iidem temerarii anathematis vinculo constringantur, quoisque proprio Episcopo post dignam pœnitentiam absoluti sanctæ matris ecclesiæ sociari mereantur. *Magunt. sub Arnulpho. cap. 8.*

C A P U T XXXIV.

Si quis presbyter, quod absit, quia sacerdos altissimi Dei est, vulneratus, vel quibuslibet injuriis, & contumeliis dehonestatus evalerit, & supervixerit, tota compositio persolvatur presbytero. Si autem articulo mortis præventus obierit, \* id est, multe pecunie. premium viceregeldi \* tripartita partiatur divisione, id est altari, cui ordinatus fuerat, pars una; Episcopo, in cuius diœcesi erat, altera; tertia, parentibus, de quibus ortus fuerat. Si vero in atrio ecclesiæ aliquid ex istis presbytero factum fuerit, sopradicto modo presbytero, & pro presbytero solvatur. Sed quia, ut Hilarius Papa omnibus Episcopis per diversas provincias in epi-

stula sua scribit, injuria sacerdotum, & ecclesiærum sacrilegium est, sacrilegium in atrio factum altari, & Domino ejusdem loci persolvatur. *Tribur. cap. 4.*

C A P U T XXXV.

Si quis sacerdotem non coactus, sed propria voluntate seductus morti tradiderit, secundum sententiam Apostolicorum, & nostrorum moderni temporis sacerdotum, quinquennio plenissimæ castigationi pœnitentia substernatur, ita ut carnem non manducet, nec vinum bibat: jejunet autem usque ad vesperam, exceptis dominicis, & diebus festis. Arma non portet, & ubicumque eat, pedibus incedat; Ecclesiam non intret, sed ante fores stet orans Dominum puro corde, ut abluitur tanto crimen. Expleto vero quinquennio, introducente Episcopo, ingrediatur Ecclesiam, nondum tamen communicans, sed intra \* au- dientes stans. Et aliud quinquennium indulgentius introeat indultum. Quo vero expleto, cum decimi anni cursus fuerit finitus gratia communicandi, & licentia concedatur ei equitandi. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut purificationis mereatur culmen. *Tribur. cap. 5.*

C A P U T XXXVI.

Si quis irreverens timorem Domini postponens, in servos ejus favore prælumperit, quos ipse præ cæteris peculiari singularitate sibi segregavit, & coronaæ suæ similitudinem, tradente Apostolorum principe, gestare fecit, & servos <sup>1. Per. 2.</sup> suos dici, & esse voluit, forteisque illorum se constituit, sicut de eis scriptum est, loquente ipso Domino: *Ego hereditas eorum: Dominus Deut. 18. hereditas mea est.* Si quis, ut diximus, ullum eorum quocumque ordine consecratum cæsis vulneribus, vel quibuscumque injuriis angustaverit, jubeat eum Dominus Episcopus per bannum a se impositum ante se venire, & advoret cognitorem, & adjutorem comitem, constringat protervum Episcopus auctoritate canonica, ut eidem clero, cui contra divinas, & humanas leges contumelias ingessit, justam, & debitam persolvat compositionem, & comite agente, persolvat bannum Regibus debitum. *Tribur. cap. 20.*

C A P U T XXXVII.

Qui sacerdotibus injuriam, vel contumeliam, irrogant, Domino Deo nostro Jesu Christo, cuius vices agunt, injuriosi, & contumeliosi existunt. Et quia omnes, qui Ecclesiæ, sacerdotesque contra divinas sanctiones vexant, sacrilegi habentur, atque indubitanter infames sacrilegi vocantur. Si sacerdotes Dei non sunt infestandi, non contristandi, non accusandi, non a sæcularibus arguendi, non reprehendendi, non aliqua injuria, vel contumelia afficiendi, quanto minus persecundi, excæandi, aut interficiendi? Si quis Episcopo aliquam injuriam, aut injustam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia, quæ habere visus fuerit, Ecclesiæ, cui Episcopus, esse dignoscitur, integerime socientur, & nobis in triplo, bannus noster, id est tollidi sexaginta persolvantur, aut ipse in servitio fisci nostri servitus semper societur, usque se redi-

mat

mat in triplo juxta Virgildum suum, si potuerit. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesiis, earumque res irruens, sacerdotibus, & ministris, vel ipso cultu; locoque aliquid importet injuria, vel inferat ad divini cultus injuriam, convictos, sive confessos reos capitali sententia noverit vindicandum; nec expectetur, ut Episcopus injuriæ propriæ ultiōem depositat. Quicumque judex scularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, atque de junioribus absque audience Episcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre presumperit, anathema ab omnium Christianorum confortio habeatur. *Troslejan. c. 5. ex Capitular. Caroli Imperatoris lib. 6. cap. 98. 99.* *C 297.*

## C A P U T XXXVIII.

*II. q. 1. e. 2. de foro camp. c. 2. Greg. IX. c. 3. cod. tit. in 1. coll.* Nullus judex neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum, aut juniores Ecclesie sine conscientia Pontificis per se distinguat, aut condemnare presumat. Quod si fecerit ab Ecclesia, cui injuriam fecit, quam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, donec reatum suum cognoscatur, & emendet. *Troslejan. cap. 6. Capitul. lib. 6. cap. 154. lib. 7. cap. 139. C in addit. c. 210. Burch. lib. 16. cap. 22.*

## C A P U T XXXIX.

*Psalm. 73. Psalmista ad Dominum, & dicere: Exurge Deus, judica caussam tuam; memor esto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab insidente sunt rotunda die. Verumramen, ut quos divinus non restrinxit, saltem humanus timor coercent; proponantur eis edicta Imperialia; in libro Capitular. vi.*

*17. q. 4. c. 28. cap. 90. ita censetur: „ Qui occiderit monachum, aut clericam; arma relinquat, & Deo in monasterio serviat cunctis diebus vita sua: „ nunquam ad sculum reversurus, & septem annos publicam poenitentiam gerat “. Ex eodem libro cap. 28., Si quis sacerdotem, vel levitatem, aut monachum interficerit, vel debilitaverit, juxta statuta priorum capitulorum, quæ legi sunt addita, & insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, nobis persolvat, & arma relinquat, atque in monasterio diebus vita sue sub ardua poenitentia Deo serviat “, &c. Itē in lib. VII. cap. CCLV. \* „ De homicidis ita iussimus observari; ut quicunque ausu temerario alium sine causa occiderit, vitæ periculo experiatur; & pretio se redimere nunquam audeat: & si convenerit, ut ad compositionem quisque descendant, nullus de parentibus, aut amicis eum quidquam adjuvet, quod si fecerit, suum Virgildum omnino componat “. Cum ergo de istis tam distri-*

ctum proferatur judicium, quid censemur de nece Episcoporum? Quod fortassis hic videtur omissum, quia post lopitam persecutionis Christianorum, quæ a paganis exercebatur, scvitiam, vel fuit rarissimum, vel nullum tam immane facinus inter Christianos est perpetratum; & idcirco quomodo pœniteri, vel puniri debeat, hac non est lege definitum. Hoc tantum inter cetera capitularium scripta libro quinto cap. 261. reperitur. Quod qui Episcopum occiderit, nongentis solidis culpabilis judicetur. Sane quo modo in talibus vindicandum sit, quia non hominis vindicta queritur, sed Dei, ne, quantum ad humanum spectat interitum, tantum facinus videatur remanere inultum; & super eos, qui Dei vindices esse debuerant, dum suas gravius, Dei vero vel levius, vel nullatenus ulciscuntur injurias, justum ejus superducatur judicium, videat Rex, ut recte de talibus judicando, nomen suum satis adimplat, &c. Nos vero talibus, si forte tandem aliquando, vel in ultimis suis relipuerint, nequam pœnitentiam denegari dicimus, &c. Si tamen pœnitentiam agere noluerint, sed ut coeperrunt, in sua perseveraverint malitia, nos quoque cum omni ecclesia Christi eis aec vivis, nec mortuis communicabimus. Insuper & secundum protestatem nobis a beato Petro, & in ceteris collatum Apostolis, quibus dictum est: *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata C in celis, anathematis vinculo eos innodabimus, ut juxta Pauli vocem, quia non amant Dominum nostrum Jesum Christum, quin \* in uno \* quiniam, oderunt, & persequuntur; & illum, qui nomen ejus cum sacra unctione gestabat, vicesque illius agebat, Christum Domini interfecerunt; sit quisque eorum, qui hoc nefandissimum scelus opere perpetravit, & quicumque eis quoquomo do faciendo, & communicando contentit, anathema maranatha, id est condemnatus donec Dominus redeat; vel perditio, sive, ut dictum est, condemnatus in die judicii, quando Dominus veniet. Trosl. cap. 13. Ivo part. 10. cap. 10. decret. Cæsar. lib. 7. cap. 7.*

## C A P U T XL.

Quidam Stephanum Episcopum dolo occidit; cœnobium petuit. Abbas directis litteris ad Papam Romanum consultum expostulat, cui Apostolicus talia remandat. Impossibile est, tales ad aliquem gradum provehi, &c. Sed nec communionem sanctam accipere potest. In exitu autem vitæ pro misericordia ei viaticum detur. Nihil hic aliud, quam luctum agat, si illic forte misericordiam inveniat. Ita haec tenus ille vivit permanent in poenitentia luctu, non offerens, neque communicans. *Lemov. act. 2.*

## C A P U T XLI.

Maras excommunicatus est a proprio Archidiacono, quoniam injuriam fecit presbytero. *Ibas Episcopus in syn. habita Tyri; vide apud Chalc. act. 10. ante med.*

## C A P U T XLII.

„ Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, sicut quondam Abel justi contra parricidam Cain, &c. Ejeci-

„ sibi

„ Si e throno suo re non judicata magnum totius orbis doctorem, & una cum eo Christum persecutus es, &c. Nova autem Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris, seu seductionis novacula totondit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi induxit, grave, & quod gestari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segrego te, & illam a perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri: Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei ecclesiæ, qui administrare, aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab hora, qua præsentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate sua excedisse decerno, &c. Arfacium, quem pro magno Joanne in thronum Episcopalem produxisti, et iam post obitum exauetoramus, una cum omnibus, qui consulo cum eo communicarunt, Episcopis; cujus eriam nomen sacro Episcoporum albo non inscribatur; indignus enim eo honore est, ut qui Episcopatum quasi adulterio polluerit, &c. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam a christianismo alienationem. *Innoc. epist. ad Archad. Imp. apud Niceph. lib. 13. c. 34.*

PARS QUINTA.  
De iis, qui servos occidunt.

## CAPUT I.

*Dif. 50. c. 43.* SI qua femina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra terrium diem animam cum cruciatu effundat, &c. si voluntate occidit, post septem annos; si casu, per quinque annorum tempora acta legitima poenitentia ad communionem placuit admitti. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem. *Elib. c. 5. Magunt. sub Rab. cap. 22. Vormat. cap. 39. Raban. cap. 14. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 19. Ivo part. 10. cap. 22. &c. 148. decret. Anselm. lib. 11. c. 35.*

## CAPUT II.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione (vel poenitentia\*) biennii reatum sanguinis emendabit. *Agath. c. 62. Epaun. c. 34. Magunt. sub Rab. c. 22. Vormat. c. 38. Rab. c. 14. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 18. Ivo part. 10. cap. 147. decret. Anselm. lib. 11. c. 55.*

PARS SEXTA.  
De variis homicidiis.

## CAPUT I.

Homicidae, malefici, fures, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. *Fælia II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 15.*

## CAPUT II.

Si quis perpetrato homicidio manserit in adulterio, ad perfectam poenitentiam minime recipi debere decretum est. *Urban. II. in concil. Claram. c. 22. al. 20.*

## CAPUT III.

Si clericus in pugna quem percussiterit, & si mo-

riatur, deponatur, laicus excommunicetur. *Apost. c. 64.*

## CAPUT IV.

Homicidas ab Episcoporum vexatione, & accusatione prohibebat Petrus Apostolus. *Clem. epist. 1. post med.*

## CAPUT V.

Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes fures, &c. homicidas, raptiores, &c. *Steph. epist. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Anselm. lib. 3. cap. 5. Ivo part. 5. cap. 291. Cæsaraugust. lib. 5. cap. 28.*

## CAPUT VI.

Hæretici omnes, & suspecti, & excommunicati, homicidae quoque, atque malefici, &c. nullatenus ad accusationem sunt admittendi. *Euseb. epist. 2. in med.*

## CAPUT VII.

Statuimus iterum cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicidae, malefici, fures, &c. similaresque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi. *Euseb. epist. 3. in print. Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 63. Burch. lib. 16. c. 4. Anselm. lib. 3. cap. 19. Ivo part. 10. c. 37. decret.*

## CAPUT VIII.

Qui convivio solo gentilium, & escis immolationibus usi sunt, possunt jejunii, & manus impositione purgari, &c. Si autem aut idola adoravere, aut homicidiis, vel fornicationibus conta nimata sunt, ad communionem eos, nisi per poenitentiam publicam, non oportet admitti. *Leô epist. 90. in fin.*

## CAPUT IX.

Quidam ex fidelibus ad immolandum sua vendunt mancipia, &c. Eis similem homicidae indices poenitentiam. *Gregor. II. ep. 8. in fin.*

## CAPUT X.

Si quos repererit tua fraternitas Episcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta patrum excessisse, &c. ut si sanguinem christianorum, sive paganorum effuderunt, &c. nulla ratione Apostolica auctoritate permittat faceratio fungi, &c. Qui non ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias, quales se esse sacerdotes existinant? &c. propriis manibus christianos, atque paganos homines necant, & fit, ut quibus in remissionem peccatorum debuerunt lavacrum regenerationis impendere, atque Christi sacramentum donare, ne in æternum perirent; eorundem sacrilegis manibus ipsi exinguantur, &c. *Virum sanguinum, & dolosum Psalm. 5. abominabitur Dominus, &c. Isti nec sacerdotio fungi patientur, neque divina contingere mysteria, commonemus. Zachar. ep. 6. post princ.*

## CAPUT XI.

Igitur referentes qualiter divina clementia christianam religionem perceperitis; qualiterque populum vestrum baptizari omnem feceritis, qualiter autem illi postquam baptizati fuerunt, insurrexerint unanimiter cum magna ferocitate contra vos dicentes, non bonam vos eis legem tra-

tradidisse, volentes etiam vos occidere, & regem alium constituere; & qualiter vos divina coope-  
rante potentia adversus eos præparati a maximo usque ad modicum superaveritis, & manibus vestris detentos habueritis; qualiterque omnes primates eorum, atque majores, qui in culpa erant, cum omni prole sua (*a vobis*) gladio fuerint interempti; mediocres vero, seu minores nihil malum pertulerint. De his nosse desideratis, qui vita privati sunt, utrum ex illis peccatum habeatis. Quod utique sine peccato evasum non est; nec sine culpa vestra fieri potuit, ut proles, quæ in consilio parentum non fuit; nec adversus vos arraa sustulisse probatur, innocens cum nocentibus trucidaretur, &c. Verum quia zelo christianæ religionis, & ignorantia potius, quam alio virtio deliquistis, poenitentia subsequente per Christi gratiam, de his & misericordiam consequemini. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 17.*

## C A P U T XII.

Consuetudinis esse patriæ vestræ perhibetis, semper custodes inter patriam vestram, & aliorum juxta terminos invigilare; & si servus, aut liber per eandem custodiæ quoconque modo fugerit, sine omni intermissione custodes pro eo interimuntur. Deinde percontamini, quid nos hinc judicemus. Et de hoc in legibus est requirendum. Verumtamen abilita mentibus vestris, ut tam impie jam judicetis, qui tam pium Deum, & Dominum agnoscitis; præfertum cum magis oporteat, ut sicut haec tenus ad mortem facile quoque pertraxistis, ita deinceps non ad mortem, sed ad vitam, quos potestis, nihilominus perducatis. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 25.*

## C A P U T XIII.

De iis, qui socium suum morti tradiderint, venerandæ leges proprium robur obtineant: sed si ad ecclesiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur: poenitentia vero, quam Antifites loci, vel presbyter consideraverit, absque dubio submittatur. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 26. G. 27.*

## C A P U T XIV.

De eo, qui nolens hominem interficerit, id statuimus, quod sacræ regulæ statuunt, quas Episcopum vestrum apud te penes vos positum præ manibus oportet semper habere. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 30.*

## C A P U T XV.

Circam eum, de quo sciscitamini, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad misericordiam exhortamur; sicut & Dominus iubet dicens: *Dimitte, G. dimitetur vobis.* *Nicol. ad consult. Bulg. c. 85.*

## C A P U T XVI.

*Dif. 50. Eos* Homicidæ voluntarii in exitu vitæ tantum vero, c. 42. communicent, casuales olim septenio, hodie &c. Si quis, quinquennio poeniteant, *Ancyr. c. 22. 23. G. 22.* 44. *L. Tribur. c. 52. Magunt. sub Rab. c. 22. ex concil. Neocæs. G. c. 23. ex Ancyr. Trosl. c. 13. vide Epaun. c. 31. Mart. Brach. c. 79. Rab. c. 15. de pœnit. Ivo part. 10. c. 25. 142. 144. G. 39. decret. Burch. lib. 6. c. 13. G. 15.*

## C A P U T XVII.

Flamines, qui post fidem lavacri, & regenera-

tionis sacrificaverint, eo quod geminaverint sceleris accedente homicidio, vel triplicaverint facinus cohærente mœchia, placuit eos, nec in fine accipere communionem. *Elib. c. 2.*

## C A P U T XVIII.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo, quod sine idolatria perficere scelus non potuit, nec in finem habeat communionem. *Elib. c. 6. Trosl. cap. 13.*

## C A P U T XIX.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel imperfectus, non nisi in finem accipiat communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipiat communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennium admittatur ad baptismum. *Elib. c. 73. Burch. lib. 6. c. 27. Ivo part. 10. c. 156. decret. Capitul. lib. 6. c. 244. G. lib. 7. cap. 205. G. in addit. c. 160.*

## C A P U T XX.

Homicidas, & falsos testes a communione Ecclesiastica submovendos censuimus, nisi poenitentia satisfactione crimina diluerint. *Agath. c. 37. Venet. c. 1. Magunt. sub Bab. c. 22. Trosl. c. 13. Burch. lib. 6. c. 29. Ivo part. 10. cap. 38. G. 158. decret. Rab. c. 13. de pœnit.*

## C A P U T XXI.

Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem poenitentia ipsorum criminaria diluantur. *Turon. c. 7.*

## C A P U T XXII.

De poenitentia homicidarum, qui sæculi leges evaserunt, hoc summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod Ancyranæ canones decreverunt. *Epaun. c. 31. vide Ancyrr. cap. 22. 23. G. 22. L.*

## C A P U T XXIII.

De homicidis, adulteris, & furibus, si ad ecclesiastici confugerint, id constituimus observandum, quod Ecclesiastici canones decreverunt, & lex Romana constituit; ut ab ecclesiæ atris vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non licet; sed nec alteri consignare; nisi ad Evangelia datis sacramentis, de morte, & debilitate, & omnium poenarum genere sint securi; ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. Quod si quis sua sacramenta convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum convivio separetur. Quid si is, cuius reus est, noluerit intentione faciente componi; & ipse reus de ecclesia auctus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non queratur. *Aurel. c. 1. al. 3.*

## C A P U T XXIV.

Quisquis homicidium voluntate comiserit; ita ut occidere audeat innocentem: si a principibus, aut a parentibus quacunque re se reddiderit absolutum, modus poenitentiae distingendi a sacerdotis potestate consistat. *Aurel. IV. cap. 27. al. 28.*

## C A P U T XXV.

Plerique sacerdotum, &c. missam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vi-  
vis

*Hic nimius  
vigor mode-  
ratus ab ec-  
clesia.*

*24. q. 3. c.  
20. Itaque.*

*17. q. 4. c.  
36. Id con-  
stituimus.*

vis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut is, pro quo id ipsum offertur sacrificium, ipsius lacrosancti libaminis interventu mortis, ac perditionis incurrat periculum, &c. Obinde nostra elegit uanitas, ut si quis sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus a porprii deponatur ordinis gradu, & perpetuo exulet cum eo, qui eum ad id incitavit, & in fine vitæ tantum communicet, &c. *Tolet. XVII. c. 6.*

## C A P U T XXVI.

Iterum suppliciter admonendo velstræ fuggerimus serenitat, ut vestro solertissimo studio, vestrake Imperiali auctoritate, tam temeraria christianorum sanguinis effusio in regno vestro fieri non sinatur, semper illud attendentes, quod Dominus post diluvium dixerit famulo suo Noe: *Genes. 9. a. De manu hominis, & de manu viri, & fratris ejus requiram animam hominis.* Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo, &c. Nescimus qua pernoxia adinventione a nonnullis usurpatum est, ut hi, qui nullo ministerio fulciuntur, propter sua odia, & diversissimas voluntates pessimas indebitum sibi usurpant in vindicandis proximis, & interficiendis hominibus vindictæ ministrum; & quod Rex saltem in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuant propter odium, & puçant sibi licere ob inimicitarum vindicatas, quod nolunt, ut rex faciat propter Dei vindictam. *Paris. sub Lud. lib. 3. cap. 17.*

## C A P U T XXVII.

Plurimi vestrum homicidia crudelissime exercent, & creaturam dissipant, quæ facta est ad imaginem Dei, ad ejus injuriam, qui creavit. Sancti Dei, qui ante nos ecclesiam rexerunt, eos, qui voluntarium homicidium fecerint, poenitentiam, quamdiu viverent, facere statuerunt: & ut nunquam acciperent sanctam communionem, nisi in fine pro viatico decreverunt. De uno homicidio hoc ab illis est confirmatum. Vobis quid facendum est, de quibus nunciatur, multos a singulis trucidatos. *Syn. Tullen. in ep. ad Rothbertum, & alios.*

## C A P U T XXVIII.

*I. q. 5. c. nlt.* Si Episcopo, aut presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in singulis missam celebrare, & secretam publice dicere, & communicare deber, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere. Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus ecclesiæ extraneus habeatur, sicut antiqui canones instituerunt. *Vormat. cap. 10. Burch. lib. 2. c. 199. Ivo part. 6. c. 272. decret.*

## C A P U T XXIX.

*Deut. 20.* Qui odii meditatione, vel propter avaritiam paganum occiderit, quia non levi vitio committitur, ut homicidiam convenit poenitere: quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum est populo antiquo penitus inferre præceptum. *Vormat. c. 27.*

## C A P U T XXX.

*I. q. 2. c. 12.* Si quis infaniens aliquem occiderit, si ad sa-

nam mentem pervenerit, levior ei poenitentia imponenda est, quam ei, qui sana mente tale quid commiserit. Cui quamvis poenitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati, licet fortassis occulta contigisse creditur, tanto tamen levior, quam ei, qui sanus aliquem occidit quantum inter insanum, & sanum, irrationabile, & rationabile constat esse discriminis. *Vormat. c. 28. Burch. lib. 6. c. 25. Ivo part. 10. c. 154. decret.*

## C A P U T XXXI.

Sæpe contingit, ut dum quis opere necessario *Difl. 50. c.* insistens arborem incidat, aliquis subitus ipsam *49.* veniens deprimatur; & idcirco si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida poenitentiae debet omnino submitti. Quod si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit, sed dum ille operi necessario fortassis incumbet, iste insperatus occurrens sub arborem improvisus devenit, & sua ipsa nemine valente penitus adjuvare suppressus est, incisor arboris homicidæ proculdubio non est comparandus. *Vormat. c. 29. Burch. lib. 6. c. 21. Ivo part. 10. c. 150. decret.*

## C A P U T XXXII.

Si quis clericus, quamvis nimium coactus homicidium fecerit, sive sit presbyter, sive diaconus, deponatur. Legimus in canonibus Apostolorum, quod Episcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: quanto magis is, qui hoc immagine scelus fecerit, ab ordine celsare debet? &c. Si quis clericorum præsens erit; ubi homicidium fuerit, & neque consensu, neque consulti, neque in aliquo homicidio rearu pollutus esse convincitur, nihil ei obsit, quin consecratus in gradu permaneat, non consecratus, si alias dignus sit, promotus accedat. *Tribur. c. 11. Apost. 24.*

## C A P U T XXXIII.

Una cum interfectis paganis perempti fuerunt in prælio christiani captivi: quia impetu belli a barbaris nequeunt distingui. Idcirco justum decernentes statuimus cum interfectoribus misericordius agendum, ita ut quadraginta diebus poenitentiae indulgentius transactis, penes Episcopum sit auctoritas, & potestas, ut perpendat culparum, agat indulgentiam. *Tribur. c. 24.*

## C A P U T XXXIV.

*Difl. 50. Si* Si contingat duos fratres simul arborem succidere sive in lyyla, sive quocumque loco; & candente arbore alteri, fuge, vel cave, dixerit, & ipse stans, sive fugiens subitus ipsam arborem devenerit, & mortuus fuerit; superstes frater innocens de morte defunsti dijudicetur, &c. Hanc eandem statuimus defitionem de ceteris similibus sive cognatis, sive nulla proximitate coniunctis. *Tribur. c. 36. Burch. lib. 6. c. 22. Ivo part. 10. c. 151. decret.*

## C A P U T XXXV.

Placuit nobis de homicidiis non sponte commissis hic inferere, quod in Ancyrano sancto concilio c. 22. legitur, ubi dicitur, de homicidiis non sponte commissis: „Prior quidem definitio „post septennem poenitentiam perfectionem

N n „ con-

## 466 Juris Pontificii Veteris Epitome

„ consequi præcipit; secunda vero quinquennii  
„ tempus replere. Modus autem hujus pœnitentia-  
„ tiæ in Episcopi sit arbitrio; ut secundum con-  
„ verlationem pœnitentium, possit, & extende-  
„ re tardantibus, & minuere studiose festinanti-  
„ bus “. *Tribur. cap. 52. Magunt. sub Raban.*  
*Cap. 23.*

### C A P U T XXXVI.

De his, qui voluntarie homicidium fecerint, Ancyrano sancto concilio cap. 21. legitur: „ Ut pœnitentiæ quidem jugiter se submittant: perfectionem vero, id est communionis Christi gratiam, circa vitæ exitum consequantur. Instituta canonica, & sanctorum patrum decreta, nostro, & omnium orthodoxorum judicio inviolabilem habeant firmitatem. Nobis autem, qui pastores Christi ovum sumus, pro moderni temporis qualitate, & hominum frigilitate bonum, & utile videtur, ut his, qui voluntarie homicidium fecerint, auctoritate synodali, & judicio, generali, & modum castigationis imponamus, & certum, ac definitum pœnitentiæ tempus præmonstremus: ne prolixum tempus pœnitentiæ generet fastidium negligentibus, sed cursim exercitatis accrescat opus salutis “. *Tribur. c. 54.*

### C A P U T XXXVII.

Si quis sponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & nihil manducet illis quadraginta diebus præter solum panem, & salem, neque bibat, nisi puram aquam, nudis pedibus incedat, lineis non induatur vestibus, nisi tantum femoralibus, tæcularia arma non portet, nullo vehiculo utatur, ad nullam fœminam, nec ad propriam uxorem his diebus misceatur, nullam communionem illis quadraginta diebus cum aliis christianis, nec cum alio habeat pœnitente in cibo, vel potu, aut ullis rebus. Si vero sint aliqui vitæ sua insidiatores, ut præ illis non possit digne pœnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia, donec ab Episcopo proprio pax ei ab illis sit facta. Si enim aliqua corporali infirmitate detentus sit, ut non possit rite jejunare, adhibeat ei misericordia, quounque convalecat, & tunc demum pœnitiat. Si vero longo tempore eadem sit occupatus infirmitate, ad Episcopum pertinebit, ut prudenter pertractet, quomodo infirmum peccatorem curare disponat, &c. *Tribur. c. 55.*

### C A P U T XXXVIII.

Post illos quadraginta dies unum annum integrum ab introitu Ecclesiæ suspendatur, & abstineat se a carne, & caseo, & a vino, & medone, ac mellita cervisia, nisi dominicis diebus, & festis, qui per illum Episcopatum publice celebrantur apud cunctum populum, & nisi vel in hoste, aut in aliquo magno sit itinere, vel longe, aut diu ad dominicam curtem, vel si infirmitate detentus sit. Tunc licitum sit ei tertiam feriam, & quintam, atque sabbatum redimere uno denario, vel pretio denarii, sive tres pauperes pro nomine Domini pascendo, ita dumtaxat, ut vel carne, vel vino, vel medone, id est, de tribus una re utatur, non omibus vescatur. Postquam

autem de itinere domum revertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, sed statuto modo pœnitiat. Completo vero unius, ejusdemque anni curriculo, ita castigatus rite, & ordinabiliter, more pœnitentium introducatur in Ecclesiam. *Tribur. c. 56.*

### C A P U T XXXIX.

Secundum vero, & tertium annum simili modo pœnitiat, excepto quod prædictas tres ferias redimere jus habeat, ubicumque est, sive in domo, sive in itenere. Cætera per omnia observet, ut in primo anno faciebat. *Tribur. c. 57.*

### C A P U T XL.

Quartum annum, & quintum, sextum, & septimum isto modo observet. Jejunet autem his singulis tres quadragesimas, unam ante pascha Domini a caseo, & pinguibus piscibus, a vino, & medone, & mellita cervisia. Alteram ante nativitatem sancti Joannis Baptistæ. Si vero defunct quadraginta dies ante nativitatē implentur post nativitatem. Tertiam quadragesimam ante nativitatem Domini Salvatoris jejunet, & abstineat se a carne, & cæteris rebus prædictis. Et in his quatuor annis tertia feria, & quinta, ac sabbato manducet, & bibat quodcumque libeat, & secundam, atque quartam feriam denario, aut prædicto denarii pretio redimere jus habeat. Sextam vero feriam caute observet. His septem annis rite expletis reconcilietur, & more pœnitentium sacris altaribus, & sanctæ communioni restituantur, atque perfectionem consequatur. *Trib. c. 58.*

### C A P U T XLI.

Si quis voluntarie, & per insidias hominem interficerit, iugi se pœnitentiæ submittat; & si hoc publice actum constat, si laicus est, a communione orationum quinquennio removeatur: post quinquennio n tantum in oratione non communionem recipiatur; non autem offerat, non corpus Domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur. *Nannet. c. 17.*

### C A P U T XLII.

Si quis casu non volens homicidium perpetravit, quadraginta diebus in pane, & aqua pœnitiat; quibus peractis biennio ab oratione fidilium segregetur: non communicet, nec offerat. Post biennium in communione orationis offerat; non tamen communicet; post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat. *Nannet. cap. 18. Burch. lib. 6. cap. 16. Ivo part. 10. cap. 145. decret.*

### C A P U T XLIII.

Si quis homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscient fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiiciatur; & in finem vitæ suæ communionem recipiat. *Mart. Brac. c. 26. Anselm. lib. 7. cap. 198.*

### C A P U T XLIV.

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad ja- Dijl. 50. c. 8. nuam ecclesiæ catholicæ semper subjaceat; & quis, c. 44. communionem in exitu vitæ suæ recipiat. Si au- tem

tem non voluntarie, sed casu aliquo homicidium fecerit prior canon septem annis agere poenitentiam iussit, secundus canon quinque mandavit. *Mart. Brac. cap. 78. vel 79. Ivo part. 10. cap. 39. decret.*

C A P U T XLV.

De iis, qui inter barbaros annumerati sunt, & absurdā quādam in eis, qui sunt sui generis, fecerunt. Eos itaque, qui inter barbaros enumerati sunt, & cum eis in captivitate invaserunt oblii se esse Ponticos, & christianos, efferati autem, barbarique reddit, ut & eos, qui sui sunt generis vel ligno, vel suffocatione interficiant: vias autem, vel domos nescientibus barbaris ostendat, etiam ab auditione arceri oportet; donec de iis congregatis sanctis aliquid communiter vīsum fuerit, & ante eos sancto Spiritui. *Greg. Thaumaturg. cap. 7.*

C A P U T XLVI.

Quemadmodum non licet occidere; sed occidere in bello adversarios est & justum, & laude dignum: ita & magnis laudibus digni habentur, qui se in bello præclare, fortiterque gesserint, & eorum columnæ excitantur, quæ recte gesta prædident. *Athan. epist. ad Amnum monachum.*

C A P U T XLVII.

Masculorum, & animalium initores, & homicidae, &c. eadem condemnatione digni habentur. *Basil. epist. ad Amphil. cap. 7.*

C A P U T XLVIII.

Qui securi in ira adversus uxorem suam usus est, est homicida. Recte autem me admonuisti; & ut tuam sapientiam decuit, ut fuis de iis dicere; quoniam multæ sunt in voluntariis, & involuntariis differentiæ. Est enim omnino involuntarium, & multum ab eo, qui incœpit, remotum: ut qui lapidem in canem, vel arborem jaceret, hominem assequeretur, &c. Involuntarium autem est, & si quis volens aliquem in melius convertere, loro, vel virga non dura eum percusat, mortuus autem sit, qui percussus est: propositum enim hic consideratur, quod peccatum corriger volebat, non autem interimere. Est illud quoque & ex involuntariis, ut quispiam in pugna se ligno, vel manu acriter defendens in præcipias partes ictum torqueat: ut eum lœdat, non ut omnino interficiat. Sed hoc quidem ad voluntarium magis accedit: qui enim eo instrumento ad se defendendum usus est, vel qui acriter, minimeque parcens ictum infligit, satis præse tulit, se animi perturbatione viatum, homini non pepercisse, &c. Qui autem ense, vel aliquo alio ejusmodi usus est, nullam habet excusationem, & maxime qui securum jaculatus est, neque enim manu percussisse videtur, ut in eo esset ictus moderatus, sed jaculatus est, ut & ferri gravitate, & acie, & vehementi per magnum spatiū motu necessario fieret pernicious ictus. Rursus autem omnino est voluntarium, & quod nullam habet dubitationem, quale est, quod fit & a latronibus, & a bellicis incursionibus: illi enim propter pecunias interimunt probationem fugientes, & qui bella gerunt, ad cædes facientes accedunt, non terrere, nec castigare, sed ad-

versarios palam, & ex professo interficere statuentes. At qui, & si propter aliquam aliam causam curiosum medicamentum quis miscuerit, & interficerit, id inter voluntaria ponendum est; ut fere faciunt mulieres, quæ quibusdam incantationibus, & amuletis ad suum amorem attrahere conantur: & dant eis medicamenta, quæ mentibus tenebras, & caliginem offundunt. Hæ ergo, si interficerint, etiam si aliud volentes aliud fecerit; tamen propter curiosum, & prohibitum exercitium inter voluntarias homicidas reputabuntur. Itaque & quæ abortum cœntia præbent medicamenta, sunt & ipsæ homicidae, sicut & quæ foetus necantia venena accipiunt. *Basil. ep. ad Amphil. cap. 8. O. 54.*

C A P U T XLIX.

Qui involuntariam cædem fecit in undecim annis abunde satisfecit. Clarum est enim, quod in iis, qui percuti sunt, quæ voluit Moyses, observavimus, ut eum quidem, qui propter plagas, quas accepit, decubuit, rursus autem virga sua innixus ambulavit, occisum esse non reputabimus. Sin autem post ictus non surrexit, cum eum tamen nolit interficere, qui verberavit, est quidem homicida, sed involuntarius propter propostum. *Basil. ad Amphil. cap. 11.*

C A P U T L.

Cædes in bellis factas patres pro cæribus non reputavere; ut mihi videtur, ignoscentes iis, qui pro pudicitia, & pietate decertant. Recte autem forte habet confusore, ut qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communione abstinent. *Basil. ad Amphil. cap. 13.*

C A P U T LI.

Qui mortis ictum dedit proximo, est homicida, sive prior percusit, sive ultus est. *Basil. ad Amphil. cap. 43.*

C A P U T LII.

Qui sua sponte interfecit, & postea poenitentia duetus est, viginti annis sacramento non communicabit, viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Debet quatuor annis deflere stans extra foras oratorii, & fideles ingredientes rogans, ut pro eo precentur, suam iniquitatem pronuncians. Post quatuor autem annos inter auditores recipietur; & quinque annis cum ipsis egredietur: septem autem annis cū iis, qui in substratione orant, egredietur. In quatuor annis solūn stabit cum fidelibus; sed non erit oblationis particeps. His autem expletis, erit sacramentorum particeps. *Basil. ad Amphiloch. cap. 56.*

C A P U T LIII.

Qui non voluntarie interfecit, undecim annis sacramentis non communicabit. Undecim autem anni sic in eo dispensabuntur: duos quidem annos deflebit; tres autem annos inter auditores perseverabit; in quatuor substratus, & anno solūn consistet; & deinceps ad sacra admittetur. *Basil. ad Amphil. cap. 57.*

C A P U T LIV.

Est cædes quidem voluntaria, quæ præparato suscepta est ab eo, qui se ad hoc comparaverat, ut hoc facias perpetrat. Deinde illud quoque in voluntariis existimatū est, quando quis in con-

N n n 2 gressu

gressu verberans plagam per iram mortiferam intulerit; qui enim ira semel victus est, & animi appetitioni cedit, nihil eorum, quæ malum possent amputare, ei in mentem venit. Quare & illic quoque, qui ex concertatione protectus est, cædis eventus in factum voluntarium, non in casum refertur. Involuntaria autem habent manifesta indicia, quando quis alicui alteri rei studium applicans casu aliquid incurabile patraverit. In his ergo cædes quidem in triplex tempus extenditur iis, qui per conversionem voluntario facinori remedium afferunt. Ternovem etiam sunt anni novenario annorum numero in uno quoque gradu præfinito, ut in perfecta quidem segregazione novem annorum tempore versetur ab ecclesia prohibitus, alias autem tot annos in auditione permaneat, sola doctorum, & scripturarum auditione dignus habitus. In tertio autem novenario cum substratis in conversione orans, ut perveniat ad communionem sacramenti scilicet; & in eodem erit observatio ab eo qui ecclesiam administrat, & pro ratione conversionis illi quoque poenæ extensio rescindetur, ut pro novem annis in uno quoque gradu, vel sex, vel septem anni solum fiant, si poenitentiae magnitudo tempus vincat, & supereret correctionis studio eos, qui in longo tempore præstituto suscepas a se maculas segniter eluunt. Involuntarium autem venia quidem dignum, sed non laudabile judicatum est, &c. Quantum autem est expiationis tempus ob simplicem fornicationem, tantum etiam recte habere existimatum est in iis, qui cædem involuntariam fecissent; scilicet in iis quoque poenitentis voluntate examinata: ut si sit fide quidem digna conversio, non servetur annorum numerus: sed temporis prolixitate resecata ad Ecclesiæ restitutionem, & boni participationem compendio deducatur. *Greg. Nyssenus ad Letojum cap. 5.*

## C A P U T L V.

Si quis tempore non expleto a canonibus præflito vita excedat (*logitur de homicida*) jubet patrum clementia, ut effectus sacramentorum particeps non viatico vacuus ad extremam illam, & longam peregrinationem mittatur. Sin autem postquam sacramenti particeps factus fuerit, rursus ad vitam reversus sit, statutum tempus expetet in illo gradu existens, in quo erat ante communionem illi ex necessitate datam. *Greg. Nyssenus ad Letojum cap. 5.*

## P A R S S E P T I M A.

*De Bello.*

## C A P U T I.

**D**E expeditione terræ sanctæ, de indulgentiis, privilegiisque concessis in eo bello commorantibus. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. in fin.*

## C A P U T II.

Infames sunt, qui de publicis fugiunt bellis. *Euseb. epist. 1. ante med.*

## C A P U T III.

Si non ex fidei merito, & christianæ religionis gratia, tanta excellentia vestra bellicorum actuum prosperitas eveniret non summopere miranda fuerat: cum sciamus, hæc etiam antiquis

bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali providentia, sed magis orationibus prævenitis; fit, ut hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Ubi enim meritorum vestrorum loquax non discurrat opinio? quæ & bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ caussa reipub. in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat, &c. Quæcumque igitur hic illi christianissima mente confertis, horum retributionem per spem in futuro judicio sustinetis. *Greg. lib. 1. epist. 73. Gennadio Patricio. Burch. lib. 15. cap. 18. Anselm. lib. 13. cap. 30. Ivo part. 16. cap. 19. decret.*

## C A P U T IV.

Cognoscat Abbatem, quem ad Agiulphum ante multum jam tempus transmisimus, pacem cum eo, Deo propitio, quantum nobis ab excellentissimo Exarcho scriptum est, ordinasse. Et ideo quoque pacta de confirmatione pacis ipsius conscribantur, ne forte hostes nostri in hac dilatione ad partes illas iterum velint accedere, murorum vigilias, & solicitudinem in locis facite omnibus adhiberi. Et confidimus in Redemptoris nostri potentia, quia adversariorum nobis incursum, vel insidiæ denuo non nocebunt, &c. *Greg. Januar. Episc. Caralit. lib. 7. registr. indict. 2. epist. 2.*

## C A P U T V.

Sanctitas vestra gratiæ inter civitatis suæ habitatores, adhibitæ sibi filiis suis, sacerdotali adhortatione, sicut eam decet, studeat facere: quia in hoc maxime tempore quando de hoste formido est, divisum habere populum non debetis. Quia vero non minorem de vobis, quam de nobis solicitudinem gerimus, hoc quoque pariter judicandum curavimus, quod finita hac pace Agiulphus Longobardorum Rex pacem non faciet, unde necesse est, ut fraternitas vestra, dum licet, civitatem suam, vel alia loca fortius muniri prouideat, atque immineat, ut abundantanter in eis condita procurentur; quatenus dum hostis illuc, Deo sibi irato, accesserit, non inveniat quod lœdat, sed confusus abscedat, &c. *Greg. Januar. Episc. Caralit. lib. 7. registr. indict. 2. epist. 5. in fin.*

## C A P U T VI.

Ut pridem expressimus gloria vestra, quia milites illuc erant parati venire: sed quoniam inimicos congregatos, & hoc discurrere epistula vestra significaverat; hæc eos hic caussa retinuit. Nunc vero utile est visum, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, ut parati sint ad laborem, studeat: & occasione inventa cum gloriois filiis nostris Maurizio & Vitaliano loquere, & quæcumque vobis, Deo adjutore, pro utilitate reipub. statuerint, facite: & si huc, vel ad Ravennates partes, nec dicendum Ariulphum cognoveritis excurrere; vos a dorso ejus, ita sicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in repub. Deo auxiliante,

pro-

proficiat, &c. Greg. lib. 12. ep. 21. *Veloci Magistro militum. Ivo part. 10. cap. 90. decret.*

## C A P U T VII.

Aldio vir memorandus post adventum hominum vestrorum nobis scripsit, quia in proximo jam Ariulphus esset, & timuimus, ne milites, qui ad vos diriguntur, in manus ejus inciderent. Et tamen hic, quantum Deus adjuverit, contra eum filius noster gloriosus magister militum se parvit. Sed & gloria vestra, si huc perrexerit ipse hostis, quomodo consuevistis, cum auxilio Dei, a dorso ejus, quod potestis, perficite. Speramus enim in omnipotenti Dei virtute, & in ipsis beati Petri Apostolorum Principis, in cuius ille natali sanguinem effundere desiderat, quia ipsum sibi contrarium sine mora inveniet. *Greg. Mauricio & Vitaliano, lib. 12. registr. epist. 22.*

## C A P U T VIII.

<sup>23. q. 8. c.  
18.</sup> Suppliciter gloriae vestrae per filium nostrum Vitalianum, cum quo ut tractetis & verbo, & scripto mandavimus. Undecimo autem die mensis Januarii Ariulphus hanc epistolam, quam vobis direximus, transmisit: & ideo relegentes eam videte, si in fide sua Suanenses, quam reipublic promiserunt, perfliterunt: obsidesque dignos, de quibus positis confidere, ab eis percipite, & insuper eos sacramentis obstringite, reddentes eis, quod loco pignoris sustulisti, & sermonibus veltris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoveritis, eos cum Ariulpho de sua subjectione\* locutos fuisse; vel certe obsides ei dedisse; sicut nos Ariulphi epistola, quam vobis direximus, dubios reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima nostra de sacramentis gravetur, quidquid utile reipublica judicaveritis, peragite. Sed ita faciat gloria vestra, ut neque sit aliquid, unde possimus ab adversariis comprehendendi, neque in quo utilitas reipublica quod avertat Dominus, negligatur. Præterea gloriosi filii estote solliciti, quia quantum compéri hostem collectum habet, & Narina dicitur residere, & si huc cursum, Deo sibi irato, mittere voluerit, vos loca ipsius, quantum Dominus juvaverit, deprædate: aut certe scultas, quos mittitis, sollicite requirant, ne dolens factum ad nos discurrat. *Greg. lib. 12. ep. 23. Mauricio & Vitaliano. Anselm. lib. 13. c. 8.*

## C A P U T IX.

Summa militiae laus, inter alia bona merita, haec est; obedientiam reipublica utilitatibus exhibere, quodque sibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare: sicut etiam nunc devotionem vestram fecisse didicimus, quæ epistulis nostris, quibus magnificum virum Constantium Tribunum custodiæ civitatis deputavimus præesse, paruit, & congruam militaris devotionis obedientiam demonstravit. Unde scriptis vos præsentibus curavimus admonendos, ut prædicto viro magnifico Tribuno, sicut & fecistis, omnem debeat pro serenissimorum dominorum utilitate, vel conservanda civitate obedientiam exhibere: quatenus quidquid a vobis haetenus bene gestum agnoscatur: per præsentis temporis vigilantiam, ac sollicitudinem augmentetis. *Greg. lib. 12. ep. 24. Militibus Neapolitanis. Anselm. lib. 3. c. 9.*

## C A P U T X.

De signo crucis pro signo militari ad bellum ferendo. *Nicol. ad consulta Bulgar. c. 33. vide lib. XVI. tit. XVI.*

## C A P U T XI.

Consulitis, si debeatis, quando nuntius venerit, ut ad præliandum pergatur, mox proficiat, an sit aliqua dies, in qua non oporteat ad præliandum exire? In quo respondemus, non est ulla dies in quibuscumque negotiis incipiendis, vel exercendis penitus observanda; præter, si nimia non urgeat necessitas, supra memoratos dies celeberrimos, & omnibus venerabiles christianis: non quo vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum non sit in diebus spes nostra ponenda, nec a diebus, sed a Deo solo vivo, & vero salus omnis penitus expectanda. Sed quo, si inevitabilis necessitas non est, vacandum est in his solito studiosius orationi, & tantæ festivitatis mysteria frequentanda. Nam cum Hebræi, quondam sabbatum observantes, noluissent contra hostes suos die sabbatorum arma sustollere, & Deus omnipotens, quod in se tantum, & non in observantia dierum spes esset, & fortitudo locanda voluisse ostendere; occisi sunt ex eis mille viri, ita ut superstites poenitentia ducti invicem dicerent: *Si omnes 1. Mach. 2. fecerimus, sicut fratres nostri fecere, & non pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris, & justificationibus nostris, citius disperderent nos a terra. Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 34.*

## C A P U T XII.

Referitis, quod soliti fueritis, quando in prælium progrediebamini, dies, & horas observare, & incantationes, & joca, & carmina, & nonnulla auguria exercere: & instrui desideratis, quid nunc vobis agendum sit, &c. Cum in prælium proficiat disponitis, quod ipsi commemoratis, agere in Dei nomine non omitte: id est, ad ecclesiastas ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, missarum solemnii interesse, oblationes offerre, confessionem delictorum sacerdotibus facere, reconciliationem, & communionem percipere, carceres aperire, vincula dissolvere, & servos, & præcipue confractos, & debiles, atque captivos libertati donare, ac indigentibus eleemosynas erogare. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 35.*

## C A P U T XIII.

Dicitis, quod quando in castris estis, orationem perfectam, & congruam facere nequeatis, ac per hoc exponi cupitis, quid agere debeatis? Unde nos contra suademus, ut quanto plus hostes saeviunt, & necessitas, vel tribulatio incumbit, tanto instantius orationi operam detis, nam patres nostri plus orando, quam pugnando viatores fuere, & voti compotes plus precibus, quam præliis extiterunt. Denique Moyses orabat, *Exod. 17. b.* & Josue pugnabat: sed plus ille vicebat orando, quam iste pugnando; aptius ergo ab armis, quam ab oratione vacandum est. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 38.*

## C A P U T XIV.

Consuetudinem patriæ vestrae perhibetis infese, ut priusquam ad pugnam progrediāmini, mitita-

tatur a dominatione vestra fidelissimus, & prudensissimus vir, qui cuncta arma, & cavallos, & quæ necessaria pugna existunt, consideret, & apud quem inutiliter præparata inventa fuerint, capite punitur. Nunc autem nosse cupitis, quid nos hinc fieri decernamus. Sed hæc nos cuncta vobis ad spiritualis apparatus armaturam convertere suademus, & tantæ severitatis rigorem ad pietas exercitium inclinare monemus: ita ut sicut haec tenus illa præparatio armorum, & equorum diligenter inquirebatur, utrum bene apta esset contra visibiles hostes; ita nunc studiose investigetur, ut arma spiritualia, id est, bona opera, simili præparata possideant adversus Principes, & Potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Porro equus animus intelligitur: quia nimirum sicut homo portatur equo, sic & regitur animo. Optime ergo qui arma contra hostes præparata non habet, perit; quia, ut scriptum est: *Maledictus vir, qui facit opus Dei negligenter.* De equo vero, qui imparatus est animo, bene per Psalm. 32. Psalmistam dicitur: *Falsus equus ad salutem, in abundantia autem virtutis ejus non erit falsus,* nisi enim falsus esset, imparatus non esset. Ibid. Equo contra de præparato dicitur: *Equus paratus ad diem belli, dominus autem salutem trahit.* Sic itaque quod haec tenus carnaliter observasti, & arma, quæ forsitan ab inopibus hæc præparare non valentibus crudeliter exegisti, jam nunc spiritualiter veneramini: & hæc magnos, & parvos præparare pie, & indesinenter hortamini. Nicol. ad consult. Bulg. c. 40.

## C A P U T XV.

23. q. 8. Si nulla, c. 35. Si quadragesimali tempore liceat, si necessitas exigit, vel si non exigit ulla necessitas, ad bella procedere, non vobis est necessarium exponendum, &c. Bellorum quippe, ac præliorum certamina, nec non omnium iurgiorum initia Diabolæ fraude sunt artis profectio reperta, & dilatandi regni cupidus, vel iræ, vel invidæ, vel alias cuiuspiam vitii dilector tantum his intendere, seu delectari convincitur. Et ideo si nulla urget necessitas, non solum quadragesimali tempore, sed omni est præliis abstinentium. Si autem inevitabilis urget opportunitas, nec quadragesimali est tempore pro defensione tam sua, quam patriæ, seu legum paternarum bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum videatur homo temptare, si habet, quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcavet. Josue 6. Porro muri Jerico, filiis Israel, qui sabbatum jam observandum suscepserant, etiam sabbato urbem circumneuntibus, & tubis clangentibus, ad terram protracti sunt. Nicol. ad Consult. Bulg. c. 46. Ivo lib. 8. tit. 4. cap. 33. panorm. Episc. part. 10. c. 93. decret. Cæsar. lib. 7. c. 11.

## C A P U T XVI.

Qui odii meditatione, vel propter avaritiam paganum occiderit, &c. ut homicidam convenit pœnitere; quandoquidem nex exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum est populo antiquo penitus auferre præceptum. Vormat. c. 27.

## P A R S O C T A V A.

*De torneamentis, seu singulari certamine.*

## C A P U T I.

**F**elicis memorie Papæ Innocentii, & Eugenii prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, detestabiles nundinas, vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condito venire solent; & ad ostentationem virium suarum, & audaciæ temerarie congregiuntur; unde mortes hominum, & animalium pericula saepè proveniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poscenti venia non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 20. Innoc. II. in concil. Rom. c. 10. Eugen. III. in concil. Remens. c. 12.*

## C A P U T II.

Licet torneamenta sint in diversis conciliis sub certa pœna generaliter interdicta: quia tamen hoc tempore crucis negotium per ea plurimum impeditur, nos illa sub pœna excommunicantis firmiter prohibemus usque ad triennium exerceri. *Innoc. III. in concil. general. Lateran. in fin.*

## C A P U T III.

Detestabiles illas nundinas, vel ferias, in quibus milites ex condito venire solent, & ad ostentationem virium suarum, & audaciæ temere congregiuntur; unde mortes hominum, & animalium pericula saepè proveniunt, omnimodo \* fieri interdicimus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentia & viaticum non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura. *Syn. Roman. sub Innoc. II. cap. 10. apud Ivon. post panorm. Eugen. III. in conc. Remens. c. 7. al. 12.*

## C A P U T IV.

Monomachiam in legem assumi, nusquam precepit, fuisse reperimus, quia licet quosdam iniit se legerimus, sicut sanctum David & Goliath sacra prodit historia: nusquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina sancta auctoritas, cum hoc, & hujusmodi festantes, Deum solummodo temptare videantur. *Nicol. ad Carol. Regem ep. quæ incipit: Numquam æque. Burch. lib. 9. c. 51. Ivo part. 8. c. 187. decret. epist. 68. vel 41. ad Cenoman. Episc. Ep. 74. vel 200. ad Guilelm. militem.*

## C A P U T V.

Quia ex hujusmodi juramentorum (*litigantium, qui in forensi judicio contra se jurabant*) immo perjuriorum contentione, etiam usque ad armorum certamina solet prorumpi, & crudelissimo spectaculo effunditur crux belli in pace: statuimus juxta antiquum Ecclesiasticæ observationis morem, ut quicumque tam iniqua, & Christianæ paci inimica pugna alterum occiderit, seu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequissimus, & latro cruentus ab Ecclesiastæ, & omnium fidelium coetu separatus, ad agendum legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. *Valent. sub Loth. c. 12.*

## P A R S N O N A.

*De illo, qui inimicitias gerit cum alio.*

CA-

*De torn. c. 11.  
Greg. IX. c.  
in 1. coll.*

*Vid. c. 2. de  
torn. in 1.  
coll.*

\* omnino.

2. q. 5. c. 22.  
1. Reg. 16.

C A P U T I.

<sup>22. q. 4. c. 11.</sup> **Q**UI sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat; pro perjurio uno anno a communione sanguinis, & corporis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit jejunii, absolvat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet. *Ilerd. cap. 7. vide Trosl. c. 11. Burch. lib. 12. cap. 17. Ivo part. 12. cap. 74. Raban. c. 20. de pœnit.*

C A P U T II.

<sup>Joann. 34.</sup> Propter illud cælesti mandatum: *Pacem meam do vobis*, &c. si inter consacerdotes ex causa livor emerget, ut pendente certamine sibi invicem reconciliari non possint; electis ab utraque parte fratribus, id est, presbyteris, litis jacula finiant, & vota pacis acquirant, &c. Si quis tunc reconciliari neglexerit, cum ad synodum venerit, non solum reatum coram coepiscopis se cognoscat incurtere; verum etiam congrue pœnitentia intelligat vindictam subire. *Turon. II. cap. 2.*

C A P U T III.

<sup>Dif. 90. c. 2.</sup> Discordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipendas esse censuimus. De personis tamen discordantium, id speciali definitione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quod discordiæ servierunt, &c. *Toles. XI. cap. 4.*

T I T U L U S II.

DE PRODITORIBUS, PERFUGIS, FUGITIVIS, ET DE IIS, QUI CONTRA SUPERIORES CONJURANT.

C A P U T I.

<sup>xi. q. 1. Con-jurationum, c. 22. & 24.</sup> **C**onjurations, & collegia ab externis legi- bus prohibentur, multo magis in Ecclesia. Si clerici, vel monachi id fecerint; & contra Episcopum, vel clericos conspiraverint, a gradu suo cadant. *Chalced. cap. 18. Trull. cap. 34. Vorm. cap. 74. Tullen. post epist. Synod. Raban. c. 19. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 68. Ivo part. 12. cap. 87. decret. Anselm. lib. 8. cap. 16.*

C A P U T II.

Secretas insidias vel manifestas Pontificibus a quibuscumque illatas, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, portiatur honore: & hi, qui adversa eis moluntur, sicut a sanctis patribus dudum statutum est; & hodie synodali, & Apostolica auctoritate firmatur, pœnitus abiiciantur. *Syn. Roman. V. sub Symmach. ante fin.*

C A P U T III.

Vestræ majestati non manet incognitum, qualiter illicitas conjunctiones Romani, ac Longobardi, simul & Franci contra Apostolicam, & Imperiale voluntatem facere præsumperunt in territoriis beati Petri Apostolorum principis. Petimus, ut sicut a vestris antecessoribus Imperatoribus prohibitum est, ne quoquo modo fierent, ita amodo vestro Augustali decreto omnimodis

prohibeantur: & synodaliter, ne amodo, & deinceps fieri temptetur, in perpetuum firmiter statuatur, atque firmetur. *Ravenn. sub Joann. IX. part. ult. cap. 8.*

C A P U T IV.

Episcopos Longobardiae, qui spreta canonica, & Apostolica auctoritate contra beatum Petrum Apostolorum principem sacramento conspiraverunt, auctoritate ejusdem beati Petri ab omni Episcopali officio suspendimus, & a communione sanctæ Ecclesiæ separamus. *Greg. VII. in syn. Roman. anni 3. sui Pontificatus.*

C A P U T V.

Usurarii, &c. & fidei proditores excommunicentur. *Greg. VII. in concil. Roman. anni incert. cap. 16.*

C A P U T VI.

Si aliquis nunc in malum oculos alicujus Principis incipit tractare, manifeste reus majestatis judicatur: & infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subjacet. *Anaclet. ep. 2. post princ. Alex. epist. 1. post princ.*

C A P U T VII.

Proditoris ne calumnia, nec vox audiatur. <sup>3. q. 9. c. 2.</sup> *Eleuth. epist. unic. ante fin. Felix epist. 1. ante med. Nicæn. cap. 59. apud Jul. epist. 2. c. 24.*

C A P U T VIII.

<sup>11. q. 1. c. 23.</sup> **C**onspiracyum criminis vestris in partibus vigere audivimus: & plebes contra Episcopos suos conspirare. Cujus criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita: & idcirco hujus criminis reos non solum Ecclesiastice, sed etiam facili damnant leges, & non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba Episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore, quo utuntur, cadere præceperunt; cæteros vero communione privari, & ab Ecclesia extores fieri jusserunt; omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt, & non solum facientes, sed & eis consentientes, &c. Hi vero in nullius accusationem sunt recipiendi, nec eorum, vel anathematum\* vox ulli nocere, vel accusare potest. \* anathema-Callist. epist. 2. in princ. Burch. lib. 20. c. 64. tizatorum. Ivo part. 6. cap. 346. & part. 12. cap. 85. decr.

C A P U T IX.

Si aliquis clericorum suis Episcopis infestus, <sup>11. q. 1. c.</sup> aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, <sup>Statuimus,</sup> aut conspirator fuerit, mox ante examinatum ju- <sup>32.</sup> dicium submotus a clero curiæ tradatur, cui diebus vitaæ suæ deserviat; & infamis absque ulla spe restitutionis permaneat. *Fabian. epist. 2. prope fin. Greg. VII. lib. 7. registr. epist. 2. ante med. Deusded. part. 4. Anselm. lib. 7. cap. 159. Tar- rac. lib. 2. cap. 23.*

C A P U T X.

Clericus, qui Episcopum suum accusaverit; <sup>3. q. 4. c. 8.</sup> aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus; quia infamis effectus est; & a gradu debet recede-re, aut curiæ tradi serviturus. *Steph. epist. 2. in med. Greg. VII. lib. 7. registr. epist. 2. in med. Deusded. part. 4.*

CA-

## C A P U T XI.

Infames sunt impugnatores Episcoporum, &c.  
& qui de publicis fugiunt præliis. *Euseb. epist. I.*  
ante med.

## C A P U T XII.

Quid jure de iis faciendum sit, qui ad occiden-  
dum Regem insurrexerint, venerandæ leges, quas  
scripto mittemus, vos affatim edocebunt. Ve-  
*Matt. 18.* rumtamen hoc in arbitrio Regis manet, qui non  
semel tantum, sed *¶ septuagies septies* debet  
peccanti dimittere, juxta quod Dominus in  
*Luc. 7.* Evangelio sancto Petro mandavit, nam *cui plus*  
*dimititur, plus diligit.* Et quemadmodum  
*Matt. 18.* Evangelium docet, *Rex decem millia talenta,*  
id est, multa, & immania peccata servo dimi-  
tteret; si ipse conservo suo *centum denarios*, id  
est, minora dimittere voluisse. *Nicol. ad con-*  
*sult. Bulgar. cap. 19.*

## C A P U T XIII.

Quid de homine libero judicandum sit, qui de  
patria sua fuga lapsus fuerit, si comprehendatur?  
Nihil utique, nisi quod leges decernunt, &c.  
Nonnulli patrum nostrorum exules per plurimos  
annos in terra non sua habitaverunt. Alioquin  
liber non est, si de patria sua quis non audet egre-  
di. Porro si liber est, & jure nullius conditionis  
nexibus tenetur obstrictus, non fugit, sed exit de  
patria sua; quemadmodum & Abrahæ non fuge,  
*Genes. 12.* sed *exi de terra tua*, dicitur. *Nicol. ad consulta*  
*Bulgār. cap. 20.*

## C A P U T XIV.

Si servus dominum fugiens receperit; si com-  
prehensus fuerit, ignoscendum est ei, alias autem  
legum scita non transcendantur in eo, verum-  
tamen semper illud Apostoli Pauli præ oculis ha-  
*Celoff. 4.* beatur salubris admonitionis dicentis: *Domini,*  
*quod justum est, ¶ æquum servis prætate,*  
*scientes quoniam ¶ vos Dominum habetis in*  
*cælo.* *Nicol. ad consulta Bulg. c. 21.*

## C A P U T XV.

Circa hos, qui, quando ad pugnam contra ho-  
stes proceditis, fugam arripiunt, si non miseri-  
corditer præveniat compassio, saltem legum tem-  
peretur severitas. *Nicol. ad consulta Bulg. c. 22.*  
De iis, quibus jussum est contra hostes progredi,  
& jussioni parere contemnunt, eadem suademus.  
*Ibid. cap. 23.*

## C A P U T XVI.

*Dif. 46. c. 3.* Clericus, qui adulatioibus, & prodictionibus  
vacare deprehenditur, ab officio degradetur. *Car-*  
*thag. IV. cap. 56. Burch. lib. 2. cap. 176. Ivolib.*  
*3. tit. 15. cap. 7. panorm. ¶ part. 6. cap. 267.*  
*decret.*

## C A P U T XVII.

Qui in tradendis, vel capiendis civitatibus in-  
terfuisse fuerint detecti, non solum a communio-  
ne habeantur alieni: sed ne conviviorum quidem  
admittantur esse participes. *Andegav. cap. 6.*

## C A P U T XVIII.

Si qui clericorum rebelli auctoritate se in  
unum conjuratione intercidente colgerint; &  
aut sacramenta inter se data, aut chartulam con-  
scriptam fuisse patuerit, &c. cum in synodum  
ventū fuerit, in præsumptores juxta personarum,

& ordinum qualitatem a Pontificibus, qui tunc  
in unum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut  
charitas ex præceptis Dominicis corde, non char-  
tulæ conscriptione, vel conjurationibus est exhib-  
enda; ita quod supra sacras admittitur scriptu-  
ras, auctoritate, & distictione Pontificali est re-  
primendum. *Aurel. III. cap. 21.*

## C A P U T XIX.

Multi in perniciem animæ suæ ita conati sunt,  
aut conantur assurgere, ut animas longa tempo-  
ris quiete sine ulla status sui competitione viven-  
tes, nunc improba proditione, atque traditione  
aut captivaverint, aut captivare conentur. Si  
emendare distulerint, quoique hos, quos abdu-  
xerunt in loco, in quo longum tempus quiete vi-  
xerunt, restaurare debeant, ecclesiæ communio-  
ne preventur. *Lugdun. cap. 3.*

## C A P U T XX.

Concinnabula\*, vel conjurations secundum  
concilium Nicænum non fiant clericorum, quæ  
sub patrocinio solebant fieri laicorum. Nec unus-  
quisque de inferiore gradu seniorem sibi elatus  
aut increpet, aut injuriet. Quid si quis præter-  
missò tam justæ censuræ ordine, ausus fuerit fa-  
cere, districione sævissima corrigatur, ut sub  
pœnitentiæ nomine vitio recedente, id est, anno  
uno in monasterio sciat abiicere superbiam, unde  
inflatur. *Narbon. cap. 5.*

## C A P U T XXI.

Multarum gentium tanta extat perfidia ani-  
morum, ut fidem sacramento promissam Regi-  
bus suis observare contemnant, &c. Non sit in  
nobis, ut in quibusdam gentibus infidelitatis  
subtilitas impia, non subdola mentis perfidia,  
non perjurii nefas, & conjurationum nefanda mo-  
limenta. Nullus apud nos præsumptione regnum  
accipiat, nullus excitet mutuas seditiones civium;  
nemo meditetur interitus Regum: sed defuncto  
in pace Principe, primates gentis cum sacerdoti-  
bus successore Regni concilio communi consti-  
tuant, &c. Quicumque ex nobis, vel totius Hi-  
spaniæ populis qualibet conjuratione, vel studio  
sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ, genti-  
que Gothorum statu, vel conservatione regiæ fa-  
lutis pollicitus est, temeraverit, aut Regem nece-  
attractaverit, aut potestate regni exuerit, aut  
præsumptione tyranaica regni fastigium usur-  
perit, anathema sit, in conspectu Dei Patris,  
& Angelorum\*, atque ab Ecclesia Catholica, \* *Chrilli, ¶*  
quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus,  
& ab omni coetu Christianorum alienus cum o-  
mnibus impietatis suæ sociis: quia oportet ut una  
pcena teneat obnoxios, quos similis error inven-  
erit implicatos, &c. *Tolet. IV. cap. 74. Tolet.*  
*XVI. cap. 10.*

## C A P U T XXII.

Si quisquam quacumque argumentatione Re-  
ges odiose molestare, aut lædere fuerit conatus, sit  
ana hæma in Christianorum omnium coetu, at-  
que superno condemnetur judicio: sit exprobra-  
bilis omnibus Catholicis, & abominabilis sanctis  
Angelis in ministerio Dei constitutis. Sit hoc sa-  
culo perditus, & in futuro condemnatus, &c.  
*Tolet. V. cap. 2.*

CA-

## C A P U T XXIII.

Contra reos læsæ majestatis. *Tolet. V. cap. 3. 6. 7. & 8. VI. concil. c. 14. 17. 18. & VII. cap. 1. & XII. cap. 1. 3. 7.*

## C A P U T XXIV.

Quia & religioni inimicum, & hominibus constat esse perniciosum, futura illicita cogitare, & casus Principum exquirere, ac sibi in posterum providere, &c. Censemus, ut quisquis inventus fuerit talia perquisisse, & vivente Principe in alium attendisse pro futura Regni spe; aut alios in se propter id attraxisse, a conventu Catholicorum excommunicationis sententia expellatur. *Tolet. V. cap. 4.*

## C A P U T XXV.

Pravarum audacia mentium sæpe malitia cogitationum, aut caussa culparum refugium appetit hostium. Unde quisquis patrator culparum extiterit talium virtutem petens defendere adversariorum, & patriæ, vel genti suæ detrimenta intulerit rerum; in potestatem Regis, ac gentis reductus, excommunicatus, & retrusus longinquioris penitentiæ legibus subdatur. Quod si ipse malii sui prius reminiscens ad Ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum, & reverentia loci regia in eis pietas reservetur, comitante justitia. *Tolet. VI. cap. 12.*

## C A P U T XXVI.

Si quis clericus a maximo gradu usque ad minimum in alienæ gentis regionem se contulerit, ut ex ea genti Gothorum, vel Regi, vel regno nocere possit; itemque qui hujusmodi homini consilium, vel auxilium præbet, omni honoris sui gradu privetur: & si recte peniteat, communio ei tantum concedatur in fine vitæ. *Tolet. VII. c. 1.*

## C A P U T XXVII.

Non erit ab anathematis sententia alienus, aut divinæ animadversionis ultione securus, quisquis contra salutem Regis deinceps, aut exerit vocem, aut commoverit cædem, aut quamcumque exquisierit lâdendi ultionem. *Tolet. XII. cap. 1. in fin.*

## C A P U T XXVIII.

Est quorundam secularium, & quod pejus est sacerdotum improbanda satis obstinatio animorum, qui fidem suis principibus sub juramento promissam observare contemnunt: & verborum fuso jura menti obnubilent promissionem, &c. Unde quia Sisbertus Toletanus sedis Episcopus talibus machinationibus denotatus repertus est, pro eo, quod serenissimum Dominum Egicanem Regem non tantum regno privare, sed interime re definit per decreti nostri definitionē jā & loco, & honore privatus existit, &c. Qui inventus fuerit talia fecisse, & vivente Principe in alium attendisse Regem futurum, a conventu Catholicorum excommunicationis sententia repellatur: honore, & loco pulsus, & omnibus rebus exutus perpetuo exilio maneat relegatus, &c. *Tolet. XVI. cap. 9. & in decreto judicii.*

## C A P U T XXIX.

Super alia sua scelera (*Judæi*) non solum statum ecclesiæ perturbare maluerunt, verum etiam a usu tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ, *Tom. VI.*

ac populo universo, &c. Qua de caussa dum in haec sancta synodo per alias caussarum semitas dirigeremus, eorumdem infidorum conspiratio ad unionis nostræ pervenit auditum, eo quod non solum contra suam pollicitationem suorum rituum observatione, tunicam fidei, qua eos per undam sacri baptismatis induit sancta mater ecclesia, maculaverint, sed, & regni fastigium per conpirationem usurpare maluerint, &c. Hujus decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili feriri censura, scilicet, ut ex iussione Principis nostri suis omnibus rebus nudati, & ipsæ resculæ fisci viribus sociatæ, tam eorumdem perfidorum personæ, quam uxorum suarum, ac filiorum, vel reliquæ posteritatis a locis propriis exulatae per cunctas Hispaniæ provincias perpetuæ servituti subiectæ maneant usqueaque dispersi, &c. *Tolet. XVII. cap. 8.*

## C A P U T XXX.

Si quispiam Episcoporum, aut quilibet sequentis ordinis Ecclesiastici deinceps timore, aut cupiditate, aut qualibet suasione a domino, & orthodoxo Ludovico Imperatore defecerit: aut etiam sacramentum fidelitatis illi promissum violaverit; & ejus contrariis malevola intentione quolibet modo se copulaverit, gradum proprium canonica, atque synodali sententia amittat. Quod si quisquam laicus superius comprehensa facere temptaverit, sciat se ab universo gradu anathematizandum. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 2. c. 12.*

## C A P U T XXXI.

Statuimus, atque auctoritate Ecclesiastica confirmamus, eos, qui contra Regem, vel Ecclesiasticas dignitates, sive reipublicæ potestates in unoquoque ordine legitima dispositione constitutas, conjurations, & conpirations rebellionis, & repugnantia faciunt a communione, & consorcio Catholicorum veram pacem amantium, submovendos; & nisi per penitentiam, & emendationem paci le Ecclesiasticae incorporavent, ab omnibus filiis pacis lancimus extores. *Magunt. sub Rab. c. 5.*

## C A P U T XXXII.

Si quis quemcumque contra nos, & contra patetam sinceritatem aliquid moliri manifeste cognoverit, si eum convertere nequiverit, aperte prodat, atque denotet; & consilio, atque auxilio Episcopalis auctoritas, & fidelium unanimitas, ut honor, & potestas regia inconvulsa permaneat totis nisibus decertare, & adjuvare procuret. *Carolus Rex in concil. Holon. apud Meldens. cap. 2.*

## C A P U T XXXIII.

Si quis contra regiam dignitatem dolose, ac callide, ac perniciose satagere comprobatus fuerit, nisi dignissime satisficerit, anathematizetur. *Meld. c. 14.*

## C A P U T XXXIV.

Si quis potestati regiæ, quæ non est, juxta A. postulum, nisi a Deo, contumaci, ac inflato spiritu contra auctoritatem, & rationem perinaciter contradicere presumperit; & ejus justis, & rationabilibus imperiis secundum Deum, & au-

O o o

eo-

## 474 Juris Pontificii Veteris Epitome

Storitatem Ecclesiasticam, ac jus civile obtenerare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur.  
*Meld. c. 15.*

### C A P U T XXXV.

Quicumque laicorum in adversitate propriæ gentis, aut patriæ, vel regiæ potestatis ad externas partes se conferendo noxius fuerit ultra reputus, non solum omni rerum suarum proprietate privetur, sed & perpetua excommunicatione damnato numquam illi, præterquam in ultimo mortis suæ, communio tribuatur. *Vormat. cap. 43.*

### C A P U T XXXVI.

De iis, qui ad hostes se conferunt, & suis civibus nocent. *Greg. Thaumaturg. c. 7.*

### C A P U T XXXVII.

Quemcumque, aut per tumultuosas plebes, aut per absconsa dignitatis publice machinamenta adeptum esse constituerit regni fastigia, mox idem, cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus, & anathema fiat, & Christianorum communionem amittat. *Tolet. VIII. in edicto Regis in fin.*

### T I T U L U S III.

#### *DE VENEFICIS.*

### C A P U T I.

**H**omicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptiores, benefici, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. *Fælix II. in synod. Rom. epist. 1. c. 5.*

### C A P U T II.

*6. q. 1. c. 17.* Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia: id est omnes, &c. maleficos, beneficos, adulteros, &c. *Steph. epist. 1. post med.*

### C A P U T III.

Hæretici omnes & suspecti, &c. benefici, adulteri, &c. nullatenus ad accusationem sunt admittendi. *Eutych. epist. 2. in med.*

### C A P U T IV.

*3. q. 5. c. 9.* Statuimus, ut homicidæ, malefici, &c. adulteri, incestuosi, benefici, suspecti, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi. *Euseb. epist. 3. in princ.*

### C A P U T V.

Circa eū, de quo lèscitamini, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad misericordiam exhortamur, sicut & Dominus jubet dicens: *Dimitte, & dimittetur vobis.* *Nicol. ad consult. Bulg. c. 85.*

### C A P U T VI.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idolatria perficere scelus non potuit, nec in fine habeat communionem. *Elib. c. 6. Tros. cap. 13.*

### C A P U T VII.

*2. q. 2. c. ult.* Si Episcopo, aut presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in singulis missam celebrare, &c. & communicare debet, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere; quod si non fecerit, quinquennio a liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur. *Vormat. c. 10. Burch. lib. 2. c. 199. Ivo part. 6. c. 272. decret.*

### C A P U T VIII.

Si quis aliquem veneno, vel herbis, aut diversi generis maleficiis perdidit, velat pessimus homicida duplice mulctetur pœnitentia. *Tribur. cap. 50.*

### C A P U T IX.

Masculorum, & animalium initores, & benefici, &c. eadem condemnatione digni habeantur. *Basil. ep. ad Amphil. c. 7.*

### C A P U T X.

De pœnitentia benefici. *Basil. ad Amphiloch. cap. 64.*

*Vide Ancyrr. c. 21. tit. de pœnit. mulierum, quæ fætus necant. Ilverd. c. 2. eod. tit. c. Hi qui male. Trull. c. 92. eod. tit. c. Eas, quæ.*

### T I T U L U S IV.

#### *DE INCENDIARIIS.*

### C A P U T I.

**U**tantas impietas, pro quibus nos ad vos venissemus, quas etiam per territoria nostra vidimus, in truncationibus, deprædationibus, incendiis, rapinis, ac violentiis a vobis diligenter inquirantur, & prout necesse est, legaliter emendentur. *Ravenn. sub Joann. IX. part. 3. c. 4.*

### C A P U T II.

Pessimam, & depopulatricem, & horrendam *23. q. 8. c.* incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & *32.* beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur, & interdicimus, &c. Si quis post hujus nostræ prohibitionis \* promulgationem malo studio, sive pro vindicta ignes apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium, vel auxilium scienter tribuerit, excommunicetur. Et si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum \* *confituta.* careat sepultura, nec absolvatur, nisi prius damnatio, cui intulit, secundum facultatem suam refarcito, juret se ulterius ignem non appositurum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hierosolymis, aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiscopus hoc relaxaverit, damnum restituat, & per annum se ab officio Episcopali absclineat. Sane Regibus, & Principibus facultatem facienda justitia, consultis Archiepiscopis, & Episcopis, non negamus. *Innoc. II. in synod. Rom. c. 18. post Iwon. panorm. Eug. III. in concil. Remens. cap. 9. Pœnit. Rom. tit. 8. cap. 17.*

### C A P U T III.

Incendiarii Christianorum villas incendunt, & plurimorum damnis, atque mortibus faciunt se dignos incendio sempiterno. *Tullen. in epist. ad Robert. & alios.*

### T I T U L U S V.

#### *DE SEDITIOSIS.*

### C A P U T I.

**P**erlatum est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratres velle, & ut cadant, decertare, similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones, & æmulationes inter vos fieri: a quibus dissensionibus vos avertere, & in omnibus concordare, & opem terre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolicæ sedis,

dis, & totius Ecclesiae communione vos pelli non dubitetis. *Victor. epist. 2. in princ.*

C A P U T II.

*Dif. 92.c.6.* Si qui Episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa Parochia, in qua fuerint denominati, voluntque alias occupare parochias, & vim Præfus libus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, hos abiici placuit. *Ancyr. c. 18. Burch. lib. 1.c. 36. Ivo part. 5.c. 147.*

C A P U T III.

*Dif. 46.c.8.* Seditionarios numquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec injuriarum suarum ultores. *Carth. IV.c. 67. L. Agath. c. 69. Burch. lib. 2.c. 17. Ivo part. 6.c. 36. decret.*

C A P U T IV.

*7. q. 1. cap. 22. Constitutum est.* Nulli intercessori licitum sit cathedram cui intercessor datus est, quibuslibet populorum fluidis, vel seditionibus retinere; sed dare operam, ut intra annum eisdem Episcopum provideat. *Carth. c. 75. G. Carth. V.c. 8. L. Afr. c. 41. L. Capitul. lib. 7. c. 120.*

C A P U T V.

*23. q. 8.c.5. \* factio.* Clerici, qui in quacumque seditione\* arma volentes sumplerint, amissio ordinis sui gradus, in monasterium contradantur poenitentia. *Tolet. IV.c. 44. Anselm. lib. 7.c. 187. Tarrac. lib. 6. cap. 3.*

C A P U T VI.

Si quis Episcopus ordinatus fuerit, & non vult ipsam Parochiam sulcipere, in qua nominatus est; sed alibi vult ordinari, & vim facit, ac seditiones concitat contra eos, qui illum ordinaverunt, hunc ab honore oportet removeri. *Mart. Brach. cap. 12.*

T I T U L U S VI.  
DE USURA.

C A P U T I.

*14. q. 4.c.8. & dif. 47. c. 2. Quoniam. Psalm. 14. 14. q. 4.c.4. Si quis.* **Q**uoniam multi clerici avaritiam sequuntur oblii scripturarum, quæ ait: *pecuniam tuam non dedit ad usuram*, sed fœnerantur, & centesimas exigunt. Si quis deinceps inventus fuerit accipere uluras, aut species frumentorum ad sextuplum dare, aut aliud luctam ex re mutuo data, deponatur, & alienus sit a clero. *Nicæn. c. 17. G. 18. L. Aquisgranen. sub Ludov. c. 40. Mart. Brach. c. 62. vel 63. Capitul. lib. 1.c. 5. Burch. lib. 2.c. 120. Ivo part. 13.c. 8. C part. 6.c. 196. decreti. Anselm. lib. 7. cap. 153. in addit. Raban. cap. 32. de pœnit. Casar. lib. 8. cap. 77.*

C A P U T II.

*De usur. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. \* professione.* Plures clericorum, & quod mœrentes dicimus, eorum quoque, qui præfens sæculum conditione\* vocis, & habitu reliquerunt, dum communes uluras, quasi manifestius damnatas exhorrent, commodata pecunia indigentibus possessiones eorum in pignus accipiunt ultra sortem. Idcirco generalis concilii decernit auctoritas, ut nullus a modo constitutus in clero vel hoc, vel aliud usuræ genus exercere præsumat. Et si quis haec tenus alicujus possessionem data pecunia sub hac specie in pignus accepit, si forte suam deductis expensis de fructibus jam recepit, absolute possessionem restituat debitori. Si autem aliquid

minus habet eo recepto, possessio libere ad Dominum revertatur. Quod si post hujusmodi constituta in clero quisquam extiterit, qui detestandis ulurum lucris insistat, Ecclesiastici officii periculum patiatur; nisi forte beneficium Ecclesiae fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur. *Alexand. III. in concil. Turon. cap. 2.*

C A P U T III.

Quia in omnibus fere locis crimen usurarum ita inolevit, ut multi aliis negotiis prætermisso quasi licite usurpas exerceant; & qualiter utriusque tituli pagina condemnentur, nequaquam attendant. Ideo constituimus, ut usurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris; nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam: sed nec eorum oblationem quisquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Christianæ tradiderit sepulturæ, & ea, quæ acceperit, reddere compellatur; & donec ad arbitrium sui Episcopi satisfaciat, ab officiis sui maneat executione suspensus. *Alexand. III. in concil. Later. c. 25.*

C A P U T IV.

Synodali decreto statuimus, ut si de cætero quocumque prætextu iudei a Christianis graves, & immoderatas usurpas extorlerint, Christianorum eis participium subtrahatur, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 67.*

C A P U T V.

Judeos ad remittendas usurpas cruce signatis per sæcularem compelli præcipimus potestatem. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

C A P U T VI.

Sacerdotes fœnore aliquo, aut venatione, &c. omnia non occupentur. *Eug. II. in syn. Rom. & Leo IV.c. 12.*

C A P U T VII.

Usurarii, & qui tenent pignus, postquam inde habent, quod præstaverunt, excommunicentur. *Gregor. VII. in synod. Rom. ann. incert. cap. 16.*

C A P U T VIII.

Insatiabilem fœneratorum rapacitatem das minamus, & ab omni Ecclesiastica consolatione sequestramus; præcipientes, ut nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, vel cuiuslibet ordinis Abbas, vel quivis in ordine, & clero nisi cum summa cautela usurarios recipere præsumat, sed in tota vita infames habeantur, & nisi resipuerint, Christiana sepultura priventur. *Innoc. II. in syn. Romana c. 13.*

C A P U T IX.

*Dif. 47.c.1.* Episcopus, presbyter, diaconus usurpas a debitoribus exigens aut cesseret, aut deponatur. *Apost. c. 44. Capitul. lib. 1.c. 5. Ivo lib. 3. tit. 13.c. 2. panorm. C part. 6.c. 195. C part. 13.c. 15. decret. Burch. lib. 2.c. 119.*

C A P U T X.

Nec hoc prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos usurpariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescerer: quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos

# 476 Juris Pontificii Veteris Epitome

**Dif. 46. c. ult.** nos sedici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint comprobati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur, &c. Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercendum fœnus attemptet; indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere, & exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus a Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus. *Leo epist. 1. c. 3. C. 4. Aquisgran. sub Ludov. c. 62. C. 92. Ivo part. 6. c. 65. decret. Raban. cap. 32. de pœnit. Burch. lib. 2. c. 121. C. 123. Anselm. lib. 7. c. 150. C. 149. in additis. Tarragon. lib. 4. cap. 27.*

**Dif. 47. c. 4.** **C A P U T XI.** De Petro insuper ad nos pervenisse cognoscite, quod solidos dedit ad usuram; quod vos oportet cum omni subtilitate perquirere: & si ita constiterit, alium elige; nam nos amatoribus usurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione, hoc fallsum esse patuerit, quia persona nobis ignota est, &c. cum decreto a vobis facto ad nos eum venire necesse est; ut vitam, moreisque illius sollicitius inquirentes, sensum quoque pariter agnoscamus; ut si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo adjuvante Domino desideria compleamus. *Greg. lib. 8. ep. 40. ad clerum, C. cives Neapolit. Anselm. lib. 6. cap. 9.*

**Dif. 47. c. 5.** **C A P U T XII.** Si quis clericorum detestus fuerit usuras accipere, placuit degradari, & abstinere. Si laicus correptus promiserit cessare, venia ei tribuatur; si duraverit, ab Ecclesia proiiciatur. *Elib. cap. 20. Ivo part. 13. cap. 12. decret. C. lib. 3. tit. 23. c. 1. panorm.*

**14.9.4. Mi-  
nistri, c. 2.** **C A P U T XIII.** De ministris, qui fœnerantur, juxta formam divinitus datam, a communione abstineant. *Arelat. I. c. 12. Ivo part. 13. c. 10. decret.*

**C A P U T XIV.** Si quis clericus pecuniam dedit ad usuram; aut conductor alienæ rei voluit esse; aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exerceat, depositus a clero a communione alienus habeatur. *Arelat. II. c. 14.*

**C A P U T XV.** Avaritiae cupiditas omnium malorum mater absit; nemo alienos fines transgredietur, nec patrum fines. Nulli clero liceat alicujus rei usuram accipere. Quæ apertissime ab scriptura divina sanciuntur, magis sequenda, quam decernenda sunt. Quod laicis vetatur, multo magis clericis prohibendum est. Nemo contra Prophetas, vel contra Evangelia, sine periculo quid agat. *Carth. c. 5. G. Carth. I. c. 13. L. Aquisgran. c. 61.*

**C A P U T XVI.** In nostro concilio statutum est, ut non liceat clericis fœnerari, &c. *Carth. I. c. 13. L.*

**C A P U T XVII.** Non oportet clericos fœnerari, & usuras, & sextupla accipere. *Laodic. cap. 4. Aquisgran. cap. 61.*

## C A P U T XVIII.

Seditionarios numquam ordinandos clericos, *Dif. 46. c. 2.*  
sicut nec usurarios, nec injuriarum ultores. *Carth. IV. c. 67. L. Agath. c. 69. Burch. lib. 11. c. 17. Ivo part. 6. c. 36. decret.*

## C A P U T XIX.

Illud etiam secundum scripturarum auctoritatem, vel patrum constitutionem addendum credidimus; ut ne quis clericus, qui negotiandi studium habere voluerit, usuras accipiat; quia scriptum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad Psalm. 14. usuram; & alio loco: Et non defecit de plateis Psalm. 54. eius usura, C. dolus.* Manifestum est enim, beatitudinis non posse consequi gloriam qui a præceptis divinis deviaverit. *Turon. c. 13.*

## C A P U T XX.

Ne quis sacerdotum, vel clericorum, more sæcularium judicum, accipiat pro impensis patrocinii munera, nisi in Ecclesiis oblata, &c. Si acceperit, veluti exactor fœnoris, aut usurarum possessor secundum statuta patrum degradetur. *Tarragon. c. 10. Cæsaraug. lib. 5. c. 76.*

## C A P U T XXI.

Clericus a diaconatu, & supra pecuniam non comodet ad usuras, nec de præstitis beneficiis quidquam amplius, quam datur, speret: nec ut in exercendis negotiis turpis lucri cupiditate veretur, sicut publici negotiatores, qui ad populares pensam \* observant, aut sub alieno nomine \* mensura, interdicta negotia audeat exercere. Quod si quis adversus hæc statuta venire præsumperit, communione concessa ab ordine degradetur. *Aurelian. III. c. 26.*

## C A P U T XXII.

Episcopus, presbyter, diaconus usuras, vel centesimas accipiens cesseret, vel deponatur. *Trulensis. c. 10.*

## C A P U T XXIII.

Clerici usuris nequaquam incumbant; neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant: amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant, &c. *Magunt. sub Carolo c. 10. ex Isidoro.*

## C A P U T XXIV.

Quidam putant, usuram tantum esse in pecunia, quod prævideo scriptura omni rei afferit superabundantiam, ut non plus recipias, quam dedisti. Solet in agris frumenti, & milii, vini & olei, cæterarumque specierum ultrā exigi, sive, ut appellat sermo divinus, superabundantiam. Verbi gratia, ut hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius quam partem medium; qui justissimum se putaverit, quartam plus accipiet portionem, & solent argumentari, & dicere: dedi unum modium, qui satus fecit decem modios: nonne justum est, ut medium modium de meo plus accipiam; cum ille mea liberalitate novem, & semis de meo habeat? *Nolite errare, Galat. 6. b.* inquit Apostolus, *Deus non irridetur, &c.* Alii pro pecunia fœnerata solent manuscula accipere diversi generis, & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo quod dederint, plus acceperint. *Hic.*

Hieron. in comm. in c. 18. Ezechiel. apud Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 53. ubi multa de usuris.

C A P U T XXV.

1. Tim. 6. Cupiditatem tamquam radicem omnium malorum, & Apostolica damnat sententia, & ab omni ordine Ecclesiastico canonica perturbat interdictio: ita ut statuerit nullum clericum de qualibet re scenus accipere. Aquisgran. II. sub Ludov. part. 1. c. 5.

C A P U T XXVI.

Nemo laicorum presbyteros Ecclesiarum turpi villicationi, & secundum Apostolorum, seculari, & inhonestae negotiationi implicare, nec secum aliorum contra auctoritatem praesumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta præsumperit, excommunicetur. Melden. c. 49. Burch. lib. 2. c. 146.

C A P U T XXVII.

Nican. 18. Ut Episcopi se ipsos, atque ministros suos, & maxime Ecclesiasticos, cunctosque Christianos in sua parochia, perpendentes ex hoc statuta Nicæni concilii, & cæterorum conciliorum ab usuris sine excusatione compescant, & quos compescere aliter non potuerint, canonicam in eos sententiam proferant. Melden. cap. 55.

C A P U T XXVIII.

Usurarum turpia lucra canonica severitate inhibemus. Valent. sub Loth. cap. 10.

C A P U T XXIX.

Levit. 22. Inhibemus modis omnibus cum ingenti protectione pessimam lucri rabiem, usurarum adventionem, quam non minus clerici sectantur, quam laici, Dominici immemores præcepti, quo dicitur, *Pecuniam tuam non dabis ad usuram;* & iterum: *Non accipies a fratre tuo usuram, nec amplius, quam dedisti.* Trostajan. cap. 15.

C A P U T XXX.

cap. 2. de vi- Clerici arma portantes, & usurarii excommunicantur. Pittav. cap. 10.

C A P U T XXXI.

IX. & eod. iii. in 1. coll. Qui usuras accipit, si injustum lucrum in pauperes consumere voluerit, & ab avaritia morbo deinceps liberari, est ad sacerdotium admittendus. Basil. epist. ad Amphiboloch. cap. 14.

Vide Aquisgr. II. sub Ludov. part. 3. cap. 8. sis. de turpi lucro, cap. De illis. & Cabil. sub Carolo cap. 5. Remen. cap. 32. eod. tit.

T I T U L U S VII.

NE QUISQUAM PAUPERIBUS, AUT MENSURIS INEQUALIBUS UTATUR.

C A P U T I.

Super omnia autem avaritiam fugite, quia homines occasione præsentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras pro locis, quibusque æquissima custodite; deposita fideliter restituire; judicium Dei semper in corde volvatis, &c. Clem. epist. 1. post princ.

C A P U T II.

Louv. 17. Ut pondera, & mensuræ ubique æqualia sint, & iusta, sicut scriptum est: *Æquus modius,* & *equus sextarius.* Et iterum: *Pondus,* & *passus,* *mensura,* & *mensura:* *utrumque abomina-*

bile est apud Deum. Arclat. sub Carolo, cap. 15.

C A P U T III.

Quod mensuræ, & pondera iusta ubique habenda sint testis est Salomon, qui dicit, quod *sta- tera dolosa abominatio sit apud Deum;* & *pon- dus æquum voluntas ejus.* Et Dominus in Evan- gelio: *In qua mensura, inquit, mensi fueritis;* *me- remerietur vobis.* Quod licet de mutua ibi di- cendum indulgentia intelligi possit; tamen non ab- surde, & de hac re dictum accipi valet. Turon. sub Carolo cap. 45.

C A P U T IV.

Quidam non solum clerici, sed & laici Domini præcepti transgressores effecti minorem modum atque sextarium in vendendo, atque com- modando, majoremque in recipiendo habent; si- mulque stateras minores, atque dolosas in mutan- do\*, atque vendendo; maioresque in recipiendo \* mutan- habentes. Et ob hoc dum suæ intolerabili cupidi- tati satisfacere astuant, heu pro dolor, miseros quoque paupertati addicunt, & mendicos effi- ciunt; quoniam his inæqualibus mensuris, & di- versis foeneratoribus adeo eos obligantes coar- etant, ut ex vineolis suis ob mercedem laboris sui nihil residui sibi, suæque conjugi, & liberis nec cyathus, nec uva quidem remaneat; sed ut omnia in cellaria sua ex asse deveniant, sagaciter elaborant, &c. Quamquam ergo consuetudines perversæ non facile corriganter, hæc tamen con- fuetudo inæqualium modiorum, & injustorum sextariorum, atque ponderum dolosorum, nec- esse est, ut principali metu ocyus corrigatur; & ad præceptum divinum tanta tortitudo reflecta- tur: quia verendum est, ne iater cætera mala hoc quoque non solum facientibus, & consentienti- bus, sed etiam non corrigentibus, quod absit, proveniat in damnationem. Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 51.

C A P U T V.

De mensurarum inæqualitate, & modiis injus- tis, & sextariis, quæ Domini lege haberi prohi- bentur, qualiter res ad certam correctionem per- duci possit, non satis perspicue nobis patet, eo quod in diversis provinciis diversæ ab omnibus pene habeantur. Hoc tamen modis omnibus opta- mus, & monemus, ut in unaquaque Provincia Imperii nostri jussu, atque terrore celsitudinis vestra nullus duplices mensuras in sua domina- tione aut habeat, aut haberi permittat: quoniam hac occasione multos pauperes affligi in plerisque locis cognovimus, & ad paupertatem, miseriamque devenisse. Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 3. vide Magunt. sub Carolo cap. 14. tit. de turpi lucro.

T I T U L U S VIII.

DE TURPI LUCRO.

C A P U T I.

Præsite, qui in vobis est, gregem Dei, pre- videntes non contate, sed spontaneè secun- dum Deum: neque turpis lucri gratia, sed vo- luntarie: neque ut dominantes in clavis, sed forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glo-

# 478 Juris Pontificii Veteris Epitome

*gloriæ coronam. Petrus Apost. ep. 1. c. 5. num. 2.*

## C A P U T II.

Avaritiam, utpote secundam idolatriam, Paulus magnus execratur Apostolus, cunctos videlicet, qui Christiano vocabulo, ab omni turpi lucro abstinentem volens: multo magis ergo iis, qui sacerdotio funguntur, nefas est coepiscopos, & suffraganeos suos per quemcumque modum gravare, &c. *Synod. VIII. gener. CP. sub Hadr. II. cap. 19.*

## C A P U T III.

*16. q. 1. Nul- li Episcop. cap. 62.* Nulli liceat Episcoporum a subiecto sacerdo- te, vel alio quolibet clero, & piis locis datio- nes ultra statuta patrum exigere, aut superposita in angariis inferre: sed cum sit optimus prospe- ctor, ita prospiciat, ut universæ sibi oves com- missæ a se maxime alantur, atque in necessitatibus adjuventur, quam illicitis exactis dationibus opprimantur. *Eugen. II. in syn. Rom. & Leo IV. c. 26. Anselm. lib. 6. c. 166. Cæsar. lib. 4. c. 89.*

## C A P U T IV.

Prava consuetudo, prout accepimus, & dete- stabilis inolevit, quoniam monachi, & regulares canonici post suscepsum habitum, & professio- nem factam spreta beatorum magistrorum Bene- dicti, & Augustini regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiscunt. Avaritiæ namque flammis accensi se patronos cauſarum faciunt, &c. Ut ergo ordo monasticus, & canonicus Deo placens in sancto proposito inviolabiliter conservetur, ne hoc ulterius præsumatur auctoritate Apostolica interdicimus. Epis- copi autem, Abbates, & Priors tantæ enormi- tati consentientes, & non corrigentes propriis honoribus priventur, vel ab Ecclesiæ liminibus arceantur. *Innoc. II. in synod. Rom. cap. 6.*

## C A P U T V.

*De penit. d. 5. cap. 2.* Qualitas lucrū negotiantem aut excusat, aut arguit: quia est & honestus quæstus, & turpis, &c. Difficile est inter ementis, vendentisque com- mercium non intervenire peccatum. *Leo epist. 90. ad Rusticum Episc. Narbon. cap. 10.*

## C A P U T VI.

*Dijl. 88. e. 2.* Consequens fuit, ut illa quoque qua de Pice- ni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus: id est, plurimos cle- ricorum negotiationibus dishonestis, & lucris turpibus imminere nullo pudore carentes Evan- gelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiato- res e templo verberatos flagellis afferitur expulsi- fe: nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sœcula- ribus.* Psalmistam quoque David surda dissimu- lantes aure cantantem: *Quoniam non cognovi ne- gociationes, introibo in portas Domini.* Proinde hujusmodi aut ab indigatis posthac quæstibus noverint abstinentum: & ab omni cuiuslibet ne- gociationis ingenio, vel cupiditate cælandum: aut in quocumque gradu sint positi, mox a clericali- bus officiis abstinent cogantur: quoniam dominus Dei dominus orationis esse debet, & dici; ne offici- na negotiationis, & spelunca potius sit latronum. *Gelas. epist. 1. cap. 17. Aquisgr. sub Ludov. c. 93. Ivo part. 13. cap. 28. decr. Cæsar. lib. 8. c. 76.*

## C A P U T VII.

Si clericus pecuniam dederit, pecuniam acci- 14. q. 4. Nul- piat; si speciem, speciem. *Carth. c. 16. G. Carth. III. cap. 16. L. Vorm. c. 69. Burch. lib. 2. c. 124. Ivo lib. 3. tit. 13. cap. 3. panorm. & part. 6. c. 198. & part. 13. cap. 9. decret. Anselm. lib. 7. cap. 152.*

## C A P U T VIII.

Placuit, ut Episcopi, & Presbyteri, & diaco- ni, vel clerici non sint conductores, neque pro- curatores, neque ulli turpi lucro, vel in honesto negotio victum querant; quia respicere debent, scriptum esse: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sœcularibus.* *Carth. III. cap. 15. Vorm. cap. 67. Anselm. lib. 7. cap. 151. Burch. lib. 2. cap. 151. Ivo part. 6. cap. 242.*

## C A P U T IX.

Canonum statutis firmatum est, ut quicum- que in clero esse voluerit, emendi vilius, vel ven- dendi carius studio non utatur. Certe, si haec vo- luerit exercere, cohibeatur a clero. *Tarrac. cap. 2. Burch. lib. 2. cap. 122. Ivo part. 6. cap. 197. & part. 13. cap. 13. decret.*

## C A P U T X.

Si quis clericus solidum in necessitate præsti- terit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum est venundari. Ceterum si speciem non habuerit ne- cessariam, ipsum quod dedit, sine ullo augmen- to recipiat. *Tarrac. cap. 3. Ivo lib. 3. tit. 13. c. 4. panorm. & part. 6. cap. 369. & part. 13. c. 14. decret.*

## C A P U T XI.

Item placuit, ut sobrie, & pie, castèque juxta Tit. 1. Apostolum viventes fugiamus turpis lucri gra- tiam. *Forojul. cap. 3.*

## C A P U T XII.

Ut juxta Apostoli vocem, sacerdotes irrepre- 1. Tim. 2. hensibiles sint, & moribus ornati; & nequaquam turpibus lucris deserviant, juxta illud, quod ait scriptura: *Nemo militans Deo implicat se nego- tiis sœcularibus; ut ei placeat, cui se probavit:* & a turpibus lucris, & usuris non solum ipsi absti- neant; verum etiam plebes sibi subditas abstina- 1. Tim. 3. nte instituant. *Cabillon. sub Carolo cap. 5.*

## C A P U T XIII.

Imputatur quibusdam fratribus, eo quod ava- 16. q. 7. c. ritia causa hominibus persuadant, ut abrenua- 42. Consti- ciantes sacerculo res suas, Ecclesiæ conferant, &c. Episcopi, sive Abbates, qui non in fractum ani- marum, sed in avaritiam, & turpe lucrum in- hiantes quoslibet homines illeatos circumvenien- do totonderunt; & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt, pœnitentia canonica, sive regulari, ut puta turpis lucri sectatores subjaceant. Hi vero, qui vanis promissionibus, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum domini esse nescientes comam deposuerint, in eo, quod coeperunt, perseverare cogantur. Res namque quæ ab illeatis, & negligentibus dataæ, ab avariis, & cupidis non solum accepta, sed raptæ no- scuntur, heredibus reddantur, qui dementia pa- rentum, & avaritia incentorum exhaeredati eis- no-

noscuntur. Si vero nescientibus Episcopis, aut Abbatibus ministri eorum, quilibet videlicet in clero hoc fecisse convincuntur: Episcopi, & Abbes desidia, illi vero rapacitate, & avaritia judicentur. Hoc vero, quod quisque Deo juste, & rationabiliter de rebus suis offert, Ecclesia tenere debet. *Cablon. sub Carolo cap. 6. & 7. vide Magunt. cap. 23. Burch. lib. 8. cap. 93. Ivo part. 7. cap. 111. decret.*

## C A P U T XIV.

*Ne cler. vel mon. cap. 1. Greg. IX. &c. in 1. coll.* Ministri altaris Domini, vel monachi a negotiis secularibus omnino abstineant. Multa sunt negotia secularia, &c. quidquid plus justo appetit homo; turpe lucrum, munera injusta accipere, vel etiam dare; pro aliquo seculari quaestus pretio aliquem conducere: contentiones, & lites, vel rixas amare, &c. pondera injusta, vel mensuras habere: negotium injustum exercere, &c. *Magunt. sub Carolo cap. 14. Magunt. sub Raban. cap. 13. Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decret. Capitul. lib. 7. c. 172. in addit.*

## C A P U T XV.

*\* quoniam f. 2. Tim. 2.* Ut nemo sacerdotum, vel monachorum negotiis illicitis se implicet, quomodo \* scriptum est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Ut turpia lucra, & usuras minime exerceant, sicut ipsum habet concilium. Remens. c. 30. & 32.*

## C A P U T XVI.

*Prov. 16. 1. Tit. 6.* Turpis quoque lucri appetitus, ab eo, qui Episcopus futurus est, esse debet alienus; sunt enim multi docentes, quae non oportet, turpis lucratia, qui totas domos subvertunt, & putant quaestum esse pietatem. Melior est autem, juxta Salomonem, modica acceptio cum justitia, quam multa genima cum iniuitate. Et magis elendum in paupertate nomen bonum, quam in divitiis nomen pessimum. Episcopus, qui imitator Apostoli esse cupit, habens victum, vestitum, his tantum debet esse contentus, &c. Turpis lucri appetitio est, plus de presentibus, quam de futuris cogitare. *Hieron. in ep. ad Titum apud Aquisgran. c. 10.*

## C A P U T XVII.

*1. Reg. 12. 1. Tim. 3. Tit. 1.* Avaritiam in sacerdote vitandam & Samuel docet, nihil cuiquam eripuisse se coram populo probans: & Apostolorum paupertas, qui refrigoria sumptuum a fratribus accipiebant; & praeter victum, atque vestitum nihil se aliud nec habere, nec velle gloriabantur. Quam ad Timotheum avaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertissime notat. *Hieronym. in ep. ad Oceanum apud Aquisgran. c. 11.*

## C A P U T XVIII.

*Isiae 24. a. Osee 4. b.* Comperimus nonnullos presbyteros, & monachos desertores ordinis sui, quod non sine magno animi moerore prosequimur, adeo villications, & negotiations, diversaque turpia lucras spectare, ut illud videatur completum, quod dicitur: *Et erit sicut populus, sic Sacerdos. Quod & leges divinae, & jura canonica condemnant: quantumque etiam id religioni Christianae contrarium sit, manifestum est. Quod vero ab hujuscemodi illicito auctu uterque ordo & sacerdotalis,*

& monasticus se cohibere debeat, subter breviter collecta testimonia declarant: ait namque Dominus in Evangelio: *Nemo mittens manum ad arietum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* *Luc. 9. g. Et Paulus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.* *2. Tit. 2. Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 28.**

## C A P U T XIX.

De illis presbyteris, qui contra statuta canonicum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diversissimis modis usuris inferviunt, &c. observandum judicavimus, ut ab hinc districte, leveriterque coercentur, ne per eorum illicitam, & indecentem actionem & ministerium sacerdotale vituperetur, & quibus debuerant esse in exemplum, deviant in scandalum. *Aquisgran. II. sub Lud. part. 3. c. 8.*

## C A P U T XX.

Auditur, quod monachi spreta humilitate ornamentis operam impendant; & nequaquam contenti communibus rebus, propriis, & lucris turpibus inferviant: quod vitium, tamquam pestilium cancer, ne ultra proserpat, radicitus evelendum est. *Trosl. c. 3.*

## T I T U L U S IX.

## DE FURTO ET RAPINA, MAXIME RERUM ECCLESIAE.

Vide in Part. I. Lib. III. tit. XXII. & XXXIII. & in Part. II. Lib. XVII. Tit. IX.

## C A P U T I.

*Scripsi vobis in epistula, ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri. Si is, quis frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maleficus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere, &c. Paul. 1. ad Corinth. c. 5. num. 10. Pius ep. 2. in med.*

## C A P U T II.

*Nalite errare, neque fornicarii, &c. neque fures, neque avari, &c. neque rapaces regnum Dei possidebunt. Paul. 1. ad Corinth. c. 6. n. 9.*

## C A P U T III.

Excommunicationis poenae subdantur, qui *Dierapt. c. 3. Greg. IX. &c. 2. eod. tit. in 1. coll.* Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione, vel aliis caussis honestis navigio vectos, aut capere, aut spoliare presumunt. *Alexand. III. in conc. Later. c. 24.*

## C A P U T IV.

Homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. *Felix II. in syn. Rom. epist. 1. c. 15.*

## C A P U T V.

Ubicumque presbyter, vel monachus, vel peregrinus, vel res eorum captæ fuerint, statim excommunicetur receptum unde factum, vel quo ductum fuerit. *Greg. VII. in conc. Rom. anno incert. c. 15.*

## C A P U T VI.

Fures, & horum similes excommunicantur. *Greg.*

# 480 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. cap. 16.*

## C A P U T VII.

Ne aliquis laicus alterius sibi hereditates usurpet. *Urban. II. in concil. Clarom. c. 21.*

## C A P U T VIII.

Quicumque bona eorum, qui ad Hierosolymā proficiscuntur, distrahere, vel auferre, quamdiu in via illa morantur, præsumplerat, excommunicationis ultione plectantur. *Callist. II. in concil. Rom. c. 11.*

## C A P U T IX.

*Dicit. 81. c. 15. Presby- adulterio, perjurio, furto deprehensus deponatur, non etiam excommunicetur. Apost. c. 24. G. 25. L.*

## C A P U T X.

*22. q. 1. c. 6. 17. q. 4. c. 18. Qui abstulerit aliquid patri, vel matri, dicit que hoc peccatum non esse, homicidae particeps est, &c. Qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur, &c. Anaclet. epist. 1. ant. fin. Lucius epist. unic. c. 6. Trisbur. c. 7. Trostl. cap. 4. Burch. lib. 11. c. 18. Ivo part. 14. c. 88. decret.*

## C A P U T XI.

Similiter de raptoribus, vel eis, qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergo sæculi leges interficiunt: sed nos misericordia præente, sub infamia nota ad poenitentiam recipimus. Ipsam quoque infamiam, qua sunt aspersi, delere non possumus, sed animas eorum per poenitentiam publicam, & Ecclesiæ satisfactionem sanare cupimus: quia manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. *Callist. epist. 2. in med.*

## C A P U T XII.

*12. q. 2. c. 7. 10. Est in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus; sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde & in E. Lue. 19. vangelio scriptum est: Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum. Et in legibus sæculi caustum habetur: Qui rem subripiat alienam, illi, cuius res direpta est, in decuplum, quæ sublata sunt, restituat. Et in lege divina legitur: Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicit omnis populus, Amen. Talia ergo non præsumantur absque ultione; nec exerceantur absque sua damnatione. Euseb. ep. 2. in fin. Joann. I. ep. 1. in med. Burch. lib. 11. c. 25. 27. Ivo part. 3. c. 149. 37. 5. c. 249. 5. part. 13. c. 1. 37. Anselm. lib. 5. c. 41.*

## C A P U T XIII.

*3. q. 4. Con- stituimus, cap. 9. Firmantes cana patrum statuta, statuimus item cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, sic dum decretum reperimus, ut homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptore, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi; quia infames sunt, & juste repellendi, quia funesta est vox eorum, vocem enim funestam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet. Euseb. ep. 3. in princ. Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 63. Burch. lib. 16. c. 4. Anselm. lib. 3. c. 19. Ivo part. 10. c. 37. decret.*

## C A P U T XIV.

Patrocinia Ecclesiastica sub tanto moderamine debet impendere, quatenus si qui in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur injuste defendi; ne opinionem male agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos ullo modo transferamus: sed quantum decet Ecclesiam, admonendo, verbum intercessionis adhibendo, quibus modis valetis succurrите: ut & illis opinionem sanctæ Ecclesiæ non inquietis. *Greg. lib. 7. indist. 2. epist. 24. Rom. Defensori.*

## C A P U T XV.

Circa fures animalium, si non misericordia, saltem legum edicta serventur. Similiter de iis, qui virum, aut feminam rapuerint, permittimus. *Nicol. ad consult. Bulgar. c. 31. 32.*

## C A P U T XVI.

Si quis clericus furtum, aut falsitatem admiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, communione concessa, ab ordine degradetur. *Aurel. III. c. 8.*

## C A P U T XVII.

Servis Ecclesiæ, vel sacerdotum prædas, vel captivitates exercere non liceat: quia justum est, ut quorum domini redemptionis debent præstare suffragium, per servorum suorum excessum disciplina Ecclesiastica non maculetur. *Aurel. IV. cap. 23.*

## C A P U T XVIII.

Si quicumque judex clericum absque causa criminali, id est, homicidio, furto, aut maleficio injuria afficeret, aut custodia deputare præsumplerit, quamdiu Episcopo loci illius visum fuerit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Matis. c. 7.*

## C A P U T XIX.

Ex interpellatione quorundam cognovimus, quod calcatis canonibus, & legibus hos, qui latere Regis adhærent, vel aliquos, qui potentia sæculari inflantur, res alienas competere, & nullis exortis actionibus, aut conditionibus prærogatis, miseros non solum de agris, sed etiam de dominibus propriis exultare, &c. Decernimus, ut deinceps hujusmodi licentiam quisquam non habeat, &c. Illi autem, qui contra dispositum non solum nostrum, sed etiam antiquorum patrum, & Regum venire temptaverint procellos anathematis ultione plectantur. *Matis. II. c. 14.*

## C A P U T XX.

Si monachus in monasterio adulterium commiserit; aut peculiare habere præsumplerit, aut furtum fecerit; & hoc Abbas per se non emenderit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimeraverit, ad poenitentiam agendam in alio monasterio retrudatur. *Antif. c. 23.*

## C A P U T XXI.

Nullus ante audientiam res quorumlibet invadere, aut auferre præsumnat: quod qui fecerit, ut necator pauperum habeatur. *Cabil. c. 6.*

## C A P U T XXII.

Si sacerdotes per se, seu per quoslibet aliena diripiunt, pervasa, vel præsumpta resarciant; & pro excessu religioni contratio duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt. *Tol. XI. c. 5.*

CA-

C A P U T XXIII.

Petimus tandem, ut ordo Ecclesiasticus, in quibuscumque ei fuerit necesse, rigorem salutis humanæ exercere, per potestatem vestram, & per ministrorum dominationis vestrae secundum antiquam consuetudinem suum vigorem recipiat, &c. atque consilio sacerdotali vestra sublimitas, & quisque in quolibet statu, vel ordine de rapinis, & ceteris, quæ discordia malo acciderunt præteritis erroribus, pœnitendum gerat, & Domini reconciliationem expostulet, &c. Concil. Holoniens. c. 12. apud syn. Meld.

C A P U T XXIV.

<sup>1. Cor. 6.</sup> Apostolus Paulus dixit, quia rapaces regnum Dei non possidebunt. Et dives purpuratus non propterea ardet in inferno, quod Salvator eum referat crudeliter aliena rapuisse, sed misericorditer propria indigenti non tribuisse. Unde existimat, quanta poena cruciabitur, qui aliena diripit; si in inferno igne damnatur, qui petenti propria denegavit. *Synod. Tullen. in epist. ad Rothbert. &c. alios.*

C A P U T XXV.

<sup>1. Cor. 6.</sup> Ut raptore, & adulteri, vel rapaces, qui sicut <sup>Rom. 13. b.</sup> ait Apostolus, regnum Dei non consequentur; cum quibus etiam, sicut ipse præcipit, nec cibus sumendus est, censura, & severitate Principum, qui non sine causa gladium portant, insequantur, quo adusque sacerdotum judicio publice Ecclesiasticae subdantur disciplinae. *Tullen. part. ult. c. ult.*

C A P U T XXVI.

Quia hactenus indiligerent actum, amodo omni conamine omnes studere volumus, quo penitus a nostro regno rapina eliminetur, & pauperum voces, usque nunc Domini Sabaoth aures pulsantes querimonii, incipiunt suo creatori laudes rependere pro ubique pace, & quiete concessa nobis a gentibus. *Synod. Ticinen. in edicto Ludov. II. Imper.*

C A P U T XXVII.

Unusquisque Episcopus in sua parochia, & Missi in illorum missaticis, & Comites in illorum comitatibus cum maximo studio, & summa diligentia curam habeant, ut quicumque raptore, & prædatore, ubi sunt, cujuscumque homines sint, ad rationem deducantur, & secundum legem, quæ ibi malefacta habent, emendent, aut solvant secundum legale placitum, aut per indulgentiam sibi impetrant perdonari. Et Episcopi secundum qualitatem, & quantitatem peccatorum absque acceptance personarum rapacibus, & his similibus vitiis nominatis, & convictis pœnitentiæ leges injungant. *Pisten. cap. 2.*

C A P U T XXVIII.

Communi placito constituimus, ut qui istas deprædationes, & alia male facta criminaliter, & publice fecerunt, ut inde apud Dominum, & apud eos, quibus malefecerunt, se pacifcent. Et quisquis hoc non fecerit, bannum nostrum duplicitate componat, &c. Et qui post istud bannum per consensum omnium factum illa emendare, sicut illis spatiis dedimus, noluerint, & omnia, quæ commiserunt, legaliter componere compellantur, & per publicam pœnitentiam secundum

*Tom. VI.*

sacros canones, Deo, & Ecclesiæ, in quam peccaverunt, satisfaciant, alioquin excommunicentur. *Pisten. cap. 3.*

C A P U T XXIX.

Si quis intra regnum rapinam fecerit, aut cuiuspiam nostro fidelis, ejusque homini vi aliquid abstulerit, in triplo, cui aliquid abstulerit, legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est, Lx. solidos nobis persolvat: postmodum vero ante nos a Comite adducatur, ut in bastonico, vel in alio carcere trusus, usque dum nobis placuerit, pœnas iurat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, <sup>2. Cor. 6.</sup> regnum Dei non possidebunt. *Pisten. c. 4. c. Capit.*

C A P U T XXX.

Si Episcopo, aut presbytero causa criminalis, <sup>2. q. 5. c.</sup> hoc est, homicidium, adulterium, furtum, & <sup>ult.</sup> maleficium imputatum fuerit, in singulis missam celebrare, & secretam publice dicere, & communicare debet, & de singulis sibi impositis innocentem reddere. Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur. *Vormat. cap. 10. Burch. lib. 2. cap. 199. Ivo pars. 6. cap. 272. decret.*

C A P U T XXXI.

Franco venerabilis Tungrensis sedis Episcopus cura pastorali permotus suggestit, sanctam Dei Ecclesiam a schismatis, & raptoribus graviter vexari. Cujus suggestioni valde condolentes decrevimus, eos, qui tam pertinaci stimulo irritati sunt, ut ea mala sanctæ matris Ecclesiæ inferrent, aut statuto tempore pia consideratione illorum saluti consulentes, videlicet ut in festivitate S. Joannis Baptista o'ctavo Kalend. Julii in Foro Iulii, quando iterum, Deo annuente, synodus celebranda erit, pœnitentiæ, & emendationi secundum priscorum statuta patrum, se submittant: aut si instigante diabolo, cujus instinctu ad tam nefandum perversant flagitium, hoc contempserint; perpetuo, & irrevocabili eos anathemate feriendos esse decernimus. Eos vero, qui crebra admonitione, & diurna conventi sunt, ut resipiscerent, & ad pœnitentiæ remedia confugerent, more canum ad vomitum rapacitatis absque Dei respectu reversi sunt, statuimus sine dilatione gladio anathematis esse puniendos. *Coloniense sub Carolo III. cap. 2.*

C A P U T XXXII.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum expoliaverit, & mandaverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & is contemperit: mox invicem scripta percurrent per omnes provincias Episcopos, & quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediatur, & reddat aliena. *Tolet. I. cap. 11.* Talium enim scelerum patratoribus, sicut in capitularibus glorioissimorum Imperatorum Caroli, & Ludovici continetur, nisi post puram & publicam pœnitentiam, & per Ecclesiæ satisfactionem, & per impositionem manus Episcoporum, nec vivis, nec mortuis communicare debemus. *Coloniense sub Carolo III. c. 3. Anselm. lib. 7. cap. 164.*

P P P

CA-

## C A P U T XXXIII.

*Non cessemus ad Deum clamare, ipsosque sa-  
cra legos monere, ut per confessionem, & emen-  
dationem reatus sui dent gloriam Deo; & quo-  
niam, ut sanctus ai Job, dedit eis Deus locum  
pœnitentia; videant Episcopi, ne abutantur  
eo insuperbia. Ideo denique tales divina dispen-  
satio in iniuitate tolerat, ut ab iniuitate com-  
pescat. Sed si accepta pœnitentia post tempora  
divertunt ad culpam, & secundum duritiam  
suam, & cor impenitens thesaurizant sibi iram in  
die iræ, districtus in ultimis iudex impensa argu-  
menta misericordia convertet ad poenam. Tros.  
cap. 4. post princ.*

## C A P U T XXXIV.

*Esurienti non dare panem damnabile est, ipso  
Matt. 25. Domino in extremo iudicio dicturo: Esurivi &  
non dedistis mihi manducare, &c. Quibus sub-  
jungit, Ite maledicti in ignem æternum, qui  
paratus est diabolo, & Angelis ejus. Hinc est  
colligendum, qua damnatione plectendi sint, qui  
aliena diripiunt, si tali animadversione feriuntur,  
qui sua indiscrete, & immisericorditer tenuerunt.  
Quam multiplex autem sit rapina, & quot modis  
Job 24. agatur, Job breviter enumerat, inquiens: Alii  
terminos transtulerunt; diripuerunt greges;  
asinos pupillorum abegerunt; abstulerunt pro  
pignore bovem viduæ; subverterunt pauperum  
viam; oppresserunt mansuetos terræ; agrum  
non suum demetunt, & vineam ejus, quem vi  
oppresserunt, vindemiant; nudos dimittunt ho-  
mines vestimenta tollentes, quibus non est ope-  
rimentum in frigore, &c. Audiant raptore, quid  
de eis vas electionis Paulus, qui ad tertium cæ-  
lum raptus est, dicit: Neque rapaces regnum Dei  
possidebunt. Non ergo raptor, non prædo paupe-  
rum regnum Dei possidebit, nisi perfectam ege-  
rit pœnitentiam, & injuste sublata reddiderit.  
Sunt enim quidam, qui pœnitere quidem volunt,  
sed res reddere nolunt: pessimum quidem homi-  
num genus, cui pœnitendi medicina omnino non  
prodest, si enim res rapta, cum redi possit, non  
redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur: „Ii  
„enim, ut dicit S. Augustinus, scelus sibi cu-  
„piunt relaxari, & id, propter quod scelus ad-  
„missum est possidere“. Non ergo remittetur  
rapina peccati, nisi restituatur ablatum. Sciat er-  
go unusquisque raptor, non sibi dimitti rapinæ  
peccatum, nisi cum potest, id quod rapuit, re-  
stituat: plerumque enim qui aufert, amittit, sive  
alios patiendo malos, sive ipse male vivendo, nec  
habet unde restituat, &c. Sane statuta Ecclesiaz  
antiquæ præcipiunt eorum, qui pauperes oppri-  
munt, dona a sacerdotibus esse refutanda: & me-  
rito, cum sint apud Dominum abominabilia, te-*

*Eccles. 34. stante super hoc scriptura: Qui offert, inquit, sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. De iudicibus quoque, & potentibus, qui pauperes opprimunt, in libro VI. Capitularium, cap. 418. sic contine-  
tur: „Ut judices, & potentes, qui pauperes op-  
primunt, si admoniti a Pontifice suo se non  
emendaverint, excommunicentur“. Et ipsi  
quidem, nisi condignam de talibus gesserint pœ-*

nitentiam, sicut beatus testatur Paulus Apo-  
lus, regnum Dei non possidebunt. Cæterum re-  
galis potestas tales punire debet secundum anti-  
quorum Regum sanctiones de his prolatis, qui  
infra regnum rapinam fecerint, vel apud quem  
scelus agnoscitur, & pars rapinæ inventa fuerit,  
&c. Troslejan. cap. 7. vid. Capitul. lib. 6. c. 354.  
de aliis pœnis corporalibus.

## C A P U T XXXV.

Illa cohibenda omnibus modis sunt, quæ con-  
tra ius fiunt humanæ societatis; sicut sunt furta,  
& execrables rapinæ, calumniæ, oppressiones,  
invasiones, quæ prius reddenda, postea sunt re-  
medio conscientiæ corrígenda. Troslejan. c. 15.

## C A P U T XXXVI.

Non solum prædari fugiendum, horrendum  
que prædicatur; sed plura concupiscere, & aliena  
propter turpe lucrum attingere: & quicumque  
est ejusmodi, is est a Dei Ecclesia abdicatus. Greg.  
Thaumaturg. cap. 2.

## C A P U T XXXVII.

Eos, qui alienas domos invadere ausi fuerint,  
si accusati quidem convicti fuerint, nec auditione  
dignos existimare: sin autem se ipsos enunciarint,  
& reddiderint, in eorum, qui convertuntur, or-  
dinem substerni. Greg. Thaumaturg. cap. 8.

## C A P U T XXXVIII.

Eos, qui in campo aliquid invenerunt, vel in  
suis ædibus a barbaris reliquit, si accusati qui-  
dem convicti fuerunt, sint similiter in iis, qui  
si substernuntur. Sin autem se ipsos enunciaverint,  
& reddiderint, etiam precibus digni habeantur.  
Greg. Thaumaturg. cap. 9.

## C A P U T XXXIX.

Qui furatus est, si ex se quidem pœnitentia  
motus se ipsum accusaverit, anno a sola sacra-  
mentorum communione arcebitur. Sin autem  
convictus fuerit, duobus annis tempus illi ad sub-  
stitutionem dividetur, & consistentiam; & tunc  
communione dignus habeatur. Basil. ad Amphil.  
cap. 61.

## C A P U T XL.

Dividitur furtum in latrociniū, seu depræ-  
dationem, & muroru n effusionem. Idem autem  
utrisque est institutum, videlicet aliena auferre:  
in animo autem ipsorum magna est inter se diffe-  
rentia, latro enim etiam homicidium ad id, quod  
studet assequi, assumit, ad id paratus, & armis,  
& copiis, & opportunitate loci: adeo ut is homi-  
cidarum iudicio subiciatur, si per pœnitentiam  
ad Dei Ecclesiam reversus fuerit. Qui autem la-  
tentis ablatione sibi alienum usurpet, deinde per  
enunciationem peccatum suum sacerdoti aperue-  
rit, vitii studio in contrarium mutato, ægritudi-  
nem curabit: dico autem largiendo, quæ habet,  
pauperibus, ut dum, quæ habet, profundit, se  
ab avaritiae morbo liberum aperte ostendat. Sin  
autem nihil aliud, præter quam solum corpus  
habeat, jubet Apostolus, per laborem corpora-  
lem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet  
contextus: Qui furatur, non amplius furetur;  
sed potius labore bonum operæs, ut possit ei  
largiri, qui indiget. Greg. Nyssen. ad Leto-  
num, cap. 6.

CA.

Ephes. 4.

C A P U T X L I.

Sacrilegium, in antiqua quidem scriptura, ne cædis quidem condemnatione visum est tolerabilius. Similiter enim qui cædis convictus erat, & qui res Deo dedicatas abstulerat, lapidationis supplicium subibat. In Ecclesiastica autem consuetudine de pœnæ gravitate nescio quomodo aliquid detractum, & eo lenitatis descensum est, ut illius morbi existimetur tolerabilius piaculum, in minori enim tempore, quam adulterium, ii a patrum traditione pœnam suscepserunt. Ubique autem hoc in supplicii genere ante omnia videntur, qualis sit ejus, cui medela adhibetur, affectio; & non existimare tempus ad medelam sufficiere, quænam enim fuerit ex tempore medicina, sed ejus, qui sibi per conversionem medetur animum, & institutum. *Greg. Nyffen. ad Letojum, cap. 8.*

T I T U L U S X.

DE IIS, QUI RES NAUFRAGORUM DIRIPIUNT.

C A P U T I.

*De rapt. &c. 3. apud Greg. IX. & in 1. coll.* **I**lli, qui Christianos naufragium facientes, qui bus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur damnanda cupiditate rebus suis spoliare presumunt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint subjacere. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 24.*

C A P U T II.

Quoniam Dei judicio nonnullos naufragio periire cognoscimus, & eos quasi legali jam jure, Diabolico immo instinctu ab his, quibus misericorditer sublevari, & consolari deberent, deprædari conspicimus: statuimus, & sub anathematis vinculo, ut a prædecessoribus nostris statutum est, jubemus: ut quicumque naufragum quemlibet, aut bona illius, invenerit, tam eum, quam omnia sua dimittat. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. 5.*

C A P U T III.

Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores, & fratum necatores ab Ecclesiæ liminibus excludantur. *Paschal. II. in concil. incert. c. 9.*

T I T U L U S XI.

DE PIRATIS.

C A P U T I.

*De Judeis, & Saracenis. 6. apud Greg. IX. & in 1. coll.* **S**unt, qui pro sua cupiditate in galeis & piratis saracenorum navibus regimen, & curam gubernationis ekercent. Tales igitur a communione Ecclesiæ præciosos, & excommunicationi pro sua iniquitate subiectos, & rerum suarum per saeculi principes Catholicos, & consules civitatum privatione multati, & capientium servos, si capti fuerint, fore censemus. *Alexand. III. in concil. gen. Later. c. 24.*

C A P U T II.

Quia cursarii, & piratae nimium impediunt subfidiū terræ sanctæ, capiendo, & expoliando transeuntes ad illam, & redeuntes ab ipsa: nos speciales adjutores, & fautores eorum excommunicationis vinculo innodamus: sub interminatio-ne anathematis inhibentes, ne quis cum eis scienter communicet aliquo venditionis, vel emptionis.

nisi contractu: & injugentes rectoribus civitatum, & locorum suorum, ut eos ab hac iniunctitate revocent, & compescant; alioquin quia nolle perturbare perversos, nihil aliud est, quam sovere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare, in personas, & terras eorum, per Ecclesiarum Prælatos severitatem Ecclesiasticam volumus, & præcipimus exerceri. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. ult.*

T I T U L U S XII.

DE IIS, QUI NUMMOS ADULTERANT.

C A P U T I.

**Q**uicumque monetam falsam se sciente fecerit, aut studiose expenderit; tamquam maledictus, & pauperum virorum oppressor, nec non & civitatis turbator a fidelium consortio separetur. *Callist. II. in concil. Rom. c. 16.*

T I T U L U S XIII.

DE EO, QUI SEPULCHRA VIOLAVIT.

C A P U T I.

**C**lericus in demoliendis sepulchris deprehensus a clericatus ordine subnotus, pœnitentiæ triennio deputetur. *Tolet. IV. c. 45.*

C A P U T II.

Qui sepulchra effodit undecim annis carebit communione. *Basil. ad Amphiloch. cap. 65.*

C A P U T III.

Sepulchrorum effosio, ipsa quoque dividitur in id, quod veniam meretur, & id, quod non meretur. Si enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, ut nec soli ostendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis, qui ante sepulchrum proiecti sunt, ad aliquod opus construendum usus est, ne hoc quidem est laudabile, sed ut esset dignum venia, effectus confuetudo, quando ad aliquid melius, & reipublicæ utilius materia traducta sit: sed carnis in terram redactæ pulvrem perscrutari, & ossa moveare, spe aliquem ex defoisis lucrificandi ornatum, id eorum judicio condemnatum est, quo simplex fornicatio, quemadmodum in præcedente oratione divisio facta est, considerante scilicet ceconomia, seu dispensatore ex ipsa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam, ut spatium a canonibus præstitutum possit contrahere. *Gregor. Nyffen. ep. canonica ad Letojum, c. 7.*

T I T U L U S XIV.

DE CRIMINE FALSI.

C A P U T I.

**M**OX examinantur falsi testes, qui contra Ignatium juraverant, & cum præscripta a synodo satisfactione pœnitentiæ recepti sunt ad communionem Ecclesiæ, sic recepti sunt, & cæteri, qui defecerunt ad Photium deserto legitimo Antistite Ignatio. *Syn. VIII. gen. sub Hadr. II. act. IX. ante fin.*

C A P U T II.

Si quis super aliqua quæstione de cætero sine mandato speciali Domini, litteras Apostolicas impetrare præsumperit, & litteræ illæ non valent, & ipse tamquam falsarius puniatur: nisi forte de illis personis extiterit, de quibus non debet exigi de jure mandatum. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 37.*

## C A P U T III.

Homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. *Fælix II. in synod. Rom. epist. 1. cap. 15.*

## C A P U T IV.

Bonorum opera inter cætera semina, ac negotia sunt: totis intimi cordis visceribus Deum diligere, &c. non occidere, non adulterari, non furtum facere, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, &c. dolum corde non tenere, nec pacem falsam dare, &c. *Petrus Apost. apud Clem. epist. 1. antefin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 21.*

## C A P U T V.

Hæretici omnes, & suspecti, &c. & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. *Eutych. epist. 2. in med.*

## C A P U T VI.

*3. q. 5. c. 9.* Statuimus, &c. ut homicidæ, malefici, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi. *Euseb. ep. 3. in princ. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 63. Burch. lib. 16. cap. 4. Ivo part. 10. c. 4. &c. 37. decret.*

## C A P U T VII.

*4. q. 4. c. 2.* Accusatores, & judices non iidem sint, sed per se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine, &c. De quibus omnibus vera semper fiat æquitas; quatenus accusationis, & judicij, ac testimonii mercedem per veritatem gestorum *Ecclesi. 12.* sequi valeant, scriptum est enim: *Abominatur Dominus labia mendacia, & testem fallacem proferentem mendacia, & seminantem inter fratres scandala, atque litigia, &c. Damas. ep. 3. ante med. Burch. lib. 16. c. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 26. panorm. & part. 6. c. 337. decret.*

## C A P U T VIII.

Si quis Episcopum, aut presbyterum, aut diaconem falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 58. Eliber. cap. 75.*

## C A P U T IX.

Requirendum a nobis dicitis, quid de eo judicandum sit, qui quemlibet falso criminatus fuerit, & postmodum accusator fallax apparuerit. De hoc quamvis venerandæ leges abunde, quod *Col.* justum est, inquit; nos tamen potius cum Apostolo vos ad misericordiae viscera, quam se Deum super sacrificium velle testatur, semper convenit exhortari. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 84.*

## C A P U T X.

*De criminis falsis. 1. in coll. 1.* Falsus testis, prout crimen est, abstinebit, si tamen non fuerit mortis, quod objecit, & si probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebit. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abstinere. *Elib. c. 74. Burch. lib. 16. c. 19.*

## C A P U T XI.

De iis, qui falso accusant fratres suos, placuit

eos, usque ad exitum non communicare sed *Prov. 19.* sum testem juxta scripturam impunitum non licere esse. *Arel. I. c. 14.*

## C A P U T XII.

Nisi digna satisfactione pœnituerint, qui falsa fratribus capitalia\* objecisse convicti fuerint, usque ad exitum non communicent, sicut magna synodus ante constituit. *Arelat. II. c. 25. Capitul. lib. 6. c. 24.*

## C A P U T XIII.

Homicidas, & falsos testes a communione *Eccl. 24. q. 3. c.* clæsiastica submovendos, nisi pœnitentia satisfactio *Eos. 20.* ne crimina diluerint. *Agath. c. 37. Venet. c. 1. Magunt. sub Raban. c. 22. Raban. c. 13. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 29. Ivo part. 10. c. 38. C. 158. decret.*

## C A P U T XIV.

Si Episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut testimonium falsum dixerit; ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. *Agath. c. 50.*

## C A P U T XV.

Si quis clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis cencetur. *Epaui. cap. 13.*

## C A P U T XVI.

Si quis clericus furtum, aut falsitatem admiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, communione concessa, ab ordine degradetur. *Aurel. II. c. 8.*

## C A P U T XVII.

Si quis convictus fuerit alios ad falsum testimonium, vel perjurium attraxisse, aut quacumque corruptione sollicitasse: ipse quidem usque ad exitum non communicet; hi vero, qui ei in perjurio confessisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur. *Matis. c. 17.*

## C A P U T XVIII.

Dum sanctus Spiritus humano generi statuat omnibus modis mendacium præcavere, dicente Salomone: *Noli amare mendacium adversus fratrem tuum, neque amico similiter facias:* & iterum: *Os, quod mentitur, occidit animam,* *Sap. 1.* plerique sacerdotum, qui prædicatores veritatis existere debuerunt, &c. ita præpediente delicto, atque fauciati inimicitia dolo, non solum omnibus fallaciter loqui minime pertimescant; sed & in sanctis basilicis supra altare Domini, coram Deo id nequaquam perpetrare horrescant. *Tolet. XVII. c. 6.*

## C A P U T XIX.

Falsos presbyteros, & adulteros, vel fornicarios diaconos, & clericos de peculiis ecclesiarum abstulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus. *Franc. synod.*

## C A P U T XX.

Decrevimus, ut laici homines legitime vivant, &c. & falsa testimonia non dicant. *Sueffion. sub Pipino.*

## C A P U T XXI.

Ut comites, judices, seu reliquus populus obe-

obedientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad justicias faciendas, & munera pro iudicio non recipient, nec falsos testes; ne per hoc perversant iudicia iustorum, &c. *Arclat. sub Carolo, cap. 13.*

## C A P U T XXII.

Summopere admonendi sunt comites, & iudices, ne viles, & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere: quoniam multi sunt, qui pejerare pro nihilo putant, in tantum, ut pro unius diei satietate, aut pro quolibet parvo pretio ad juramentum conduci possint, animaque suas perjurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quod non solum qui pejerant, sed etiam qui perjurio consentiunt similiter\* plectendi sunt damnatione. *Turon. sub Carolo, cap. 24. Ivo part. 16. cap. 337. decret.*

## C A P U T XXIII.

Episcopi consentientes sint comitibus, & iudicibus ad justicias faciendas; & ut nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per perjurium, aut per præmium lex iusta in aliquo depravetur. *Magunt. sub Carolo, cap. 8. Magunt. sub Raban. cap. 7. Burch. lib. 15.c.4.*

## C A P U T XXIV.

Sciat se quisquis hoc perpetraverit (*falsi testimoniū crimen*) aut tali poenitentia purgandum, ut superius dictum est de perjurio, aut tali damnatione, & excommunicatione damandum, sicut superius insertum est. Dicendumque est illis, ut a falso etiam testimonio abstineant, & hoc gravissimum scelus esse, & ab ipso Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino: *Non falsum testimonium dixeris; sive, Testis falsus non erit impunitus. Theodulph. ad presbyt. Au-rel. cap. 27.*

*Vide lib. V. tit. XXVI. de falsis conciliis, aut veris corruptis; & de falsis, aut corruptis decretis Pontificum Romanorum.*

T I T U L U S XV.  
DE DETRACTORIBUS.

## C A P U T I.

**D**Epontentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscere. *Petrus epist. 1. cap. 2. num. 2.*

## C A P U T II.

*Nolite detrahēre alterūrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Jacob. epist. 1. c. 4. num. 11. Clem. epist. 2. post med.*

## C A P U T III.

*Homicidiorum tria genera esse dicebat (Petrus Apostolus) & poenam eorum parilem fore docebat: sicut enim homicidas interfatores fratrum, ita, & detractores eorum, eosque odientes homicidas esse: quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit, pariter homicidae esse monstrantur. Clem. epist. 1. ante fin. Burch. 1. 6. cap. 28. Ivo part. 10. cap. 157.*

*Exod. 20.  
Deut. 5.*

## C A P U T IV.

Quotidiana illius (*loquitur de Petro Apostolo*) prædicatio erat, &c. Quantum unusquisque sapit, & potest, totis internis cordis visceribus Deum diligere, &c. Non esse superbū, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem: quia qui detrahit, non se solum, sed & multos alios occidit. *Clem. ep. 1. ante fin. Theodulph. c. 21.*

## C A P U T V.

Scimus, quia multum derogatio prævalet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo fratres variis detractionibus, & accusationibus non oportet labefactari judges, & Primates ecclesiæ; sed magis Apostolorum, & doctorum regulis informari, ac roborari. *Anaclet. epist. 1. ante fin.*

## C A P U T VI.

Qui rancida, corda virorum inficit, malitiam inter homines spargit, & qui detrahit fratri suo, homicida est. *Anaclet. epist. 1. ante fin.*

## C A P U T VII.

Si detractores quorumcumque graviter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores, & detractores, atque accusatores memoratorum Dei famulorum (*Episcoporum*) atque persecutores damnantur, & in barathrum, nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint poenitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. *Anaclet. epist. 2. ante med.*

## C A P U T VIII.

Deteriores sunt, qui doctorum vitam, mores- 6. q. 1.c. 15.  
que corrumpunt his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt; ipsi enim ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morula corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nos ipsos decerpunt, &c. Manifestum est, diabolum, qui sicut leo rugiens circuit quærens, quem possit devorare, cordibus plebium suadere, ut doctores, atque *Pet. 5.* pastores suos detractionibus accusent; ut plebis languescentibus, vel male agentibus, non tenentibus pastoribus fræna eorum, lasciviant, atque in ima ruant. *Anaclet. epist. 3. post med. Burch. lib. 1. cap. 138. Ivo part. 5. cap. 239. decret. Deusded. part. 3. Anselm. lib. 3. cap. 11.*

## C A P U T IX.

Parcat unusquisque a laceratione, vel detractione linguæ suæ; caveatque, ne aut linguam, aut aures habeat pruriens, id est, ne, aut aliis deroget, detrahaturque quibuscumque, aut alios audiat derogantes, vel detrahentes; custodiatque quisque sermones suos, & sciat, quia quicumque de aliis loquitur, sua sententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne derogando, quod in domo cujuscumque agitur, alia domus per eum cognoscat; sed omnium Christianorum domos, quasi proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert, sitque uniuscujusque studium, non solum oculos castos servare, sed & linguam. *Anaclet. epist. 3. in fin. Anter. epist. unic. in med. vid. D. Hieronym. epist. ad Nepotian. apud Aquisgran. cap. 94.*

## C A P U T X.

Obediendi, diligendi, & summopere venerandi

*De pœnit. 1. 6. 24.*

*di sunt (Episcopi) non detrahendi, vel lacerandi, aut eliciendi, sed portandi, & amandi, ipso dī-  
Luc. 10. cente Domino: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Evarist. epist. 2. post  
princ. Trostjan. cap. 5.*

## C A P U T XI.

*E. Ioann. 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est, qui vero diligit eum, in Deo manet, & Deus in eo, &c. Summa iniquitas est fratres detrahere, & accusare; unde scriptum est: Omnis, qui detrahit fratrem suum, homicida est, & omnis homicida non habet partem, aut hereditatem in regno Dei. Aleand. epist. 3. in princ.*

## C A P U T XII.

*De pñnit. Nihil prodest homini jejunare, & orare, & dñst. 3. c. 21. alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate De confus. dñst. revocetur, & ab obtructioribus lingua cohabeatur; unde ait Prophetæ: Cohibe linguam tuam a 5. c. 23. malo, & labia tua ne loquuntur dolum. Di- Psalm. 35. verte a malo, & fac bonum. Nemo enim bonum faciens, alteri verbo, aut factio nocere vult. Pius epist. 1. post med.*

## C A P U T XIII.

*Non multum debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobationibus vinci; quoniam hoc nobis Dominus jubet per Esaiam Prophetam dicens: Audite me, qui seistis iudicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis, &c. Non enim detrahentibus bonum est detrahere: aut pa- 6. q. 1. c. 13. lo, secundum vulgarem fabulam, excutere palum. Absit. Non sunt nostra ista; hæc enim aver- rat divinitas. Zephyr. epist. 2. post princ. Fælin II. epist. 2. post princ.*

## C A P U T XIV.

*Caveat unusquisque ne aut linguam, aut au- 6. q. 1. c. 13. res habeat prouidentes: id est, ne aut ipse aliis de- Psalms. 49. trahat, aut alios audiat detrahentes: Sedens (in- quid) aduersus fratrem tuum loquebaris de- trahendo, ) & aduersus filium matris tuæ po- 6. q. 1. c. 14. nebas scandalum, &c. Parcant singuli d. tractio- Ex merito. ni linguæ, custodianque sermones tuos; & sciant, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, sua senten- tia judicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non soli oculos castos servare, sed & linguam. Nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus per vos umquam noverit, &c. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ iudicare de cæteris, & de ministris ecclesiærum sinistro quipiam dicere.*

*Absit, ut quidquam sinistro de iis loquar, qui 11. q. 3. c. 6. Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam christia- ni sumus, qui claves regni cælorum habentes, ante judicii diem judicant. Anter. epist. unie. 14. post med. vid. Hieronym. in epist. ad Nepotian. in fin. & ad Heliodor. post med.*

## C A P U T XV.

*Sacerdotes non sunt leviter tractandi, nec la- 11. q. 7. cerandi, nec temere accusandi, aut reprehenden- di, nisi a magistris suis, &c. Apostolica auctorita- 11. q. 13. Oves. tate jubemus, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ fuerant, nisi in fide erraverit, repre-*

hendere audeant: quia facta præpositorum oris gladio ferienda non sunt, &c. Exemplo Cham *Genes. 9.* filii Noe damnantur, qui patris sui culpas in publicum produant, aut eos accusare, vel detrahere præsumunt, veluti Cham, qui patris sui Noe pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. Fabian. epist. 2. post med. & in fin. Anaclet. epist. 3. post med.

## C A P U T XVI.

Monemus, ut omnes a præcipitio, in quo fra- tres, & Domini pastores detrahendo, & perse- quendo, verbis, & factis labuntur, laqueis, qui- bus potestis, retemptis, &c. Oportet vos, & omnes fideles diligere invicem, & non detrahere. Fabian. epist. 3. ante med. Xyst. III. epist. unic. in med.

## C A P U T XVII.

Detractores, qui divina auctoritate eradican- 3. q. 4. c. 10. di sunt, & factores inimicorum ab Episcopali se- movemus accusatione, &c. Quid aliud detra- hentes faciunt, nisi in pulverem flant, atque in oculos suos terram excitant? & unde plus detra- hionis perflant, inde magis nihil veritatis vident. Fælix epist. 1. post princ. & in fin. vid. Zephyr. epist. 1. in princ.

## C A P U T XVIII.

Dractiones, & accusations, atque perse- cutiones inter christianos vitandæ sunt: quia sci- licet pauci simus in comparatione aliorum, si ta- men unanimes fuerimus, facilius adverfariis resi- stemus. Marcell. epist. 2. post princ.

## C A P U T XIX.

Non leviter quisquam assentiat in detrac- tione, vel judicatione, vel damnatione fratrum, maximeque iacerdotum, &c. Damas. ep. 3. an- se finem ad Steph. & alios Episcopos.

## C A P U T XX.

Detrahentibus nolite detrahere, quoniam de- trahentibus detrahere non est bonum, &c. Non debemus timere omnino opprobrium hominum, neque eorum exprobationibus vinci. Pelag. II. ep. 3. in fine.

## C A P U T XXI.

In cunctis, quæ in hac vita adversa prove- 11. q. 3. c. 6. niunt, sola est, sicut nostris, omnipotentis Dei 52. distictio pensanda, atque ad cor semper proprium recurrentum, ut nullius nos ibi lingua impli- cat, ubi conscientia non accusat. Quem enim conscientia defendit, & inter accusations liber est, & liber, vel sine accusatione esse non potest si sola, quæ interius addicit, conscientia accusat. De vestra igitur sanctitate, absit a christianorum iudicio, ut ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modu- lo suspitionis adduci: quia ex sacri eloquii testi- monio tenemus, ut majora mala cum forsitan dicuntur, nisi probata, credi non debeant; sed probata citius ulcisci, &c. Hæc igitur dixi, ut ni- miæ esse levitatis ostenderem; si quis mala gra- via credere studeat, quæ probari non possunt. Unde sanctitas vestra debet mentem suam a ma- ledicorum hominum rumoribus, atque obtructa- tione disjungere, & sola, quæ æterna sunt, at- que ad utilitatem subditorum proficiunt, cogita- ic.

re. Gregor. lib. 6. epist. 14. Constantio Episc. Mediolanen.

C A P U T XXII.

11. q. 30. Inter verba laudantium, sive vituperantium  
55. ad mentem semper recurrentum est: & si in ea  
<sup>\* de vobis.</sup> non invenitur bonum, quod de nobis \* dicitur;  
magnam tristitiam generare debet, & rursum si  
in ea non invenitur malum, quod de nobis homi-  
nes loquuntur, in magnam debemus lætitiam pro-  
filire. Quid enim si homines laudent, & con-  
scientia nos accuset? aut quæ debet esse tristitia,  
si omnes accusent, & sola conscientia nos liberos  
demonstrat? Habemus Paulum dicentem: *Gloria  
nostra hæc est, testimonium conscientia nostraræ.*
2. Cor. 1. Job 16. Job quoque dicit: *Ecce in cælo testis meus. Si  
ergo est nobis testis in cælo, testis in corde: di-  
mittamus stultos foris loqui, quod volunt. Quid  
aliud detrahentes faciunt, nisi in pulvrem sul-  
flant, atque in oculos suos terram excitant? ut  
unde plus detractionis perflant, inde magis nihil  
veritatis videant. Vocandi tamen sunt ipsi, &  
tranquille admonendi, eisque satisfieri modis o-  
mnibus debet: scientes quid de Judæis Veritas di-*

Matt. 7. d. cit: *Ne forte scandalizemus eos. Si autem satis-  
fieri sibi ex veritate noluerint; habes consolatio-  
nem, quam in sancto Evangelio conspicias, cum*

Matt. 15. b. *enim Domino dictum fuerit: Scis, quia Phari-  
sæi, audito verbo hoc scandalizati sunt? respon-*

Rem. 12. *dit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.  
Paulus quoque Apostolus admonet dicens: Si  
fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus ho-  
minibus pacem habentes. Diuturus quippe, cum  
omnibus pacem habentes: quia hoc difficile esse  
prolpxit, præmisit; si fieri potest. Sed tamen  
adjunxit, quod possit fieri, cum dixit: Quod ex  
vobis est. Quia si nos in mente charitatem erga  
odientes servare cupimus, et si illi nobiscum pa-  
cem non habent, nos tamen cum illis sine dubio  
habemus. Gregor. lib. 8. epist. 45. Palladio pres-  
bytero. Xystus III. epist. unic. post princ.*

C A P U T XXIII.

Si laudibus lætamur, & detractionibus fran-  
gimur gloriam nostram non in nobis, sed in alio-  
rum ore ponimus, &c. Et si omnes vituperent,  
liber est tamen, quem conscientia non accusat:  
quia & si omnes laudent, liber esse non potest, si  
hunc conscientia accusat, &c. De stultorum vo-  
cibus excellentia vestra turbari nullatenus debet:  
maxime quia in omnipotens Dei misericordia  
tunc certa fiducia est, quando pro bono opere ad-  
versitatis aliquid in hoc mundo recipitur, ut ple-  
na merces in æterna retributio servetur. Unde  
in sancto Evangelio Veritas dicit: *Beati eritis,  
cum aduersus vos omne malum dixerint homi-  
nes, mentientes propter nomen meum. Qui in  
consolatione nostra, sua in exemplum adducere  
opprobria dignatus est, dicens: Si patrem fa-  
milias Beelzebub vocaverunt, quanto magis  
domesticos ejus? Sunt autem plurimi, qui vitam  
bonorum fortasse amplius quam debent, laudant:  
& ne qua elatio de laude surrepat, permittit o-  
mnipotens Deus malos in obtræctionem, & ob-  
jurationem prorumpere; ut si qua culpa ab ore  
laudantium in corde nascitur, ab ore vituperan-*

tium suffocetur. Hinc est ergo, quod docttor gen-  
tium se in prædicatione currere testatur per infa-  
miam, & bonam famam. Qui etiam dicit: *Ux 2. Cor. 6.  
seductores, & veraces. Si ergo fuerunt qui ma-  
lam famam Paulo imponerent, qui hunc sedu-  
ctorum vocarent, quis ergo christianus debet in-  
dignum ducere, pro Christo injurias audire? Gre-  
gor. ad Theoclystam Patriciam lib. 9. registr.  
epist. 39. in qua multis exemplis probat detra-  
ctores æquo animo esse ferendos.*

C A P U T XXIV.

Cavendum est, ne manum detractionis, aut  
vituperationis quidam mittant in unctum Domini-  
ni, vel in prædicatores sanctæ ecclesiæ: quia eo-  
rum vexatio, sive detractio ad Christum pertinet,  
cujus vice in ecclesia legatione funguntur. Unde  
summopere cavendum est omnibus fidelibus ne  
clanculo, aut publice Episcopum suum, id est  
unctum Domini detractionibus, aut vituperatio-  
nibus dilaniens. Gregor. ad Felicem Episcopum  
lib. 12. epist. 31. al. 33.

C A P U T XXV.

Denique si Cham' videns patris verenda, risit *Genes. 9.*

potius, quam, ut cæteri, cooperuit; maledictio-  
nen in filio percepisse legitur: quanto potius, hi  
qui verecundiam patris, non solum, si qualibet  
fuit, minime cooperuerunt, sed & riferunt, &  
falso ad subsannationem sui moris homines pro-  
vocaverunt, atque quod est deterius, patenter  
contra ipsum de pharetra iniquitatis suæ sagit-  
tam judicii produxerunt? Non sic e contra filii  
sobrii, non sic, sed aversi operuerunt. Quod mo-  
raliter egregius doctor Papa Gregorius interpre-  
tatus, ait: „ Aversari dicimur, quod reproba-  
mus. Quid est ergo, quod filii verecunda patris  
superjecto dorsis pallio, aversi venientes ope-  
riunt; nisi quod bonis subditis sic præposito-  
rum suorum mala dispergunt, ut tamen hæc ab  
aliis occultentur? operimentum aversi defe-  
runt, quia dijudicantes factum, & veneran-  
tes magisterium nolunt videre, quod tegunt “.

Sed hæc dicentes; nolite æstimare nos cujuscum-  
que proximorum nostrorum, quæ sunt digna re-  
prehensione, velle defendere: sed quod ita velim  
filios circa spiritalem patrem, & discipulos erga  
magistrum devotos, ac sobrios esse, ut nulla pe-  
nitus temeritate ad eorum vitam, ut non dicam  
dijudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehen-  
dendam profiliant. Quoniam dicente præfato Pa-  
pa in libro regulæ pastoralis: „ Admonendi sunt  
subditi, ne præpositorum suorum vitam temere  
judicent, si quid eos fortasse agere reprehensi-  
biliter vident; ne unde recte mala redarguant,  
inde per elationis impulsum in profundiora  
mergantur. Admonendi sunt, ne cum culpas  
præpositorum considerant, contra eos auda-  
ciores fiant. Sed sic quæ valde sunt eorum  
prava, apud semetipsos dijudicent, ut tamen  
divino timore constrixi ferre sub eis jugum  
reverentia non recusent “, &c. Facta præpo-  
sitorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum  
recte reprehendenda judicantur. Si quando vero  
contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse  
est, ut per afflictionem pœnitentia cor prematur,

*Dicit. 21. e. 5.  
Nolite.*

qua-

## 488 Juris Pontificii Veteris Epitome

quatenus ad semetipsam redeat; & cum præpositæ potestati deliquerit, ejus contra se judicium, a quo sibi prælata est, perhorrescat; nam cum in præpositis delinquimus, ejus ordinationi, qui eos nobis prætulit, obviamus. Unde Moses quoque cum contra se, & Aaron conqueri populum cognovisset, ait: *Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Nicolaus epist. ad Michael. Imperat. ante med. Gregor. moral. lib. 23. cap. 22. & lib. pastor. lib. 3. c. 5. post med. apud Aquisgr. c. 103.

### C A P U T XXVI.

*Difl. 46. c. 5.* Clericus maledicus maxime in sacerdotibus cogatur ad postulandam veniam: si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur. Carth. IV. cap. 57. Burch. lib. 10. cap. 66. Ivo part. II. cap. II. & part. I. 3. cap. 66. decret. Caesar. lib. 4. cap. 112.

### C A P U T XXVII.

*Exod. 22.* Sed & hoc pro pestilentiosis hominum moribus salubri deliberatione censemus; ne quis in Principum maledicta congerat. Scriptum est enim a legislatore: *Principem populi tui ne maledixeris.* Quod si quis fecerit excommunicatio Ecclesiastica pellatur. Tolet. V. cap. 5.

### C A P U T XXVIII.

Decernimus, ut nullus subjectus decedentem detrahatur Episcopum, nullus de eo deroget, nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præsumperit, si presbyter fuerit, tribus mensibus ab Episcopo suo sub penitentia relegatus maneat: si diaconus quinque; si subdiaconus, aut clericus, vel quilibet religiosus de majori gradu, quia constat ex his jam aliquos per bonam actionem esse venerandos, novem; si minimi fuerint, qui levi corde sunt, minimæque adhuc personæ, quinquagenis flagellis iussione feriantur Episcopi. Quod si laicus, quamvis ingenuus, in domo ecclesiæ tamen nutritus, & ab ecclesiæ rebus dignitatis gratia prædictus, juxta quod dignitas ejus egerit\*, pro tali excessu excommunicationis sententia feriendos erit. Si vero de familia ecclesiæ fuerit quisque, si major fuerit, qui dignitate polleat, sex mensibus ab Episcopo suo excommunicatus manebit; inferior tamen, aut minima persona disciplinam mereatur, juxta quod Episcopi sui processerit sententia. Emerit. c. 17.

### C A P U T XXIX.

Clerici usurpis nequaquam incumbant, &c. odium, & mulationes, obtricationem, atque invidiam fugiant. Migrunt. sub Carolo cap. 10. ex Hieronym. in epist. ad Nepotian.

### C A P U T XXX.

*Psalm. 49.* Cave, ne aut linguam, aut aures habeas prudentes: id est, ne aut ipse aliis detrahas, aut alios audias detrahentes: *Sedens, inquit, adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuę ponebas scandalum.* Parce a detractione linguæ, custodi sermones tuos; & scito, quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua sententia judicaris: & in his ipsis forte reprehendens eris, quæ in aliis arguebas. Neque vero illa justa est excusatio, referentibus aliis injuriam facere non possum: Nemo invito auditori libenter

refert. Divus Hieronymus in ep. ad Nepotian. apud Aquisgr. cap. 94. vide Anter. epist. unic. post med. Anaclet. epist. 3. in fin.

### C A P U T XXXI.

David Saul ferire metuit, quia piæ subditorum mentes, ab omni se peste obtricationis abstinentes præpositorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt. Gregor. in pastor. lib. 3. c. 5. apud Aquisgran. cap. 103.

### C A P U T XXXII.

Quamquam, quod valde dolendum est, multi Prælatorum ad instar Saul sunt reprobi effecti; non sunt tamen manu reprehensionis, & detractionis tangendi; quia, ut Isidorus in libro sententiarum scribit: „Rectores a Deo solummodo, „non a subditis sunt judicandi, & pro moribus „reprobis tolerandi magis, quam a plebe sunt „distriagendi.“ In Ecclesiastica historia Constantinus Imperator Episcopis ait: „Deus vos Lib. 10. c. 2. Auctore Russino. „constituit sacerdotes, potestatem vobis dedit „de nobis quoque judicandi: & ideo nos a vobis teste judicamur: vos autem non potestis ab hominibus judicari“, &c. Cum hæc ita se habent, utrinque non mediocriter delinquitur, & animarum periculum generator; quia dum prælati exemplo suæ perversitatis subditis detrahendi locum dant, se, & illos proculdubio ad perditionem pertrahunt. Subditi vero, dum præpositorum prava facta non compassionis, sed insultationis, ac livoris voto mordent, quantum animæ suæ periculum incurant, diligenter animadvertant, & ab hinc suæ saluti prospicientes, ab hujusmodi detractionibus se cohibere non negligant. Paris. sub Lud. & Lothar. lib. 1. c. 19.

### C A P U T XXXIII.

Sunt & alia detestanda vitia, quæ ita habentur quasi naturaliter in usu, ut ea perpetrantes, quanti sint discriminis, non advertant: sicut sunt ea, quæ Apostolus aperte enumerat: id est, ebrietates, comedationes, contentiones, ire, rixæ, dissensiones, detractiones, invidiae, &c. quæ homines juxta eundem Apostolum a regno Dei excludunt. Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 2.

### C A P U T XXXIV.

Fideles vestri per vos admoneantur, & instruantur, quatenus quando aliquid nobis vestra celsitudine de nostra correctione, vel vestra, nec non & illorum salute tractandum committit; ut non per inanem, & falsam suspicionem contra nos scandalum fumant, & sine causa in nos detrahendo Dominum offendant: & uade sibi salutem sperare, & acquirere debuerant, culpam incurant. Aqui/gr. II. sub Ludov. part. 4. c. 6.

### C A P U T XXXV.

Unusquisque nostrum in clero, & populo, & sacerdotibus, ac monasteriis sibi commissis, follicite, & paterna pietate provideat, ne propter aliquas oppressiones pestiferis murmurationibus, & querimoniis, ac detractionibus adversus eosdem pastores suos inserviant: quia per hæc charitatis vinculum, quod præcipue inter pastorem & gregem Deus requirit, & quod nos singulariter Deo jun-

jungit, nimis dolenter solvit: & recedente  
Deo, qui in scissura mentium habitare non po-  
test, gravissima quotidie damna, & mortes ani-  
marum fiunt, ita ut si hæc negligantur, non jam  
pastores, sed interfectores, quod absit, Christi  
ovium inveniamur. *Valent. sub Lothar. c. 14.*

TITULUS XVI.  
DE LIBELLIS FAMOSIS.

CAPUT I.

**Q**uidam maligni spiritus consilio repletus  
contra Castorium notarium, & responsa-  
lem nostrum nocturno silentio in civitatis loco  
coatestationem posuit in ejus criminis loquentem,  
mihiq[ue] etiam de facienda pace callide contradic-  
centem. Et quia quisquis veraciter loquitur, se-  
metipsum innotescere non debet formidare; oportet,  
ut publice exeat, & quæcumque loqui in  
contestatione sua præsumpsit, ostendat. Qui si  
non exierit, neque publice confessus fuerit, quis-  
quis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel con-  
fessum in tantæ iniquitatis consilio præbuit, ex  
Dei & Domini nostri Jesu Christi spiritu defini-  
mus, ut sancti ejus corporis, & sanguinis parti-  
cipatione privatus sit. Si vero, quia latet, & quo-  
niam nescitur, teneri a disciplina non valet, si  
tanti mali conscius, etiam prohibitus corpus ac  
sanguinem Domini percipere præsumit, anathe-  
matis ultiōne percussus sit, & ut fallax, ac pesti-  
fer a sanctæ ecclesiæ corpore sit divisus, &c. Sin  
autem in eadem civitate egressus ad publicum po-  
tuerit docere, quæ dixit, vel certe sciens se non  
posse, quæ scripsit, ostendere, errorem suum fue-  
rit aperte confessus, Dominici corporis, ac san-  
guinis participatione non sit privatus, neque a  
corpore sanctæ ecclesiæ alienus existat. *Gregor.*  
*clero & populo Rom. lib. 5. regist. ep. 30. Ivo*  
*part. 6. c. 381.*

CAPUT II.

**S**i qui inventi fuerint libros famosos legere,  
aut verba contumeliosa confixerit, & repertus  
scripta non probaverit, flagelletur: & qui ea pri-  
us invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti  
causam incurriere. *Hadrian. ad Episc. Mediom. c. 46. Ivo part. 4. c. 156. & part. 16. cap. 235. vid. eund. part. 6. c. 404. & part. 16. c. 235. & 248. Capitul. lib. 7. c. 360.*

CAPUT III.

**S**i qui inventi fuerint libros famosos legere,  
vel cantare, excomunicentur. *Hadrian. ad*  
*Episc. Mediom. c. 59. Ivo part. 4. c. 154. An-*  
*selm. lib. 3. c. 88. Capitul. lib. 7. c. 368.*

CAPUT IV.

**S**i qui inventi fuerint libellos famosos in ecclæ-  
sia ponere, anathematizentur. *Elib. cap. 52. Burch. lib. 3. c. 199. Ivo part. 3. c. 251. & part. 4. c. 154. decret. Capitul. lib. 6. c. 243.*

TITULUS XVII.  
DE SCANDALO.

CAPUT I.

**D**icit. 93. c. **I**lle proculdubio scandalizatur in Deum, qui  
recte non docet, & qui ejus scandalizat Epi-  
scopum, vel sacerdotem. *Anaclet. ep. 1. in med.*  
*Ivo part. 6. c. 245.*

*Tom. VI.*

CAPUT II.

De admonendis iis, qui sine causa scandalizan-  
turb; & de reddenda eisdem ratione, ne scan-  
dalizentur. *Xyst. III. ep. unic. post princ. Greg.*  
*lib. 8. regist. epist. 45. vide supra tit. de detra-  
ctoribus.*

CAPUT III.

**S**unt quædam scandala, quæ omnino despicienda sunt; quædam vero, cum vitari sine cul-  
pa possint, despicienda non sunt, ne cum culpa  
terventur. Quod sacro Evangelio testante cognovimus: quia cum Veritas diceret: *Non, quod in-  
trat in os, coinquiat hominem, sed quod proce-  
dit ex ore, hoc coinquiat hominem:* & discipuli  
responderent, dicentes: *Seis quis Pharisæi, au-  
ditio hoc verbo, scandalizari sunt?* protinus re-  
spondit: *Omnis plantatio, quam non plantavit  
pater meus cælestis, eradicabitur; sinite illos,  
cæcifunt, & duces cœorum.* Et tamen cum  
tributum peteretur, prius rationem redditum, per  
quam tributum solvere non deberet: atque illa-  
co subjunxit: *Ut autem non scandalizemus eos,* *Matt. 17. d.*  
*vade ad mare, & mitte hamum, & eum pi-  
scem, qui primus ascenderit, tolle;* *& aperto  
ore ejus, invenies staterem, illum sumens, da  
eis pro me, & ce.* Quid est, quod de scandalizatis  
dicitur: *Sinite illos, cœci sunt & duces cœorum:*  
& aliis, ne scandalizentur, a Domino tributum  
solvitur, quod etiam non debetur? Quid est, quod  
aliud scandalum esse permisit, aliud vero venire  
prohibuit? nisi, ut nos doceret, & illa scandala,  
quæ nos ad peccata implicant, contemnere; &  
ea, quæ placare sine peccato possimus, modis  
omnibus mitigare? *Greg. ad Theoclastam Patri-  
ciam lib. 9. regist. ep. 39. in med.*

CAPUT IV.

**P**rima tempramenta sunt clericorum semi-  
nariorum frequentes accessus. Iste sexus reprehensi-  
biles exhibet clericos. Quid tibi cum feminis, qui  
ad altare cum Domino fabularis? Te in publico  
cuncti, te in agro rusticæ, aratores, ac vinitores  
quotidie lacerabunt, si contra depositum fidei,  
cum feminis habitare contendis. Et quia, ut ar-  
bitror, concupisces irreprehensibilis inveniri,  
testimonio bono munire. Num in choro Aposto-  
lorum feminæ adfuerunt? &c. Sed dicas: *Qui am-  
bulat simpliciter, ambulat confidenter.* Bene,  
& argute: sed op̄ortet, te testimonium habere ab  
iis, qui foris sunt. Licet coram Domino incedas,  
tamen coram hominibus bona providenda sunt;  
quia astutiores sunt filii tenebrarum super filios  
lucis. Cum a te hoc genus non amputatur, das  
locum reprehendentibus te. Ipse te detrahentium  
mortibus tradidisti, si agapetarum confortium  
non dimiseris, &c. De congregatione puellarum  
pulchre censeo, in hebdomada secunda visitatione  
ad benedicendam congregationem convenias: sed  
non solus, ne rumigeruli linguis te lacerantibus  
macerent: alienam enim cupiunt vicini discutere  
vitam, non suam. Propterea digne accipe nostro-  
rum præcepta verborum, & monita humilitatis,  
quæ fraterno affectu, calamo imperante expressi-  
mus, dulciter lege, &c. Lædit sacerdotis opinio-  
nem in plebe, quando de proximis ejus male lo-  
qui

Q99

## 490 Juris Pontificii Veteris Epitome

quitur populus. Super omnia hæc præcipit Apostolus, boni testimonii clericos fundamenta componere, ut bonorum operum testificatio casto confirmetur effectu. *Hier. ad Ocean. apud concil. Aquisgran. c. 98.*

### C A P U T V.

*Ad Tit. 2.* Conscientia tibi, fama proximo tuo est necessaria; qui fidens conscientiae suæ, negligit famam suam, crudelis est, maxime in loco isto positus, de quo dicit Apostolus scribens ad discipulum suum: *Circa omnes te ipsum bonorum operum præbe exemplum. August. in serm. de vita Cleric. apud concil. Aquisgran. c. 112.*

### C A P U T VI.

Nel laici perinanem suspicionem contra Episcopos scandalum sumant. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 4. c. 6. vid. supra tit. de detractoribus.*

### C A P U T VII.

Contra clericos, qui feminas apud se habent, & dummodo cum illis caste vivant, scandalum non curant. *Trosl. c. 9. Basil. ep. ad Greg. presbyterum; vide lib. VIII. tit. Ne clericis feminas apud se habeant præter matrem, &c.*

### T I T U L U S XVIII.

#### DE VARIIS INJURIARUM GENERIBUS.

### C A P U T I.

**T**Arasius ait: „Si intulerit qualiscumque, etiam Episcopus verbera, aut plagas viris Deum in nentibus, quique persecutionem patiuntur, indignus est Episcopatus“. Sancta synodus ait: *indignus est. VII. syn. act. 3. in princ.*

### C A P U T II.

Si Metropolitanus ab Episcopo exigit jumentum, vel aliam speciem, reddat quadruplum. *VIL syn. c. 6.*

### C A P U T III.

Statutum est, ut in omni die monachi, & clerici, & feminæ, & qui cum eis fuerint, in pace permaneant; tribus autem diebus, scilicet secunda, tertia, & quarta injuria ab aliquo alicui illata, non reputabitur pacis infraactio. Quatuor autem reliquis diebus, si quis alicui injuriam intulerit, infractionis sanctæ pacis reus habeatur, & prout judicatum fuerit, puniatur. *Urban. II. in concil. Claromont. cap. 1.*

### C A P U T IV.

Sunt quidam, qui vel violentia, vel favore non permittunt ecclesiæ regulariter ordinari: hos decernimus, ut sacrilegos judicandos. *Paschal. II. in concil. incert. cap. 7.*

### C A P U T V.

<sup>24. q. 3. c.</sup> <sup>25.</sup> Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus, quas ferunt, spoliare temptaverit, donec satisfecerit, communione caret christiana. *Callist. II. in concil. Rom. c. 16.*

### C A P U T VI.

Præcipimus, ut in eos, qui ad ecclesiæ, vel cœmeterium fugiunt, nullus omnino manum mittere audeat; quod qui fecerit, excommunicetur. *Innec. II. in concil. Rom. c. 11. Eugen. III. in concil. Remens. c. 14.*

### C A P U T VII.

Episcopus, presbyter, diaconus fideles, aut infideles etiam delinquentes verberans, ut timeatur, deponatur. Nam Christus, cum percutetur, non repercutiebat; cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. *Apost. cap. 27. G. 28. L. Anselm. lib. 6. cap. 159.*

### C A P U T VIII.

Si clericus injuria afficerit Episcopum, deponatur, &c. *Apost. cap. 55.*

Si presbyterum, vel diaconum, excommunicetur. *Apost. cap. 56.*

### C A P U T IX.

Si clericus, vel laicus claudum, surdum, cæcum, aut pedibus debilem irriferit, excommunicetur. *Apost. cap. 57.*

### C A P U T X.

Qui injuria afficerit Imperatorem, vel magistratum poenas luat, & clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Apost. cap. 83.*

### C A P U T XI.

Bonorum operum inter cætera semina, ac negotia sunt quantum unusquisque sapit, & potest, totis intimis cordis visceribus Deum diligere, &c. malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, sed factam patienter sufferre. *Petrus Apost. apud Clem. ep. 1. ant. fin. Theod. ad presb. Aurel. c. 21.*

### C A P U T XII.

Unicuique providendum est, ne aliquem injeste persequatur, judicet, vel puniat; ne Jesum persequatur, judicet, vel puniat. *Pelleg. II. ep. ad Benign. in med.*

### C A P U T XIII.

Ne unusquisque de inferiore gradu seniorem sibi elatus aut increpet, aut injuriet. Quod si quis, prætermisso tam justo censuræ ordine, ausus fuerit facere, distinctione sævissima corrigatur. *Narbon. c. 5.*

### C A P U T XIV.

Post vinolentiam hoc præcepit (*Paulus*) ne percussor sit: quod quidem & simpliciter intellectum ædificat audientem, ne facile manum porrigit ad cædendum, ne in os alterius verberandum insanus erumpat. Melius est autem, ut non percussorem illum esse dicamus, qui mansuetus, & patiens sciat, quid in tempore loquendum sit, quid tacendum, ne sermone inutili conscientiam percutiat infirmorum. *Hieron. in ep. ad Titum apud Aquisgran. c. 10.*

### C A P U T XV.

Percussorem Episcopum ille condemnat, qui dorsum posuit ad flagella; & maledictus non remaledixit, sed modestum. Duobus malis unum oppoluit bcnum, ut temulentia, & ira modestia refrænentur. Non litigiosum, non avarum; nihil enim impudentius arrogancia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati sunt semper ad lites, in subjectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. *Hieron. in epist. ad Oceanum apud Aquisgr. cap. 11.*

## LIBER NONUS.

## De criminibus contra se.

## TITULUS I.

*DE ALEA.*

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XL. quibus adde:

## CAPUT I.

**S**i quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit, eum abstinere, & si emendatus celaverit, post annum poterit communione reconciliari. *Elib. c. 79.*

## TITULUS II.

*DE LUDIS, ET JOVIS IMMODERATIS.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXIV. &amp; Lib. VI. Tit. LI. &amp; Lib. VIII. Tit. XXIV. quibus adde:

## CAPUT I.

**F**ornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, &c. aut stiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet. *Paul. ad Ephes. cap. 5. n. 3. Anter. epist. unic. Marcell. ep. 2. Euseb. ep. 3.*

## CAPUT II.

Sunt quidam, & maxime mulieres, qui festis ac sacris diebus, atque sanctorum natalitiis, non pro eorum, quibus debent, delectantur desideriis advenire, sed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo, ac ducendo, similitudinem paganorum peragendo advenire procurant; tales enim si cum minoribus veniunt ad ecclesiam peccatis, cum majoribus revertantur, &c. Qui hujus perniciosi, & scelesti facti studiosus inventus, admonitus a sacerdote minime obaudierit, a communione modis omnibus suspendatur. *Eug. II. in syn. Rom. & Leo IV. c. 35. Ivo part. II. cap. 77. decret. Cæsar. lib. 8. c. 82.*

## CAPUT III.

Consulitis si liceat in quadragesimali tempore jocis vacare. Quod non solum in quadragesimali, verum etiam in nullo tempore licitum est christianis. Sed quia vobis, qui in montem nondum ascendere tanquam infirmi potestis, ut inde sublimia mandata Dei percipiat, sed in campestribus, quemadmodum filii quondam Israel, positi estis, ut saltet ibi plana, & minora quæque præcepta sumatis, ne cum possimus suadere, ut omni tempore jocis abstineatis, vel quadragesimalæ, ac jejuni tempore, quando per amplius, & instantius orationi, abstinentiæ, & omnino modæ penitentiæ, sicut longe superius exposuit, vacare debetis; non solum jocis, verum etiam ab omni vaniloquio, & scurrilitate, quæ ad rem non pertinent, &c. Nulla ergo vos voluptatum, vel jocorum, & maxime in tempore jejuniorum, vanitas seducere valeat, non enim lamenta cum jocis convenient, & fallax, ac deceptrix lætitia veraces lacrymae producere nescit. *Nicol. ad consult. Bulg. c. 47.*

## CAPUT IV.

Si augur, aut pantomimi credere voluerint,

placuit, ut prius artibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod si facere contra interdictum temptaverint, prolixciantur ab ecclesia. *Elib. c. 62.*

## CAPUT V.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumenæ, aut comicos, aut viros scenicos habeat. Quicumque hoc fecerit, a communione arceatur. *Elib. c. 67.*

## CAPUT VI.

De agitatoribus, qui fideles sunt, quamdiu agitant, placuit eos a communione separari. *Arelat. I. c. 4.*

## CAPUT VII.

De theatricis placuit ipsos, quamdiu agunt, a communione separari. *Arelat. I. c. 5.*

## CAPUT VIII.

Parsimoniam cum veste humili non reprobamus; sicut etiam ornatum propter corporis tantum curam minime supervacaneam, atque operosa laudamus: dissolutos autem, & fractos in vestibus incelsus non recipimus. *Gangr. in fin. Ivo part. 8. c. 321.*

## CAPUT IX.

De agitatoribus, sive theatricis, qui fideles sunt, placuit, quamdiu agitant, a communione separari. *Arelat. II. c. 20.*

## CAPUT X.

Quod non oporteat christanos euntes ad nuptias plaudere, sed venerabiliter coquare, vel prandere, sicut christianos decet. *Laod. cap. 53.*

## CAPUT XI.

Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, et iam alienarum nuptiarum eviteat convivia; nec iis coëtibus misceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obscenæ motus corporum choreis, & saltationibus efforuntur: ne auditus, & obtutus sacræ mysteriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur. *Agath. cap. 39. Venet. r. 11. Burch. lib. 2. cap. 132. & 134. Ivo part. 6. c. 206. & 208. decret. Tarrac. lib. 6. c. 234.*

## CAPUT XII.

Volumus, quod Episcopalis donus, quæ ad hoc Deo favente instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne forte hi, qui in ea miseriarum suarum levamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur, derrenentum versa vice suorum sustineant corporum. Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Ubi igitur Dñi est assiduitas cantilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi, vel accipitres habitare. *Matis. II. c. 13.*

## CAPUT XIII.

Non licet presbytero inter epulas cantare, vel saltare. *Antifind. cap. 40.*

## C A P U T XIV.

Non licet clero, vel monacho in hippodromia ascendere, aut thymelicorum ludis interesse. Et si clericus vocetur ad nuptias, cum venerint ludi, surgat, & abeat ex patrum disciplina; alias vel cesset, vel deponatur. *Trull. cap. 24.*

## C A P U T XV.

Placuit, ut eas prorsus mundanas dignitates, quas sæculares viri, vel principes terræ exercere solent, in venationibus scilicet, vel in canticis sæcularibus, aut in resoluta, vel immoderata lætitia, in lyris, & tibiis, & his similibus lusibus nullus sub Ecclesiastico canone constitutus, ob inanis lætitiae fluxum audeat, fastu superbiæ tumidus, quandoque præsumendo abuti, nisi forte si in hymnis, & spiritualibus canticis delectatur, de sacris videlicet scripturarum voluminibus digne, honesteque compositis utatur. Ab his igitur non solum non inhibemus abstinere, verum etiam conniventes licentiæ concedimus votum. *Fo-rojul. cap. 6.*

## C A P U T XVI.

Clericis lege patrum cavetur, ut vulgari vita seclusi a mundi voluptatibus sese abstineant: non spectaculis, non pompis intersint, convivia inhonestæ & turpia fugiant. Unde Hieronymus in epistula ad Nepotianum dicit: „Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus, ut „consolatores nos in mœroribus suis potius, quæ „convivas in prosperis, neverint“. Item Isidorus: „Clerici convivia privata non tantum pudica, sed „& sobria colant, &c. Sæcularia officia, negotia, que abiificant, &c. Dolos, & coniurationes ca- veant, odium, emulationem, obtricationem, atque invidiam fugiant: non vagis oculis, non infræni lingua, aut petulant, tumidoque gestu incedant, sed pudorem, ac verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant. Obscenitate etiam verborum, sicut & operum, penitus execrentur. Viduarum, ac virginum visitationes frequentissimas fugiant. Contubernia, seminarum nullatenus appetant. Castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantia studio se attollant. Postremo in doctrina, & lectionibus, psalmis, & hymnis, & canticis exercitio jugi incumbant“, &c. *Magunt. cap. 10.*

## C A P U T XVII.

*e. i. ne cler. vel monach. Greg. IX. & in 1. coll.* Ministri altaris Domini, vel monachi a negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia, de his tamen pauca perfrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum in immunditia carnis, sed etiam in omni concupiscentia carnali: quidquid plus justo appetit homo, turpe lucrum, munera injusta accipere, &c. turpis verbi, vel facti joculatorem esse, vel jocum sæcularem diligere, aleas amare, ornamenatum inconveniens proposito suo querere, in deliciis vivere velle, &c. *Magunt. c. 14. Magunt. sub Raban. c. 13. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. c. 103. decr. Capit. lib. 7. c. 172. in addit.*

## C A P U T XVIII.

Episcopi, & Abbates ante se joca turpia

facere non permittant. *Remens. cap. 17.*

## C A P U T XIX.

Viduæ non sint in deliciis, sed secundum Apo- 1. Tim. 5. stolum, sub potestate Episcopi vivant, ut decet.

*Remens. cap. 34.*

## C A P U T XX.

De scurrilitate, & stultiloquio, & maledictionibus, quoniam juxta Apostolum, *maledicentes regnum Dei non possidebunt*, de mendacio, de periculo, noxio, assiduoque juramento, & obscenis, turpibusque canticis omnibus Christianis omnino intelligendum, & observandum est, ut summopere ab his se caveant. *Paris. sub Ludo. & Lothar. lib. 3. cap. 2.*

## C A P U T XXI.

Monachi ante se joca sæcularia, vel turpia fieri non permittant. *Magunt. sub Raban. c. 13. in fin.*

## C A P U T XXII.

Unusquisque Christianus caveat ab his, quæ videntur quidem levia, sed contra divina sunt mandata, a scurrilitate, & stultiloquio, a fabulis otiosis, turpibusque & obscenis sermonacionibus. *Troslejan. cap. 15. Capit. lib. 7. cap. 22. in addit.*

*Vide Carth. IV. cap. 86. tit. seq. c. Neophyti.*

## T I T U L U S III.

## DE GULA, ET EBRIETATE.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XXX. & Lib. VI. Tit. XXXVI. quibus adde:

## C A P U T I.

*A ttendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & superveniat in vos repentina dies illa. Christus apud Luc. cap. 21. num. 34.*

## C A P U T II.

*Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus: non in commissationibus, & ebrietatis, non in cubilibus, & impudicitiis, &c. Paul. epist. ad Roman. cap. 13. num. 12.*

## C A P U T III.

*Scripti vobis in Epistula, ne commisceamini fornicariis, &c. Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum huiusmodi nec cibum sumere. Paul. 1. ad Cor. cap. 5. num. 9.*

## C A P U T IV.

*Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Paul. ad Cor. cap. 6. num. 9.*

## C A P U T V.

*Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, &c. ebrietates, commissationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædicti; quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Paul. ad Galat. cap. 5. num. 19.*

## C A P U T VI.

*Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, &c. Paul. ad Ephes. cap. 5. num. 18.*

CA.

## C A P U T VII.

*1. Cor. 10. Matt. 5. d.* *Sive comeditis, sive bibitis, omnia in gloriam Domini facite, inquit Apostolus. Christus in Evangelio initium peccati abscindi oportere*

*1. Cor. 6. Isaias 5.* *jubet, ut qui viderit mulierem, &c. Omnia licent, sed non omnia expediunt, inquit Apostolus. Omnis homo necessario ut vivat, comedat: & qui habent uxores, & filios, & laicam conversationem, cum his comedunt, neque est improbadum, si reddant gratias datori ciborum, neque thymelicis satanicis, aut citharis, & meretriciis artibus gaudeant. Adversus quos prophetica vox est: Vae qui cum cithara, & psalterio vinum bibitis, opera Domini non vident, & opera magnum suarum non cognoscunt. Hujusmodi homines corriganter, vel contra eos canonice posita inferantur. At quibus vita est quieta, & solitaria, qui jugo Domini conjungitur, sedeat solus, & cum silentio. Clerico autem non semper licet cum mulieribus comedere, nisi cum sanctis, & piis viris, ut ipsum etiam convivium ad spiritualem correctionem perducat. Idem est si cum propinquis sedeat. Sed in itinere monachus, vel clericus in pandecheo, vel in domo alicuius, ut necessitas coget, faciat. Nicæn. II. cap. 22.*

## C A P U T VIII.

*De vit. & honest. cleric. c. 14. Greg. IX. c. 3. cod. tit. in 4. coll.* *A crapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde vinum sibi temperent, & se vino, nec ad bibendum quispiam incitetur; cum ebrietas mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaustit. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi a superiori commonitus satisfecerit competenter, a beneficio, vel officio suspendatur. innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 15.*

## C A P U T IX.

*Ezra c. 5.* *Ebrietatem oppido prohibebat Petrus Apostolus, & ebrios corpore & animo mortuos esse prædicabat, de quibus & in exemplum ajebat: Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & porandum usque ad vesperam, ut vi- no æstuetis, &c. Vae qui potentes esis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, &c. Clem. epist. I. post med.*

## C A P U T X.

*Instruebat Beatus Petrus verba divina libenter audire, &c. non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem. Clem. epist. I. in fin.*

## C A P U T XI.

*Dif. 44. c. 5.* *Multis ab urbe tua venientibus, frater carissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conviviis occupatum: quæ auditæ non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis adprobarem, nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi invigiles, sed ipsum quaque usum Ecclesiastici ordinis ignores, hoc est, testimonium, quod eis, sub quibus es positus, servare reverentiam nescis, &c. Greg. lib. 2. ep. 14. ad Natal. Episcop.*

## C A P U T XII.

Convivia, quæ ex intentione impendendæ *Dif. 45. c. 6.* charitatis fiunt, recte vestra fraternitas \* in suis Epistolis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abtentum vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis sæcularium negotiorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quam necesse est, servitur corpori; sed sola ejus infirmitas reficitur, ut ad usum exercenda virtutis habeatur. Hæc itaque si vos in vestris conviviis agitis, abstinentium, fateor, magistri esis. *Greg. lib. 2. epist. 37. ad eundem.*

## C A P U T XIII.

Neophyti aliquandiu a lautioribus epulis, & *De conf. d. 5. cap. 1.* spectaculis, vel conjugibus abstineant. *Carthag. IV. cap. 86. Burch. lib. 4. cap. 12. Ivo part. I. cap. 207. decret.*

## C A P U T XIV.

Ante omnia clericis vitetur ebrietas, que omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio. *Agath. cap. 41. Venet. c. 13. Burch. lib. 14. cap. 11. Ivo part. 13. cap. 79. decret. Capitul. lib. 7. cap. 218. & 270.*

## C A P U T XV.

Licet a patribus nostris fuerit constitutum, ut quicumque sacerdos, vel levita filiorum procreationi operam dare fuisse convictus, a communione Dominicæ abstineret; nos tamen &c. decrevimus, ut sacerdos, vel levita conjugali concupiscentiæ inhærens, vel a filiorum procreatione non definens, ad altiore gradum non coascendat, neque sacrificia Deo offerte, vel plebi ministrare presumat; a communione tamen non efficiatur alienus. Sed ut hæc valeant observare\*, somitem omnium vitiorum oportet abscindiri, Apostolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, &c. neque fornicatores, neque idolis servientes, neque ebrios regnum Dei possidebunt. Si quis clericus ab ebrietate se non abstinet, secundum actus sui ordinem, competens in eum vindicta exerceatur. *Turon. cap. 2.*

## C A P U T XVI.

Episcopum non oportere nimium profusis in cumberi conviviis, sed parco, & moderato contentus sit cibo, ne videatur Domini abuti sententia dicentis: Attendite, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate. Et quamdiu convivatur, potius sacra lectio ante mensam ejus recitetur, quam otiosa a fusurronibus resonent verba. *Turon. sub Carolo c. 5.*

## C A P U T XVII.

Renuntiatur in baptismo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Opera ejus intelliguntur, & sunt homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia. *Turon. sub Carolo c. 18.*

## C A P U T XVIII.

Ebrietatem, & crapulam fideles sectari non debere Dominus in Evangelio auctor est, qui suis

# 494 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Luc. 21.*

auditoribus ita præcipiens : *Attendite, inquit, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate. Quæ vitia modo apud homines nullius momenti esse putantur, sed quanta mala de illis generari soleant, facile non possunt comprehendendi; generantur enim de illis qui que noxiores corporum morbi, ut physici testantur. Ad statum quoque mentis evertendum, quantum noceat ebrietas, facile deprehendi poterit; quippe cum pene omnium malorum, quæ ab hominibus raptim perpetrantur, causa sit, & origo ebrietas. Turon. sub Carolo c. 48.*

## C A P U T X I X.

*Magnum malum ebrietas, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Et qui hoc cavere noluerit, excommunicandum eum esse decrevimus, usque ad emendationem congruam. Magunt. sub Carolo cap. 46. Burch. lib. 14. c. 2. Ivo part. 13. c. 70. decret. Capitul. lib. 5. c. 96. & lib. 7. c. 35. in addit.*

## C A P U T X X.

*1. Tim. 3. Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, pudicum, &c. Sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum, & si ceram bibere, ne crapula, & ebrietate aggraventur corda eorum, & ut sensus officium exhibens Deo vigeat semper, & tenuis sit. Quod autem interfert, prudentem, excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum; nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. Ornatum; qui vitia non habet, irreprehensibilis appellatur; qui virtutibus pollet, ornatus est. Possidens & aliud intelligere ex hoc verbo, juxta illud Tullii: „Caput est artis, „docere, quod facias. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantæ stoliditatis, „ac recordiae, ut & in motu, & in incessu, & „in habitu, & in sermone communis risum spectantibus tribuant \*. Et quasi intelligentes „quid sit ornatus comunt se vestibus, & munditiis corporis, & lautoris mensæ epulas parant: „cum omnis istiusmodi ornatus, & cultus fordinus foedior sit “, &c. Non violentum, non percussor: virtutibus vitia opposuit. Didicimus, quales esse debeamus; discamus, quales non esse debeant sacerdotes. Violentia scurrarum est, & comediatorum, venterque mero æstuans cito despumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, vivens mortuus est, ergo qui inebriator, & mortuus est, & sepultus. Noe, & Gen. 9. Lothar. & Gen. 19. Hieron. ad Ocean. apud Aquilg. c. 11.*

## C A P U T X I X.

*Sunt & alia detestanda vitia, quæ ita habentur, quasi naturaliter in usu, ut ea perperrantes, quanti sint discriminis, non advertant: sicut, sunt ea, quæ Apostolus aperte enumerat: id est, ebrietates, comediations, contentiones, iræ, rixæ, dissensiones, detractiones, invidiae, inimicitiae, quæ homines, juxta eundem Apostolum, a regno Dei excludunt. Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 3. c. 2.*

## C A P U T X X I I .

*Multa sunt negotia sacerdaria; de his tamen*

*Galat. 5.*

paucæ perstrinximus, &c. In comediationsibus, & violentiis nimis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere, &c. Magunt. sub Rab. c. 13.

## C A P U T X X I I I .

*De collectis, vel confratribus, quas consortia vocant, sicut verbis monimus, & nunc scriptis expresse præcipimus, ut tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem, & utilitatem, atque ad salutem animæ pertinet, &c. Pastos autem, & comediations, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes, ac inanes latitiae, & rixæ, saepe etiam, sicut experti sumus, usque ad homicidia, & odia, & dissensiones accidere solent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decretum agere presumptient, si presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur; si laicus est, aut femina ab ecclesia usque ad satisfactionem separetur. Nannet. cap. 15.*

## C A P U T X X I V .

*Extirpanda sunt illa, quæ quasi naturaliter in usu habentur, sicut sunt ebrietas, comediations, contentiones, &c. & his similia, quæ justa Apostolum homines a regno Dei excludunt: Quo-Galat. 5. niam, inquit, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Trost. c. 15.*

## C A P U T X X V .

*Abstinentia in his diebus omnium deliciarum esse debet, & sobrie, & caste vivendum. Qui vero ovis, caseo, piscibus, & vino abstinent, magna virtus est, &c. Vini enim ebrietas, & luxuria prohibitæ sunt, non lac, & ova. Non enim ait Apostolus: Nolite comedere lac, & Ephes. 5. ova; sed nolite inebriari vino, in quo est omnis luxuria. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 40.*

## C A P U T X X VI .

*Zosimus præcepit, ut nullis clericis \* poculum in publico propinaretur, nisi tantum in celis fidelium, maxime clericorum. Ex Pontif.*

## T I T U L U S IV.

### DE LUXURIA.

#### P A R S P R I M A.

*De monachis, & virginibus, qui castitatis votum violarunt.*

*Vide in Part. I. Lib. VII. Tit. XXXIX. Lib. IX. Tit. XVII. & Tit. XXIII. & XXIV. quibus adde:*

## C A P U T I .

*S*icut se consenserint vita, nullatenus sine conscientia Episcopi fiat, ut ab eo singulariter profiso constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur. [Utraque enim pars consentiens, & magis alter ex illis divini amoris, quam humani ardens, ut in castitate maneret divortium miserit, & postmodum pollicitationem propriam non observaverit, ad districtam mentiens poenitentiam redigatur. Syn. Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. cap. 36. Ivo lib. 6. tit. 5. cap. 2. p. norm. & part. 8. cap. 127. decret. Cæsar. lib. 10. c. 98.

CA-

## C A P U T II.

<sup>27. q. 1. c. 2.</sup> <sup>§. 1. & c. 9.</sup> Hæ vero, quæ ne cum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali, semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio carum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bona fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solvi sine vindicta non poterit. *Innoc. ep. 2. cap. 13. Turon. II. cap. 21. Rab. cap. 5. de pœnit. Burch. lib. 8. c. 12. &c. 45. Ivo part. 7. cap. 18. & 63. decret.*

## C A P U T III.

<sup>27. q. 1. c. 29.</sup> Et quia aliquos monachorum usque ad tantum nefas prosiluisse cognovimus, ut uxores publice fortiantur, sub omni vigilancia eos requiras, & inventos digna coercione in monasteriis, quoniam monachi fuerint, retransmittas. *Greg. lib. 1. epist. 40. Anthemio sub diacono. Ivo part. 7. c. 122. decret.*

## C A P U T IV.

<sup>27. q. 1. c. 28.</sup> Si quæ monacharum vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis pravam consuetudinem ad lapsum deducta est, aut in futuram fuerit perducenda voraginem, hanc post competentis severitatem vindictæ in aliud distictius virginum monasterium in pœnitentiam redigi volumus: ut illic orationibus, atque jejuniis & sibi pœnitendo proficiat, & metuendum ceteris artioris disciplinæ præstet exemplum. Is autem, qui cum hujusmodi feminis in aliqua fuerit iniuritate repertus, communione privetur, si laicus est: si vero clericus, a suo quoque remotus officio, pro suis continuo lugendis excessibus in monasterium detrudatur. *Greg. lib. 3. epist. 9. Januario Episc. Calaritano Ivo part. 7. c. 123. decret. Cæsar. lib. 10. c. 118.*

## C A P U T V.

<sup>27. q. 1. c. 29.</sup> Eos, qui in prædictas mulieres, quæ egressæ sunt de monasteriis, excesserunt, & nunc dicuntur communione suspensi, si fraternoitas tua de tali facinore digne pœnituisse præviderit, ad sacram communionem\* te volumus revocare. *re. Greg. lib. 3. epist. 24. Januario Episc. Calaritano.*

## C A P U T VI.

Virgines, quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverunt, duxerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt, vel si alios cognoverint viros, eo quod moxchatæ sint, placuit, per quinquenniæ tenora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem. *Elib. cap. 14.*

## C A P U T VII.

Statuimus, ut post hanc synodam quisquis servorum Dei, vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, ut in carcere pœnitentiam faciat in pane, & aqua. Et si ordinatus presbyter sit, duos annos in carcere pœnitentia faciat, & in carcere permaneat. Si autem clericus, vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcere minus ver-

tentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & velatæ, vel sanctimoniales eadem pœnitentia continantur, & radantur omnes capilli capitum earum. *Syn. Franc. ante fin.*

## P A R S S E C U N D A.

*De Episcopis, presbyteris, diaconibus, &c. lapsis a castitate.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVI. XXXVII. XLI. XLII. & Lib. VI. Tit. XXXIII. XXXIV. XXXVIII. XXXIX. & Lib. VII. Tit. XVI. XVII. quibus adde:

## C A P U T I.

**S**i quis eorum ordinum, qui sacræ altaribus administrant, presbyter scilicet, diaconus, & subdiaconus uxorem, vel concubinam habet, nisi illis omnino dimissis dignam pœnitentiam agant, sacræ altaribus penitus administrare desistant, nec aliquo ecclesiæ beneficio ulterius potentiantur, sive potitis fruantur. *Greg. VII. lib. 2. regist. epist. 63.*

## C A P U T II.

Prædecessores nostros Nicolaus, & Gregorius a missis sacerdotum, quos tales (*adulteros, homicidas, ebriosos*) revera esse constiterit, fideles abstinere decreverunt, ut & peccandi licentiam ceteris auferrent, & hujusmodi ad dignæ pœnitentiæ lamenta revocarent. *Urban. II. in epist. ad L. Præpositum.*

## C A P U T III.

Hi, qui altario Dei deserviunt, si subito inflenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneant in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiolos prolixiori tempore ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipient, ne possint ad altiora officia promoveri. Quod si iterato, velut canes ad vomitum reverli fuerint, &c. non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non percipient. *Ilerd. cap. 5. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 74. Ivo part. 15. c. 87. decret.*

## C A P U T IV.

Si quis clericorum suspicionem adversam, aut obloctionem populi de muliere quacumque fortassis incurrit, eam statim, si intra domum habet, abiiciat. Si certe extranea, & sui juris est, ita omnibus conditionibus studeat obviare, ut infamia, quæ excitata est, abrogetur. Qui haec vitare noluerit, pro inobedientia triennii excommunicatione multetur, &c. *Aurel. III. cap. 4.*

## C A P U T V.

Si quis clericus adulterasse, aut confessus fuerit, vel convictus, depositus ab officio communione concessa in monasterio toto vitæ suæ tempore trudatur. *Aurel. III. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 11. panorm. & part. 8. c. 285. decret.*

## C A P U T VI.

Non solum castitatem retinendam Pontifices suo corpore censeant, sed & presbyteris, & diaconibus ministrantibus Dei altari bus modis omnibus observandam constituant, ut ex his, qui castitatis voluerit patientiam violare, tali forte coer-

coerceatur, ut ultimus a quo est gradu dejectus, Deo amplius non ministret, sed sacerdotis sui electione sit tali claustro conceptus, ut cæteros suo exemplo corrigat, & ille ex pœnitentia reviscat. *Tolet. sub Recaredo Rege XVI. Episcop. cap. 1.*

## C A P U T . VII.

*Dif. 81. Qui-* Clerici religentur ad pœnitentiam, qui condam, &c. 30. sortia extranearum mulierum, & ancillarum appetunt. *Tolet. IV. cap. 42. Anselm. lib. 7. c. 140.*

## C A P U T . VIII.

Si presbyter, diaconus, subdiaconus infantes procreaverit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communiceat. *Antisiod. cap. 20.*

## C A P U T . IX.

Potamus (*Episcopus*) clamavit se & vere eadem mala de se confiteri (*loquitur de fornicatione*) & ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari; unde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam pro admisso flagitio acturus pœnitentiam se conclusisse prædictit. Tunc per fidem confessionem ejus est agnitus, quod tactu fœmineo sorduisse. Licet hunc paterna antiquitas sacris regulis deiicere ab honore decernat, nos tamen non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam abstulerat, sed valida auctoritate decrevimus perpetua pœnitentia hunc inservire officiis, & ærumnis, &c. *Tolet. X. in fine contra Potamium Episcopum.*

## C A P U T . X.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre sancimus, ut nullus sacerdotum, sive quisque de clero absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adjungere, & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; nec licentia sororum, vel propinquarum mulierum quisquam solos familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus præceptionis transgressor sex mensibus se noverit pœnitentiæ legibus subjacere. *Bracar. III. cap. 4.*

## C A P U T . XI.

*Dif. 82. c. ult.* Si presbyter fornicationem fecerit, quamquam secundum Apostolorum canones deponi debeat, juxta tamen auctoritatem B. Silvestri Papæ, si in vitio non perduraverit, sed sua sponte confessus adjecit, ut refurgeret, decem annis in hunc modum pœnitentiat. Tribus siquidem mensibus privato loco a cæteris remotus solo pane, & aqua a vespera in vespere utatur: diebus autem dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur, sine carne, sine sagamine, ovis, & caseo, sacco induus humo adhæreat; die, ac nocte jugiter omnipotentis Dei misericordiam imploret. Finitis tribus continuis mensibus exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur: nec enim debet sacerdos publice pœnitere, sicut laicus. Postea aliquantis per resumptis viribus unum annum, & dimidium in pane, & aqua expletat, ex-

ceptis dominicis diebus, & præcipuis festis, in quibus vino, sagamine, ovis, & caseo juxta canoniam mensuram uti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat; cum fratribus psalmos in choro ultimus canat, ad cornu altaris non accedat. Juxta B. Clementis vocem, minora gerat officia. Deinde vero usque ad expletionem septimi anni, omni quidem tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane, & aqua jejunet. Expleto septimi anni circulo, si sui confratres, apud quos pœnituit, ejus condignam pœnitentiam collaudaverint, Episcopus in pristinum honorem, juxta B. Callisti Papæ auctoritatem, eum revocare poterit. Sane sciendum, quia secundam feriam unum platerum canendo, aut unum denarium pauperi dando, si operarius est redimere poterit. Finitis septem annis, deinde usque ad finem decimi anni, sextam feriam nulla interveniente redemptione observet in pane, & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum si sacerdos post lapsum digne, ut supra dictum est, pœnitens ad pristinos redeat honores. *Syn. Hibern. sub Leone III. vid. Apost. cap. 25. Silvestr. in synod. Rom. act. 2. Callist. epist. 2. Cæsar. lib. 15. cap. 41. Pœnit. Rom. tit. 8. cap. 6. vide Burch. lib. 17. cap. 49. Anselm. lib. 8. cap. ult. Beda cap. 8. de remed. peccatorum.*

## C A P U T . XII.

Clerici, qui obscenis voluptatibus inhiantes, concubinas usque ad hæc tempora publice tenuerunt, ne delictum præteritum transeat impunitum, eos sub pœnitentiam duximus redigendos; ut si canonicci fuerint, quadraginta diebus in claustris suis in quadragesimali cibo jejunent, &c. *Concil. habitum in Germania sub Conrado Cardin. cap. 2.*

## C A P U T . XIII.

De clericis ruralibus concubinariis expressus rigor superius observetur. *Concilium habitum in Germania sub Conrado Cardin. cap. 3.*

## P A R S T E R T I A.

*De incestu inter consanguineos.*

Vide in Part. II. Lib. XXVIII. Tit. XIII. quibus adde:

## C A P U T . I.

**S**cipio de gradibus cognitionum, vel quomodo debeat quilibet a nodo, & deinceps legitimo conjugio copulari, &c. Gregorius junior alias illicitas conjunctiones anathematis vinculo damnavit, &c. *Zachar. in synod. Rom. cap. 15. Greg. ad interrog. Aug. cap. 6. Ivo part. 9. cap. 20. decret.*

## C A P U T . II.

De eo, qui ad proximam sanguinis sui ingreditur, quid judicandum sit, lectis legibus reperiens, &c. Verum hujus tanti peccati lepram melius ad sacerdotis considerationem, & judicium profecto dirigimus. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 28. C<sup>o</sup> 29.*

CA.

C A P U T III.

Si sponsus sponsæ sororem vitiet, ac sponsam postea ducat, sororque se occidat, rei hujus facti decennio poenitentia. *Ancyr. cap. 25. G. 24. L.*

C A P U T IV.

Si quis relictam fratris, sororem uxoris, pri-vignam, consobrinamve, relictam, id est, par-trui, vel avunculi, carnalis contagii macula cre-diderit violandam, & autu sacrilego auctorita-tem divinæ legis, ac jura naturæ præruperit, & cui charitatis, ac pii affectus solatia exhibere de-buerat, suorum hostis, ac pudicitiae expugnator vim inferre temptaverit, Apostolicæ constitutio-nis sententia feriatur; & quamdiu in tanto vers-a-tur scelere, a christiano cœtu, atque convivio, & Ecclesie communione privabitur. *Arvern. c. 11. Turon. II. cap. 22.*

C A P U T V.

De incestis conjunctionibus in synodo Aure-lianensi, quam invictissimus Rex Clodovæus fieri supplicavit, sic decretum est: Ne superstes fra-tres, &c. (*Aurel. cap. 20.*) In Epaunensibus ca-nonibus a Papa Avito, vel reliquis Episcopis constitutum est: Incestis conjunctionibus, &c. (*Epaun. c. 30.*) In canonibus etiam Arvernen-sibus a beatissimis patribus sic habetur insertum: Si quis relictam fratris, &c. (*Arvern. cap. 11.*) Et Apostolus: *Omnino auditur inter vos forni-catio, & talis fornicatio, qualis nec inter gen-tes, ita, ut uxorem patris sui aliquis habeat, &c. Ego quidem absens corpore, præsens autem spi-ritu jam judicavi tradere hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi, &c. Turon. II. cap. 22.*

C A P U T VI.

Si homo incestus fecerit, de ipsis cauiss, de Deo sacrata, aut cum matre sua, aut cum matri-na sua spirituali de fonte, & confirmatione Epis-copi, aut cum matre, & filia, aut duabus foro-ribus, aut cum fratris filia, aut fororis filia, aut nepti, aut consobrina, aut cum amita, vel ma-tertera, de ipsis capitulis pecuniam suam perdet, si habet: & si emendare se noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. Et si fecerit, sexa-ginta solidos domino Regi componat, usque dum si ipse homo correxerit. Et si pecuniam non ha-bet, si liber est, mittatur in carcerem usque ad satisfa-tionem: si servus, aut libertus est, vapuletur plagiis multis, & si Dominus suus permiserit eum amplius in tale scelus cadere, ipsos sexaginta solidos domino Regi componat. De Ecclesia-sticis vero, si bona persona fuerit, perdat hono-rem suum; minores vero vapulentur, aut in car-cere recludantur. *Synodo sub Pipino, c. 1. & 2.*

C A P U T VII.

Quicumque clericus, aut laicus, vel fœmina incestum commiserit, & ab Episcopo suo corre-pus si se emendare noluerit, & ab Episcopo suo excommunicatus fuerit; si quis cum ipso com-municaverit scienter, sciat se esse excommunica-tum. *Vernen. cap. 9.*

C A P U T VIII.

Incestuosi, parricidæ, &c. multi apud nos re-Tom. VI.

periuntur, &c. quorum aliquos jam excommu-nicavimus. *Turon. sub Carolo cap. 41. Burchard. lib. 7. cap. 29. Ivo part. 9. cap. 65.*

C A P U T IX.

Diætum est nobis quod in quibusdam locis E-piscopi, & comites ab incestuosis, & ab his, qui decimas nondant vadios\* accipiant, &c. Consti-tuimus, ut incestuosi juxta canonicam senten-tiam poenitentia multentur, &c. *Cæilon. sub Carolo c. 18.*

C A P U T X.

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus forori-bus nupserit; aut si qua duabus fratribus, seu cum patre, & filio, tales copulationes anathema-tizari, & disjungi præcipimus, nec umquam am-plius conjugio copulari, sed magna districione feriri. *Magunt. cap. 56. Magunt. sub Rabano cap. 29.*

C A P U T XI.

Ut Episcopi incestuosos penitus investigare studeant, omnino decrevimus: qui si poenitere noluerint, de Ecclesia expellantur, donec ad poenitentiam revertantur. Quod si sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, oportet eos per sæcularem potentiam coerceri. *Magunt. sub Rabano c. 28. Magunt. sub Carolo c. 53. Vormati. c. 79.*

C A P U T XII.

Obtentum est a devotissimo Principe, ut ince-sti, & quilibet alii perditæ examen Episcoporum refugientes, per judices publicos ad eorum præ-sentiam reducantur, ne alterius illecebriam pec-candi nutriat impunitas vitiorum. *Syn. Succession. apud D. Medardum, c. 8.*

C A P U T XIII.

Inveniuntur quidam, qui incesta matrimonia contraxerunt, & vel proximis suis, vel Deo sa-cratis mulieribus copulati sunt: quidam etiam publicæ possunt poenitentia subjugari: petimus, ut comitum vestrorum auxilio fulciantur. *Ti-cin. cap. 12.*

C A P U T XIV.

Si quis cum duobus fororibus fuerit fornicatus, aut cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet, si dignam egerit poenitentiam, & casti-tatis non voluerit continentiam sustinere, liceat ei legitimam in conjugio uxorem accipere: simili-ter, & mulier, quæ tali fuerit scelere lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos, perficiat. Sed hoc de laicis viris, ac mulieribus solummo-do statuimus. *Vormati. c. 33.*

C A P U T XV.

Si quis cum matre, & filia in adulterio mansit, nesciente matre, quod cum filia mansisset, simili-ter, & filia nescia, & postea ille vir si acceperit mulierem, dimittat eam, & usque in diem mor-tis suæ non habeat uxorem, & illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum, & illa mater, & filia, cum quibus in adulterio mansit, ambabus nescientibus, quod cum matre, & filia mansisset, ha-beant viros. Nam in notitiam illarum si venerit hoc scelus, dimittant maritos, & agant poenitentiam, & illarum mariti, & illi posteriores

accipiant mulieres. Similiter, & de duabus sororibus, qui cum una in adultero mansit, & aliam in publico accepit, non habeat mulierem usque ad mortem: & illæ duæ sorores nescientes accipiunt viros: & si in notitiam eis venerit, forma superioriter tervetur. Si quis cum noverca sua dormiet, nec ille, nec illa possunt ad conjugium pervenire. Si quis cum filiastra sua dormierit, similis sententia potest stare. Qui cum duabus sororibus dormierit, & una ex illis antea ei uxori fuerat, nullam uxorem postea habeat, nec illa soror habeat virum. *Vorm. cap. 62. al. 63. Burch. lib. 17. cap. 12. Ivo part. 9. cap. 62. decret.*

## C A P U T XVI.

*35. q. 2. c. 3. c. 8.* De incestis conjunctionibus, &c. si conventi fuerint, & ad poenitentia remedia convolaverint, seque sacramento constrinxerint, ulterius tam nefanda, & profligata abominanda pollutione non esse polluendos, iterumque ad recidiva maliitia, & vitæ pristinæ sordes relapsi fuerint, ab Episcopo civitatis comprehensi, sicut in concilio Toletano cap. 7. reperitur, in cuius territorio sunt, rursum legibus poenitentia in monasteriis subdantur inviti. *Colonense sub Carolo III. cap. 6. Epaun. cap. 30. Turon. II. cap. 22. Arelat. sub Carolo cap. 11. Raban. c. 2. de poenit. Burch. lib. 7. cap. 4. Ivo part. 9. cap. 40. decret. Anselm. lib. 11. cap. 82. Capitul. lib. 7. cap. 200. in addit.*

## C A P U T XVII.

Si quis de uno in aliud omnino transmigrat Episcopatum, et si, quod absit, contingat eum filiam sororis suæ, amitæ, aut materteræ, avunculi, vel patrui polluere, aut aliquod crimen admittere, Episcopus, in cuius tunc diœcesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat jus, & potestatem, secundum canoniam auctoritatem, & nostram synodalem institutionem, flagitiosum coercere, & ad poenitendum emollire. *Tribur. cap. 42.*

## C A P U T XVIII.

*Vid. 34. q. 1. & 2. c. ult.* Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente filius ejus, vel frater ejusdem rei inscius cum eadem se polluerit, & postquam se pollutum esse cognovit, confessus fuerit, & hoc se nescire cum juramento confirmaverit, quia hoc poenituit, & confessus fuit, post peragam congruam poenitentiam, legitimo utatur matrono, ne iterum mordente crudissima libidinis bestia fauicietur, & voragini fornicationis incidere videatur, &c. mulier vero ulterius poeniteat, atque continens, & innupta permaneat. *Tribur. cap. 43.*

## C A P U T XIX.

Secundum sanctos canones definimus, & judicamus de eo, qui cum duabus sororibus fuerit pollutus, ut usque in exitum vitæ poenitens, & continens permaneat; soror autem, quæ posterior libidinis perforata aculeis, scienter se cum eodem commaculaverit, usque in finem vitæ poenitens, & continens perduret. Si autem improvise contingit, condigna stringatur castigatione, & si velit, legitima utatur viri conjugatione. *Tribur. cap. 45.*

## C A P U T XX.

Si quis non aequo gradu, sed incestuoso ordine cum his personis, quibus a regulis divinis prohibitum est, le conjunxerit, usquequo poenitentiam sequestratione testentur, utriusque communione preventur, & neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum caffarum licentiam habebunt, &c. Res autem eorum ad primos parentes usque ad sequestrationem perveniant, sub ea conditione, ut antequam segregentur per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi præfatum scelus sequestrationis separatione per poenitentiam \* fateantur. *Troslejan. cap. 8. ex Capitul. lib. 6. cap. 407.*

## C A P U T XXI.

Incesti non sint legitimi hæredes, sed infamia sint notati utraque personæ. *Troslejan. cap. 8. Capitul. lib. 6. cap. 307. ex lib. legum. Theodosii tertio cap. 12.*

## C A P U T XXII.

Cum sorore coitus homicidæ tempore punietur. *Basil. ad Amphiloch. cap. 66.*

## C A P U T XXIII.

Qui cum propria ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua, & nefaria aetione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum, & animadversionem venerit, triennio defleat stans propter fores domus oratoria, & rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque pro ipso misericorditer ad dominum intensas fundat preces. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, & scripturam, ac doctrinam audiens efficiatur, & nec oratione dignus habetur. Deinde siquidem illam cum lacrymis exquisivit, & Domino cum cordis contritione, & valida humiliazione supplex procidit, detur ei substratio in aliis tribus annis. Et sic postquam poenitentia fructus dignos ostenderit, decimo anno in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione, & cum duobus annis una cum fidelibus ad orationem subititerit, sic dinceps dignus habetur boni communione. Idem est decretum in eos quoque, qui suas nurus accipiunt. *Basil. ad Amphiloch. cap. 74. & 75. vid. cap. 76. & 77. tit. de adulteriis.*

## C A P U T XXIV.

Ii, qui in suas novercas insaniunt, sunt eidem canonii obnoxii, cui & ii, qui in suas sorores insaniunt. *Basil. ad Amphiloch. cap. 78.*

*Vide Zachar. in synodo Romana cap. 5. de monachis lapsis.*

## P A R S Q U A R T A.

*De incestu inter cognatos spirituales.*

Vide in Part. II. Lib. XXII. Tit. XXIII. & Lib. XXIII. Tit. XII. quibus adde:

## C A P U T I.

*S*i homo incestum commiserit cum Deo sacra ta, &c. aut cum matrini sua spirituali de fonte & confirmatione Episcopi, &c. pecuniam suam perdat, si habet, & si emendare se noluerit,

rit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. *Synod. sub Pipino, cap. 1.*

## C A P U T II.

<sup>35. q. 2. c. 17.</sup> Si quis cum commatire spirituali fuerit forniciatus usque ad dignam pœnitentiam anathematis percutiatur iecibus: similiter & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis suscepit, aut cum ea, quam ante Episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus; legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem. *Vorm. cap. 34. Ivo part. 1. cap. 138. O part. 9. cap. 36.*

P A R S Q U I N T A.  
*De adulterio.*

Vide in Part. II. Lib. XXIX. Tit. XXI. XXII. XXVIII. & XXXIV. quibus adde:

## C A P U T I.

**N**olite errare, neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt. *Paul. ep. 1. ad Corin. cap. 6. num. 9.*

## C A P U T II.

Christus Deus noster in suis Evangeliiis iussit peccatorum principia resarcire. Non enim adulterium solum apud ipsum punitur, sed etiam cogitationis motus ad aggrediendum adulterium <sup>Matt. c. 5.</sup> condemnatur, ipso dicente: *Qui adspicerit mulierem ad concupiscendam ipsam, eam jam in corde suo adulteravit. Nicæn. II. cap. 22.*

## C A P U T III.

*De vita.* Clerici qui secundum religionis suæ morem, <sup>honest. cler.</sup> non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti. *Innoc. III. in concil. gener. Lat. in 4. coll. c. 13. Greg. IX. c. 2. eod.*

Clerici qui secundum religionis suæ morem, non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti. *Innoc. III. in concil. gener. Lat. in 4. coll. c. 13. Greg. IX. c. 2. eod.*

## C A P U T IV.

Homicidæ, malefici, &c. adulteri, & qui rapturn fecerint, vel falsum testimonium dixerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. *Felix II. in synodo Roman. epist. 1. cap. 15.*

## C A P U T V.

Nulli liceat, excepta causa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere, & deinde aliam copulare, alioquin transgressorem priori convenit sociari conjugio. Sin autem vir, & uxor divorce-  
<sup>27. q. 2. c. 2. vir, & uxor, 22.</sup> re pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia Episcopi fiat, ut abeo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur. *Eugen. II. in syn. Roman. O' Leo IV. cap. 36. Ivo lib. 6. tit. 5. c. 2. panorm. O' part. 8. cap. 127. decret. Cæsar. lib. 10. cap. 38.*

## C A P U T VI.

Nulli liceat uno tempore duas habere uxores, exoremve, & consobrinam\*, quia cum domui non sit lucrum, animæ fit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat Ecclesiam, ita vir castum debet custodire conjugium. Contra hæc salubria dicta faciens, cum uxore concubinam habens, si perseveraverit, & cum satisfactio-

ne non emendaverit, perseverans ab Ecclesia penitus amputetur, resipiscens vero communionis, vel reconciliationis tempus Episcopus abbreviare debet. *Eugen. II. in synod. Rom. O' Leo IV. cap. 37.*

## C A P U T VII.

Habent Episcopi singularum urbium in sua diocesis liberam potestatem adulteria, & sceleris inquirere, ulcisci, & judicare, secundum quod canones censent, absque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit ad comprimendos rebellis, & contemptores, publicum convocent; non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo placita sunt, & saluti animalium convenient, prosequendum. *Ravenn. sub Joann. IX. part. 2. c. 13.*

## C A P U T VIII.

Ut laicus simul uxorem & concubinam habens non communicet Ecclesia. *Nicol. II. in syn. Rom. CXIII. Episc. c. 12.*

## C A P U T IX.

Adulterio non ordinetur. *Greg. VII. in concil. ann. incert. c. 19.*

## C A P U T X.

Si quis perpetrato homicidio manserit in adulterio, ad perfectam pœnitentiam minime recipi debere decreuit est. *Urban. II. in concil. Claramont. c. 22.*

## C A P U T XI.

Si quæ accusatio fiat contra fidelem de fornicatione, vel adulterio, vel de alio crimine, & coartatur, in clericum non introducatur. *Apost. cap. 60.*

## C A P U T XII.

Quid in omnibus peccatis adulterio gravius? <sup>32. q. 2. c. 6.</sup> secundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem pri nro illi habent, qui aberrant a Deo, etiam si sobrie vixerint, &c. valde apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cuius species sunt quidem plures, &c. Prima species adulterii est, viru a propria uxore solummodo non esse contentum, & mulierem non proprio tantum servare se viro; si ergo castus fuerit quis, potest & humanus & misericors fieri, &c. *Clem. ep. 1. post princ. vide Nicol. 1. ep. reg. 49. in eip. Optaremus, O alias de adulterio Lotharii. Ivo lib. 7. tit. 3. cap. 4. panorm. O part. 8. cap. 99. decret.*

## C A P U T XIII.

Adulteros ab Episcoporum, & presbyterorum accusatione prohibebat Petrus Apostolus. *Clem. ep. 1. post med.*

## C A P U T XIV.

Vult Deus unumquemque ita vivere, ut homicidium, & adulterium nesciat. *Clem. epist. 4. ante fin.*

## C A P U T XV.

Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes fures, sacrilegos, adulteros, &c. *Steph. epist. 1. in med.*

## C A P U T XVI.

Hæretici omnes, & suspecti, benefici, adulteri, &c. nullatenus sunt ad accusationem admittendi, &c. *Eutych. ep. 2. in med.*

# 500 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T XVII.

Statuimus, ut homicidae, fures sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, benefici, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi. *Euseb. ep. 3. post princ.*

## C A P U T XVIII.

*32. q. 5. o. ult. Christia-* Cur communicantes viri cum adulteris uxori-  
na. bus non convenient, cum contra uxores in con-  
fortio adulterorum virorum manere videantur? Super hoc christiana religio adulterium in utro-  
que sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem li-  
berius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus prodito earum criminis communio denegatur; virorum autem latente commisso non facile quicquid ex suspicio-  
nibus abstinetur; qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo pars causa sit, interdum, probatione cessante, vindicta ratio conquicicit. *Innoc. ep. 3. c. 4. Raban. cap. 3. de pœnit.*

## C A P U T XIX.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus scripsimus, ut nullus adulter, nullus fornicator sacram ministerium debeat at-  
trectare. *Zachar. ep. 4. ante med.*

## C A P U T XX.

De eo, qui ad uxorem alterius comprehensus fuerit, quid judicandum sit, lectis legibus reperi-  
tis. Jam vero si ad Ecclesiam adulter confugerit, id judicandum ab Episcopo fore decernimus,  
quod sacros constat definiti canonos, vel sanctos apostolicæ sedis præsules, clarum est statuisse.  
*Nicol. ad consult. Bulgar. c. 28.*

## C A P U T XXI.

Si cuius uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxor irruerit, septem annis pœnitentiam agat. *Ancyr. c. 20. Vorm. c. 44. Mart. Brac. c. 77. Raban. c. 1. &c. 3. de pœnit.*

## C A P U T XXII.

*Dif. 28. q. 9. Presbyter.* Si presbyter uxor duxerit, deponatur ab or-  
dine; si fornicator, vel adulter est, eiiciatur, &  
agat pœnitentiam. *Neocæs. c. 1. refert Magne. sub Arnulph. c. 17. Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 25. Mart. Brac. c. 27. Burch. lib. 2. c. 108. Ivo vol. 1. 3. tit. 8. c. 8. panorm. & part. 6. c. 185. decret.*

## C A P U T XXIII.

Flamines qui post fidem lavacri, & regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint sceleris accidente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit nec in fine accipere communionem. *Elib. c. 2.*

## C A P U T XXIV.

Item Flamines, &c. si post pœnitentiam fue-  
rint mœchati, placuit ulterius eis non esse dan-  
dam communionem, ne lusiste de dominica com-  
munione videantur. *Elib. c. 3.*

## C A P U T XXV.

*Rigor bic institutus in principio, mo- posita ab Eccl. cap. 7.* Si fidelis post lapsum mœchia post tempora  
constituta acta pœnitentia denuo fuerit fornicato-  
ratus est tunc, nec in fine habeat communionem. *Eliber.*

## C A P U T XXVI.

Episcopi, presbyteri, diacones si in ministerio positi detecti fuerint, quod sint mœchati; & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine communionem accipient. *Eliber. cap. 18.*

## C A P U T XXVII.

Subdiaconem ordinari non debere, qui in adolescencia sua fuerit mœchatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum non sit promovendus; antea ordinati amoveantur. *Elib. c. 30.*

## C A P U T XXVIII.

Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, ad communionem admittantur. *Elib. c. 31.*

## C A P U T XXIX.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed saepe fuerit mœchatus, in fine mortis est convenientius: quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursus fuerit mœchatus, non edat ulterius de communione pacis. *Elib. c. 47.*

## C A P U T XXX.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, nec in fine dandam communionem, quod geminaverit scelus. *Elib. c. 63.*

## C A P U T XXXI.

Si qua mulier usque in finem vitæ suæ cum alieno fuerit mœchata, nec in fine dandam communionem. Si eum reliquerit post decem annos, recipiat ad communionem, acta legitima pœnitentia. *Elib. c. 64.*

## C A P U T XXXII.

Si clerici uxor fuerit mœchata, & sciat maritus, neque eam statim projicerit, nec in fine accipiat communionem, ne ab his, qui exemplum bona conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere. *Elib. c. 65.*

## C A P U T XXXIII.

Catechumena, si per adulterium conceperit, & conceptu necaverit, in fine baptizetur. *Elib. 68.*

## C A P U T XXXIV.

Si habens uxor semel lapsus fuerit, quinquennio agat pœnitentiam, & sic reconcilietur, nisi necessitas cogat ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas observandum. *Elib. c. 69. Ivo part. 8. c. 281. decret. Pœnit. Rom. tit. 3. c. 4.*

## C A P U T XXXV.

Si conscientia marito fuerit mœchata uxor, placuit nec in fine dandam ei esse communionem. Si eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem. *Elib. c. 70.*

## C A P U T XXXVI.

Si quis fidelis habens uxor cum Judæa, vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni. *Elib. c. 78.*

## C A P U T XXXVII.

Si quorumcumque clericorum uxores pecca-  
*33. q. 2. c. Placuit. 10. ve-*

verint, ne forte peccandi licentiam plus habent, accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi, ac ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria, non mortifera, eas cogentes, ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia non habeant. Cum uxori bus autem ipsis, quæ peccaverint, nec cibos sumant, nisi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, revertantur. *Tolet. I. c. 7.*

## C A P U T XXXVIII.

*Matt. 5.* Eos, qui reliquis uxoribus suis, sicut in Evangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sive adulterii probatione, alias duxerint, statuimus a communione esse arcendos. *Venet. c. 2.*

## C A P U T XXXIX.

Si quis lectorum, vel ostiariorum adulteræ mulieris voluerit misceri, vel adhaerere consortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. *Tarrac. c. 9.*

## C A P U T XL.

His, qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, post septem annorum curricula communio tribuatur. *Ilerd. c. 2. Magunt. sub Raban. c. 21. Raban. c. 11. de pœnit. Burch. lib. 17. c. 52. Cœf. lib. 19. part. 277. Ivo part. 10. c. 182. decret.*

## C A P U T XLI.

*Dif. 34. c. 8.* Si quis de laicis, post uxorem, aliam cuiuscumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur. *Gerund. c. 8. Burch. lib. 2. c. 38. Ivo part. 6. c. 139. decret.*

## C A P U T XLII.

Si de adulterii permixtione fuerit (*Antistes, aut clericus*) comprobatus, in regradatione honorum, priorum canonum statuta serventur, in quibus communicationibus Metropolitanus a co-provincialibus suis, co-provincialis a Metropolitanu cum reliquis co-provincialibus distingatur. *Aurel. III. c. 4.*

## C A P U T XLIII.

Si quis clericus adulterasse aut confessus fuerit, vel convictus, depositus ab officio, communione concessa, in monasterio toto vitæ suæ tempore trudatur. *Aurel. III. c. 7. Ius lib. 3. tit. 11. c. 11. panorm. Cœf. part. 8. c. 285. decret.*

## C A P U T XLIV.

Si quæ mulieres fuerint prolapsæ in adulterium cum clericis, distictione clericis adhibita, mulieres ipsæ, prout sacerdoti visum fuerit, distictioni subjaceant, & a civitatibus, ut sacerdos præcepit, repellantur. *Aurel. IV. c. 28.*

## C A P U T XLV.

Si presbyter, diaconus, subdiaconus infantes procreaverit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicet. *Antifod. c. 20.*

## C A P U T XLVI.

Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumplerit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendaverit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, ad pœnitentiam agendam in alio

monasterio retrudatur. *Antifod. cap. 23.*

## C A P U T XLVII.

Si conjugatus fuerit incontinentia adulterii incurrat lapsus, redeat ad pristinum <sup>33. q. 2. c.</sup> conjugium, quoque possit adipisci temporis maturitate continentia statum. Nos idem de feminis, ut de viris censemus pro humana fragilitate indolunt ea ratione, ut si is, qui pœnitente non est legibus deditus, ante ab hac vita deceperit, quam ex consensu alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad uxoris transire aplexus: si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit benedictionem pœnitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius consortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo a nobis decretum est, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod æratem aptam perspexerit, pœnitentia absolutionis, vel distinctionis tribuat legem. *Tolet. VI. c. 8. Cœf. lib. 15. c. 70.*

## C A P U T XLVIII.

Si quis Episcoporum magnatis cuiusquam uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illum gradu adhibito pertinacem quacumque fraude, vel subtilitate adulterina pollutione foedaverit, & honoris proprii gradum amittat, & sub exilio relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus est. *Tolet. XI. c. 5.*

## C A P U T XLIX.

Qui alterius sponsam, vivo sponso, ducit, adulterii crimen subjaceat. *Trull. c. 99.*

## C A P U T L.

Falsos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos, & clericos de peculiis Ecclesiarum abstulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus. *Franc. syn.*

## C A P U T LI.

Provideant viri potentes, & maxime potentes fœminæ, ut in suis domibus adulteria, & luxuria concubinatio, & incesta adulteria non vigeant, & suis presbyteris, qui cum eis in capellam vadunt, hujusmodi virtutem habere faciant. *Meld. c. 74.*

## C A P U T LII.

Plurimi vestrum fornicationes, & adulteria sine timore divino, & sine humana verecundia faciunt. Audiant Apostolum Paulum dicentem: *Fornicatores, & adulteros judicabit Deus*, id *Heb. 13. est, damnabit*. Audiant etiam eundem dicentem: *Horrendum, id est, timendum est, incidere Heb. 10. in manus Dei viventis. Syn. Tull. in epist. ad Rotherum, & alios.*

## C A P U T LIII.

Ut raptiores, & adulteri vel rapaces, qui sicut ait Apostolus: *Regnum Dei non consequentur*, <sup>1. Cor. 6.</sup> cum quibus etiam, sicut ipse præcipit, nec cibus sumendus est, censura, & severitate principum, qui non sine causa gladium portant, insequantur, quo ad usque sacerdotum judicio publice Ecclesiasticae subdantur disciplinæ. *Tull. part. ult. cap. ult.*

## C A P U T LIV.

Si Episcopo, at presbytero causa criminalis, <sup>z. q. 5. c. ult.</sup> hoc

## 502 Juris Pontificii Veteris Epitome

hoc est homicidium, adulterium, &c. imputatum fuerit, in singulis missam celebrare, & secretam publice dicere, & communicare debet, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere. Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus Ecclesiæ habeatur extraneus. *Vormat. c. 10. Burch. lib. 2. c. 199. Ivo part. 6. c. 272. decret.*

### C A P U T L V.

Si quis legiūm duxerit uxorem, & impendiente quacumque domestica infirmitate, uxoriū opus non valens implere cum illa, frater vero ejus, fraudente diabolo, adamatus ab ipsa clanculo eam humiliaverit, & violatam reddiderit, omnimodo separantur, & a neutro ulterius eadem mulier contingatur, &c. *Trib. c. 41.*

### C A P U T L VI.

De his, qui in adulterio juncti per incentiva libidinis malæ filium, vel filiam generunt, canonice præjudicamus, ut quando ab Episcopo iusta divisione separantur, eo tenore sejungantur, ne ultra spe reversionis deludantur. Quare si quid inter le proprietatis, aut pecuniæ communī donatione tradiderunt, utique communi servent infantī. De reliqua vero proprietate, & pecunia nullam ulterius habeant communionem, sed uterque sua provideat, & ut velit, faciat. Et ut hoc verius credatur, atque firmius observetur, verbo Domini præcipimus, & canonica, atque synodali impositione injungimus, quatenus jumento colligentur, deinceps, & ultra sub uno non cohabitare testo, nec familiari frui colloquio, excepto in Ecclesia, & in publico: nec ullam habere communionem in proprietate, aut mancipiis, vel pecunia siue ullis rebus, unde suspicio luxuriosi facti, aut scandalum libidinosi desiderii juste possit oriri. *Tribur. c. 49.*

### C A P U T L VII.

Si cujas uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehensuñ fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem: illa vero septem annis publice pœnitieat. Vir vero ejus, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. Quod si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat, & exacta pœnitentia, post septem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma & in muliere servabitur, si eam vir ejus adulteravit. *Nannet. c. 12.*

### C A P U T L VIII.

Si vir non habens uxorem alterius uxorem adulteravit, aut si qua mulier non habens virum cum alterius viro, ille, qui fœdus violavit conjugii, septem annis, ut supra dictum est, pœnitieat; ille, qui lege conjugii non tenetur, quinque annis pœnitieat. *Nannet. c. 14. Burch. lib. 9. c. 70. Ivo part. 8. c. 207. decret. & Pœnit. Rom. tit. 3. c. 3.*

### C A P U T L IX.

Interrogatum est, si duo in adulterio inculpati fuerint, & unus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum esset. Decretum est etiam a sancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili judicio se expurget, & qui professus fuerit, digne pœnitentiam agat. *Salegunt. c. 7. post Burch. decret. Ivo part. 15. c. 173. decret.*

### C A P U T L X.

Statuit sancta synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negaverint, & orant sibi concedi, ut alter illorum utrosque divino purget judicio. Si unus in hoc ceciderit, ambo rei habentur. *Salegunt. c. 14. post Burch. decret. Ivo part. 15. c. 180. decret.*

### C A P U T L XI.

Si cuius uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorē irruerit, septem annis pœnitentiam agat. *Mart. Bracar. cap. 77. Ancyrr. c. 20. Vormat. c. 44.*

### C A P U T L XII.

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat: conversio autem, & fides pœnitentis compendiatur tempus. *Mart. Brac. c. 18.*

### C A P U T L XIII.

Masculorum, & animalium initores, & homicidæ, & benefici, & adulteri, &c. eadem condamnatione digni habeantur. *Basil. ep. ad Amphiphiloch. c. 7.*

### C A P U T L XIV.

Domini dictum secundum sententiaz consequentiam ex æquo & viris, & mulieribus convenit; quod non liceat a matrimonio discedere præterquam propter fornicationem. Consuetudo autem non ita habet, sed in mulieribus quidem multum accurate, & diligenter observari inventimus, cum Apostolus quidem dicat; quod, qui adhæret meretrici, fit unum corpus, &c. consuetudo vero etiam adulterantes viros, & in fornicationibus versantes jubet a mulieribus retineri. Quare quæ cum viro dimisso cohabitare, nescio an possit adultera appellari: crimen enim attigit mulierem, quæ dimisit. Quamnam ob causam a conjugio deceffit? si enim pulsata, & verberata non ferens, pati satius erat, quam a conjugi separari, sive jastram in pecuniis non ferens, nec ipsa est justa excusatio. Sin autem quod ipse vivat in fornicatione, non habent hanc observationem in Ecclesiastica constitutione, sed etiam infidelis viri iusta est mulier non separari, sed remanere propter incertitudinem eventus. Quid enim scis mulier, an virum sis servatura? Quare quæ relinquit, est adultera, si ad alium virum accessit. Qui autem relinquit, est dignus venia, & qui ei cohabitat, non ideo condemnatur. Sed si vir, qui ab exore discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulter, quoniam fecit eam adulterari, & quæ ei cohabitat, est adultera, eo quod alienum virum ad se traduxit. *Basil. epist. ad. Amphiphiloch. c. 9. Quæ cura vir fecessit, & non appetet, antequam de ejus morte certior facta sit, cum alio cohabitavit, moechatur. Basil. ad Amphiphiloch. cap. 31.*

### C A P U T L XV.

Adulteras mulieres, & confitentes, vel quomodocumque convictas publicare quidem patres nostri prohibuerunt, ne convictis mortis causam prebeamus, eas autem stare sine communione jusslerunt, donec impleretur tempus pœnitentiaz. *Basil. ep. ad Amphiphiloch. c. 34.*

### C A P U T L XVI.

Qui, postquam aliena ei ablata fuerit, uox

2. q. 5. c. 24.

rem duxit, in prima quidem adulterii accusatur, in secunda vero reus non agetur. *Basil. ad Amphiloch. c. 37.*

## C A P U T L X V I I .

Quæ vivit cum adultero, est omni tempore adultera. *Basil. ad Amphiloch. c. 39.*

## C A P U T L X V I I I .

*Matt. 5.* Quæ a marito dimissa est, mea quidem sententia manere debet. Si Dominus autem dixit: *Si quis reliquit uxorem, præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo, quod eam adulteram nominat, excludit eam a societate cum alio.* Quomodo enim potest vir quidem esse reus, ut auctor adulterii, mulier autem nulli esse culpæ affinis, quæ adultera appellata est propter consuetudinem cum alio viro? *Basil. ad Amphiloch. c. 48.*

## C A P U T L X I X .

Qui adulteravit, in quindecim annis sacramentis non communicabit. In his autem annis sic quoque dispensabitur: quatuor annis erit deflens, & duobus audiens, quatuor substratus, in duabus subsistens sine communione. *Basil. ad Amphiloch. c. 58.*

## C A P U T L X X .

Uno anno defleant, biennio audiant, triennio substernantur, septimo cum fidelibus consistant, & ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis poenitentiam egeriat, qui duas sorores in matrimonium accipiunt, et si diversis temporibus. *Basil. ad Amphil. c. 76.* ♂ *77. Trull. c. 87.*

## C A P U T L X X I .

Eorum, quæ ad cupiditatem, & voluptatem sunt peccatorum, hæc est divisio, hoc enim vocatur adulterium, illud vero fornicatio. Ac non nullis quidem eorum, qui sunt subtiliores, placuit etiam fornicationis peccatum adulterium esse existimare, quoniam una est legitima conjunctio & uxoris cum marito, & mariti cum uxore, quidquid ergo non est legitimum, est omnino injustum, & legi contrarium, & qui non habet proprium, habet omnino alienum: *Hominis enim una tantum data est auxiliatrix;* ♂ *mulieri unum appositum est caput.* Ergo, si quis quidem proprium vas suum, ut divinus Apostolus nominat, possederit, ei lex naturæ justum usum concedit; si quis autem extra proprium conversus fuerit, erit omnino in aliena, est autem unicuique alienum, quidquid non est proprium, etiam si id non confiteatur, qui est Dominus. Non longe ergo a peccato adulterii fornicatio ab iis, qui rem paulo accuratius examinant, suscepta est, &c. Sed quia in becillorum fuit patribus cura gerenda, distinctum est peccatum hac generali divisione; quod fornicatio quidem dicatur cupiditatis, seu libidinis expletio, quæ fit sine alia aliquibus injuria: adulterium vero, insidia, & injuria, quæ alteri affertur. In eo autem & cum animalibus coitum, & pædicatum esse existimant, quoniam hæc sunt naturæ adulterium, in id enim, quod est alienum, & quod est præter naturam, fit injustitia. *Gregor. Nyssen. epist. canonica cap. 4.*

## C A P U T L X X I I .

Quæ in adulterio, & in reliquis immunditiæ

generibus fit iniustitas, eodem judicio punietur, quo & fornicationis scelus, sed tempore duplicabitur. *Greg. Nyssen. epist. citata ad Letojum.*

## C A P U T L X X I I I .

Libuit nobis inserere sententiam cuiusdam patris, in qua magna brevitate quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis Dominum Deum diligere, &c. deinde non occidere, non adulterari, non facere furtum. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21. ex Clem. epist. 1. ante fin.*

## P A R S S E X T A .

*De raptoribus fæminarum.*

## C A P U T I .

**Q**UI rapiunt mulieres prætextu conjugii, & <sup>c. 1. ♂ c. 4.</sup> *Eos, adjutores, ac consentientes, si clerici sunt, de pueris.* *Chalced. cap. 27. Trull. cap. 93. Vormat. c. 77.* *Troslejan. cap. 8. Capitul. lib. 1. cap. 104. ♂ lib. 7. cap. 183. Burch. lib. 9. cap. 35. Ivo part. 8. cap. 173. ♂ 174. ♂ 322. decret. ♂ lib. 6. tit. 3. cap. 12. panorm. Anselm. lib. 10. cap. 49. Cæsar. lib. 10. cap. 84.*

## C A P U T I I .

Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel <sup>c. 1. ♂ c. 5.</sup> contentiens ei, anathema sit. *Gregor. II. in synod. Rom. cap. 10. Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. cap. 11. Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 11. panorm. ♂ part. 8. cap. 149. decret.*

## C A P U T I I I .

Si quis virginem, nisi despontaverit, rapuerit, <sup>Ibidem.</sup> vel furatus fuerit in uxorem, vel contentiens ei, anathema sit. *Gregor. II. in synod. Rom. cap. 11. Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. c. 12. Ivo part. 8. cap. 150. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 229.*

## C A P U T I V .

Si quis temerario ausu præsumperit virginem, aut viduam furari in uxore n, præter si despontam habuerit, anathema sit. *Zachar. in synod. Roman. cap. 7.*

## C A P U T V .

Qui virginem non sponsatam violaverit, excommunicetur, nec aliam ducat, sed eam, licet pauper sit. *Apost. cap. 67.*

## C A P U T VI .

Raptore viduarum, vel virginum ob immani- <sup>c. 1. ♂ c. 2.</sup> tatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui sacras virgines, vel volentes, vel invitatas matrimonio suo sociare temptaverint. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspensi precipimus. *Synmach. epist. 1. cap. 3. Anselm. lib. 10. cap. 58. Tarrac. lib. 6. cap. 249.*

## C A P U T VII .

Desponsatas puellas, & postea ab aliis raptas <sup>c. 1. ♂ c. 2.</sup> reddi placet sponsis, et si vis ab aliis illis illata fuerit. *Ancyr. cap. 10. Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. cap. 38. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 17. panorm. ♂ part. 8. cap. 176. decret. Anselm. lib. 10. cap. 8. Cæsar. lib. 10. cap. 61.*

## C A P U T VIII .

Puellæ sponsus ejus fororem vitiavit, & sibi habuit, duxit postea sponsatam; vitiata vero se interemit: decennium poenitentia per gradus, qui in hoc facto se miscuerunt. *Ancyr. c. 25. G. 24. L. CA-*

## C A P U T   IX.

36. q. 1. De raptoribus, & eam vim pallam confiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate concessa, aut serviendi conditioni subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si puella patrem habeat, & puer raptori contenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius. Aurel. cap. 2. al. 4. Raban. cap. 22. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 191. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 1. panorm. & part. 3. cap. 108. decret. Anselm. lib. 10. cap. 57. Cæsar. lib. 10. cap. 89. & lib. 13. cap. 68.

C A P Ú T X.

36. q. 2.c.6. Nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum, aut rapere præsumat, aut Regis beneficio æstimet postulandam. Quod si fecerit, similiter ab Ecclesiæ communione remotus, anathematis damnatione plectatur. *Paris.*  
*cap. 6. Ivo part. 8. cap. 25. decret.*

## C A P U T XI.

De raptoribus viduarum, ac virginum dignum  
duximus, ut ab universis comitibus omni aisu  
investigentur, & inventi condigna investiture ex  
auctoritate Imperiali castigentur, ut a tam illi-  
cita præsumptionis audacia ipsi coerceantur,  
& cæteri hoc admittere volentes terreantur.  
*Aquisgr. II. sub Ludov. part. ult. cap. 24.*

## C A P U T X I I.

Raptore virginum, & viduarum, qui etiam postea voluntate parentum eas quasi desponsantes, sub dotalitii nomine in conjugium duxerunt, publicæ pœnitentiaæ subigantur, & post publicam pœnitentiam, prout præviderit Episcopus, perætam, ne in pejus corruant, iterum convenientes de cætero eleemosynis, & cæteris quibusque religiosæ, & salutiferæ conversationis actionibus inservire procient, usquequo ab opere conjugali ex consensu se valeant abstinere. *Melden.* c. 64.

## CAPUT XIII.

36. q. 2. Si autem, c. 30. Hi, qui necdum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum sub præfato despensionis, vel dotalitii nomine in conjugium sumptas habent: quando omnium aures hæc in fuerit constitutio promulgata, ab earum conjunctione separantur, & publicæ poenitentiæ subigantur, raptæ autem legaliter parentibus restituantur, &c. Melden. cap. 65. Burch. lib. 9. cap. 39. Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 13. panorm. & part. 8. cap. 177. decret.

## C A P U T X I V.

Qui deinceps rapere virgines, vel viduas præsumplerint, secundum synodalem B. Gregorii definitionem, ipsi, & complices eorum anathematizentur, & raptiores sine spe conjugii perpetuo maneant. Melden. cap. 66. Gregor. II. in synod. Roman. cap. 10. & 11. Burch. lib. 9. cap. 34. Ivo part. 8. cap. 177. decret.

## CAPUT XV.

Qui sanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progreſſu etiam criminis in conjugium ſumunt, publicæ poenitentiæ, juxta modum, quem præviderit Episcopus, ſubigantur. Ipfæ vero locis congruis poenitentiæ retrudantur, & ad

habitum religionis redire cogantur; uterque autem sine ulla spe uxoriæ copulationis perenniter maneat, &c. Melden. c. 67. Burch. lib. 8. c. 52.

## C A P U T X V I .

De his, qui sponsas alienas rapiunt, vel consensu parentum accipiunt, antiqua & synodalis sententia obseruetur, &c. nullo modo ut ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ acceptor sine publica transeat penitentia, & sponso legaliter multam componat. Quod si his obediere renuerit, sine ulla refragatione anathematizetur, &c. *Melden. cap. 68. Burch. lib. 9. cap. 32. Ivo part. 8. cap. 170. decret.*

## C A P U T XVII.

Pari tenore excommunicatus est quidam homo vocabulo Theodricus cum complicibus suis, quia quandam viduam fugiendo prostratam super corpus sancti Eventii rapuit, & de monasterio traxit, & in uxorem sibi eam taliter sociavit.  
*Meten. cap. 7.*

## C A P U T X V I I I .

Est quædam species rapinæ, vel potius sacrilegii, quam ex ipso actu rustico raptum vocant; quod quantum sit malum, non tantum divina, sed humana quoque auctoritate damnatum, paucis monstrabimus verbis. Ac primo de puellis raptis, & nondum despontatis in concilio Chalcedonensi ita habetur: „ Eos, qui rapiunt puellas 36. q. 2. c. „ sub nomine simul cohabitandi, cooperantes, 1. Q. 4. „ & conniventes, decrevit sancta synodus, ut si „ qui clericis sunt, decendant a gradu proprio, si „ vero laici anathematizentur“. Quibus verbis aperte datur intelligi, qualiter hujus mali autores damnandi sunt, quando participes, & conniventes tanto anathemate feriuntur. Et quod juxta canoniam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vendicare nullatenus possint in concilio Ancyrano cap. 10. legitur, &c. „ Statu- 37. q. 2. c. „ tum est, ut raptor publica pœnitentia mul- 34. „ etetur; raptæ vero, si soonus eam recipere no- „ luerit, & ipsa ejusdem criminis consentiens non „ fuerit, licentia nubendi alii non negetur; quod „ si illa consenserit, simili sententiæ subjaceat. „ Quod si post hæc ei se jungere præsumperit, „ utrique anathematizentur“. Quid autem lex Imperatorum de hujus modi raptoribus jubeat in libro v. capitular. c. 239. scire volens reperiet. Item in lib. vii. c. 245. de raptoribus viduarum, vel virginum, ita decernitur: „ Sancitum est, ut „ raptores viduarum, vel virginum ab Ecclesiæ „ communione pellantur“. Item de his, qui rapiunt foeminas, ut eas non habeant uxores, & quid de raptis agendum sit, ex eodem libro cap. 395. „ Placuit, ut hi, qui rapiunt feminas, 36. q. 2. c. „ vel furantur, aut seducunt, ut eas nullatenus 11. „ habeant uxores, quamvis postmodum conve- „ niat, ut eas dotaverint, vel nuptialiter cum „ consensu parentum acceperint. Si quis autem „ uxorem habere voluerit, canonice, & legali- „ ter eam accipiat, & non rapiat. Qui vero ra- „ puerit, aut furatus fuerit, vel seduxerit, num- „ quam eam uxorem habeat, sed propinquus suis „ eam reddat, & in triplo bannum dominicum „ componat, & insuper canonice publicam poe-

„nitentiam gerat. Ad quod omnes clamaverunt  
dicentes. Ista omnes tenere firmiter volumus,  
& in perpetuum ab omnibus conservari opta-  
mus“. *Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. cap.  
35. 36. Ivo part. 8. cap. 174.*

## C A P U T XIX.

Eos, qui ex raptu habent mulieres, si aliis qui-  
dem desponsas abripuerint, non prius oportet  
admittere, quam ab eis ablatae sint, & sint in eo-  
rum potestate, quibus desponsae fuerant, an eas  
velint accipere, an desistere. Si quis autem va-  
cantem acceperit, auferre quidem oportet, & suis  
restituere: illorum autem sententiæ permittere,  
sive sint parentes, sive fratres, sive quicumque  
alii præsent, & si ei tradere voluerint, matrimo-  
nium constituere; sia autem renuerint, non cogi.  
*Basil. ad Amphiloch. cap. 22.*

## C A P U T XX.

De his, qui rapiunt, canonem quidem anti-  
quum non habemus, sed propriam sententiam  
proferimus; ut ipsi, & qui cum eis rapiunt, tri-  
bus annis sint extra orationes. Quod autem non  
est violentum, nulli est pœna obnoxium, quan-  
do nec stuprum, nec furtum rem præcesserit.  
*Basil. ad Amphiloch. cap. 30.*

## C A P U T XXI.

Stupra, quæ per vim inferuntur, non sunt ac-  
cusationi obnoxia, quare etiæ ancillæ vis allata  
fuerit a proprio domino, ea a culpa est libera.  
*Basil. ad Amphiloch. cap. 49.*

## C A P U T XXII.

De Biste, qui in Ereba constitutus est presby-  
ter, quærendum est, & si alicui quidem mulieri  
separatae vivente marito vim attulit, non sinatur  
esse presbyter, nam nec ut laicus quidem debet  
communicare, cum eos, qui tales sunt, separare  
consueverit Ecclesia. *Theophil. Episc. Alexand.  
in commonitorio, c. 2.*

## P A R S S E P T I M A.

*De concubitu cum hominibus, & brutis.*

## C A P U T I.

*De except.*  
*Prelat. Gr.*  
*IX. c. 4. &*  
*in 1. coll. de*  
*cohabit. cler.*  
*cap. 12.*  
*Genes. 19.*

**Q**UICUMQUE INCONTINENTIAILLA, QUÆ CONTRA  
NATURAM EST, PROPTER QUAM VENIT IRA DEI  
IN HILOS DIFFIDENTIAE, & QUINTAE CIVITATES IGNE CON-  
SUMPLIT, DEPREHENSÌ FUEINT LABORARE; SI CLERICI  
FUEINT, EFFICIANTUR A CLERO, VEL AD PŒNITENTIAM  
AGENDAM IN MONASTERIIS DETERUDANTUR; SI LAICI EX-  
COMMUNICATIONI SUBDANTUR, & A COÆTU FIDELIUM  
FIANT PRORSUS ALIENI. *Alex. III. in concil. Later.  
cap. II.*

## C A P U T II.

*De vita, &*  
*beneſt. cler.*  
*Greg. IX. c.*  
*12. & in 4.*  
*coll. cap. 2.*

UT CLERICORUM MORES, & ACTUS IN MELIUS RE-  
FORMENTUR, CONTINENTER, & CASTE VIVERE STUDEANT  
UNIVERSI, PRÆSERTIM IN SACRIS ORDINIBUS CONSTITUTI  
AB OMNI LIBIDINIS VITIO PRÆCAVENTES, MAXIME IL-  
LO, PROPTER QUOD IRA DEI VENIT DE CÆLO IN FILIOS  
DIFFIDENTIAE, QUATENUS IN CONSPETU DEI OMNIPOTENTIS,  
PUTO CORDE, & MUNDO CORPORE VALEANT  
MINISTRARE. NE VERO FACILITAS VENIAE INCENTIVUM  
TRIBUAT DELINQUENDI, STATUIMUS, UT QUI DEPRE-  
HENSÌ FUEINT INCONTINENTIAE VITIO LABORARE, PROUT  
MAGIS, AUT MINUS PECCAVERINT, PUNIANTUR, SECUN-  
DUM CANONICAS SANCTIONES, QUAS EFFICACIUS &  
DISTRICTUS PRÆCIPIMUS OBSERVARI, UT QUOS DIVINUS  
*Tom. VI.*

timora malo non revocat, temporalis saltem  
poena a peccato cohibeat. Si quis igitur hac de  
causa suspensus, divina celebrare præsumperit,  
non solum Ecclesiasticis beneficiis spoliatur, ve-  
rum etiam pro hac duplii poena perpetuo depo-  
natur. Prælati vero, qui tales præsumperint in  
suis iniquitatibus sustinere, maxime obtenui pe-  
cuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari sub-  
jaceant ultiōni. Qui autem secundum regionis  
sue morem non abdicarunt copulam conjugalem,  
si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimō  
matrimonio possint uti. *Innoc. III. in conc. gen.  
Later. c. 14.*

## C A P U T III.

Qui cum brutis\* se immiscuerint, vel miscent,  
qui ante vigesimum annum peccaverunt quin-  
decim annis pœniteant: communione ora-  
tionum quinquennio utantur; postea ad oblatio-  
nem admittantur. Examinetur autem vita eo-  
rum pœnitentia tempore, & humanitate fruan-  
tur. Qui saepius peccarunt, magis pœniteant.  
Qui majores viginti annis, & uxores habentes  
peccarunt, vigintiquinque annis pœniteant: quin-  
que annis orent, postea admittantur ad oblatio-  
nis communionem. Qui vero uxores habent, &  
majores quinquaginta annis sunt, in exitu vitæ  
communionem accipiunt. Qui eorum leprosi  
sunt, aut fuerunt, hi interfuriosos orent. *An Cyr.  
c. 17.* [leprosos interpres intelligit, qui alios pec-  
catores esse fecerunt, & furiosos intelligit energu-  
menos. *Mart. Brac. c. 82. Rab. c. 6. de paenit.  
Capitul. lib. 1. cap. 49. Burchard. lib. 17. cap.  
31. Ivo part. 9. cap. 89. decret. Anselm. lib.  
11. c. 96.*

## C A P U T IV.

Stupratoribus puerorum nec in fine dandam  
esse communionem. *Elib. c. 71.*

## C A P U T V.

Ne occasio famam laceret honestatis, quia  
aliqui laici, dum diversa perpetrant adulteria,  
hoc, quod de se sciunt, in aliis suspicantur, sicut ait  
Seneca: *Pessimum in eo vitium esse, qui in id,*  
*quo insanit, ceteros putat furere, &c.* Nullus  
sacerdotum, aut monachorum colligere alium in  
lecto suo præsumat. *Turon. II. c. 15.*

## C A P U T VI.

Sancimus, ut qui hujus nefariae actionis patra-  
tores extiterint, quique in his turpitudinibus  
se implicari permiserint, & contra naturam ma-  
sculi in masculos hanc turpitudinem operati fue-  
rint, si quidem Episcopus, presbyter, aut diaconi  
fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, per-  
petui exilii manebit damnatione percussus: si ve-  
ro cuiuslibet ordinis, gradusve personæ talibus  
collusionis noxis reportæ fuerint implicatae, il-  
lius legis, quæ de talibus est edita, nihilominus  
ferientur sententia, atque ab omni christianorum  
sint alieni caterva, & insuper centenis verberi-  
bus correpti, ac turpiter decalvati, exilio inan-  
cipentur perpetuo; ita ut nisi tam eos, qui reli-  
gionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam  
alios, ut diximus, cujuscumque ordinis homines  
digna satisfactio pœnitentia accipere corpus &  
sanguinem Christi in fine permiserit, aut christi-

## 506 Juris Pontificii Veteris Epitome

colarum societati reddiderit, nec in exitus sui die, secundum canorum instituta, communionis perceptione se noverint relevari, nec catholicorum coemui aggregari. *Toler. XVI. c. 3. in legibus Wiggothorum lib. 4.*

### C A P U T VII.

Cum miseria humana multifariis fragilitatis suarum excelsibus, creatoris sui incomparabilem dulcedinem raptissime ad amaritudinem provocet, tunc gravius, sceleratusque in eum delinquit, quando contra naturam peccat, &c. Quisquis tanti sceleris patratorum se esse meminit, dum tempus acceptabile, diesque salutis existit, per confessionem, & poenitentiae satisfactionem sibi consulere non differat, &c. Patratores tam nefandissimi, Deoque detestabilis viiiii, secundum judicium canonicum, quod in Ancyritano concilio sub titulo sextodecimo continetur, judicentur. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. I. c. 34.*

### C A P U T VIII.

Sunt sane diversorum malorum patratores, quos & lex divina improbat, & condemnat, pro quorum etiam diversis sceleribus & flagitiis populus fame, & pestilentia flagellatur, & Ecclesiæ status infirmatur, & regnum periclitatur, &c. sicut sunt diversarum pollutionum patratores, quas cum masculis, & pecoribus nonnulli diversissimis modis admittunt, quae incomparabilem dulcedinem piissimi creatoris ad amaritudinem provocantes tanto gravius delinquunt, quanto contra naturam peccant. Pro quo etiam scelere igne celesti conflagratae, infernique hiatu quinque absorptæ sunt civitates, nec non & quadraginta, & eo amplius millia stirpis Beniaminiæ mucrone fraterno confossa sunt. Hæc porro judicia, & evidentes vindictæ declarant, quam execrable, & detestabile apud divinam majestatem hoc vitium extet. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 2.*

### C A P U T IX.

Extant & alia diversorum criminum mala, quæ improbat, & condemnat lex divina, pro quibus populus vastitate, & gladio, fame, & pestilentia atteritur, & Ecclesiæ status infirmatur, regnumque periclitatur: ut sunt nefandissimæ cum masculis, aut pecoribus pollutiones, pro quibus dulcis, & benignus Deus noster ad amaritudinem iracundiæ tanto gravius provocatur, quanto contra naturam fieri comprobantur. *Trosl. c. 15.*

### C A P U T X.

Masculorum, & animalium initores, & homicidae, & benefici, & adulteri, & idololatriæ eadem condemnatione digni habentur. *Basil. epist. ad Amphiloch. c. 7.*

### C A P U T XI.

Qui in brutorum concubitu suam impietatem profitetur, eadem ratione confitens servatur. (*punitur ut adulterer. Balsam.*) *Basil. ad Amphiloch. c. 62.*

### C A P U T XII.

Si quis ante viginti annos in cuiuslibet animalis commissione peccaverit, decem, & quinque annis in humilitate subjaceat ad Ecclesiæ januam, & post hoc aliis quinque annis in orationis com-

munionem receptus poenitentiâ agat, & sic gratiam suscipiat sacramenti. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in poenitentia egerit, & sic communionis miseriordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos habens uxorem, huic peccato irruerit, vigintiquinque annis humiliati subjaceat, & quinque annis orationibus tantum communicans, postea recipiat sacramentum. Quod si hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequatur; oportet autem tales inter dæmoniosos orare. *Mart. Brac. c. 81. al. 82. Ancyrr. c. 16. & 17.*

P A R S O C T A V A.  
*De stupro, & simplici fornicatione, aliisque peccatis ad luxuriam pertinentibus.*

### C A P U T I.

**S**ciphi vobis in epistola: „ Ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, &c. Nunc autem scripsi vobis non commisceri: Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, &c. cum ejusmodi nec cibum sumere “. *Paulus ep. I. ad Corinth. cap. 5. num. 9.*

### C A P U T II.

„ Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, &c. neque rapaces regnum Dei possidebunt, &c. Esca ventris, & venter escis: Deus autem hunc, & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori, &c. Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? absit. *Genes. 2. 22.*  
„ An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. O nne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis, quoniam membra vestra tempula sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri “. *Paul. I. ad Corint. c. 6. a num. 9. ad 19.*

### C A P U T III.

„ Fornicatio, & omnia in munditia, aut avaritia nec non invenitur in vobis, &c. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, &c. non habet hereditatem in regno Christi, & Dei “. *Paul. ep. ad Ephes. c. 5. n. 3. & 5.*

### C A P U T IV.

Virginis non desponsæ corruptor excommunicetur. *Apost. c. 68. al 66.*

### C A P U T V.

Observet unusquisque ne menstruatæ mulieri misceatur: hoc enim execrabile dicit lex Dei, &c. Sed & illa species castitatis observanda est, *Levit. c. 18.* ut ne passionem, & libidinis solius caussa, cum feminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia: quæ observantia, cum etiam in nonnullis peccatis inveniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationalibus, & Deum colentibus observeatur. *Clem. ep. 4. in fin.*

CA-

C A P U T VI.

<sup>17. q. 4. c. 6.</sup>  
Sicut, 12.  
Non gravius peccatum est fornicatio, quam sacrilegium. Sed sicut maius peccatum est, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari, &c. *Pius ep. 2. ante med.*

C A P U T VII.

Et hoc quæsum est, quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentia, & voluntatibus dediti in extremo fine viæ lux pœnitentiam simul, & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior; posterior interveniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur, &c. Sed postquam Dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici negantis veniam asperitatem, & doritiam sublequi videamur. *Innoc. epist. 3. ad Exuper. Tholos. Episc. cap. 2. Tribur. cap. 31.*

C A P U T VIII.

Qui homicidiis, vel fornicationibus contami-nati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti. *Leo epist. 90. cap. 18.*

C A P U T IX.

Si quis fidelis, post lapsum mœchiz, post tempora pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, nec in finem habeat communionem. *Elib. cap. 7.*

C A P U T X.

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit eam nec in fine accipere communionem. *Eliber. cap. 12.*

C A P U T XI.

<sup>\* accepterint.</sup> Virgines, quæ virginitatem suam non custo-dierunt, si eisdem, qui eas violaverunt, duxerint, & tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt, vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatae sint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem. *Eliber. cap. 14.*

C A P U T XII.

<sup>31. q. 1. c. 7.</sup> Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem ha-buerit maritum, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, communione reconcilietur. Si alium duxerit illo relicto, nec in fine dandam communionem. Si fuerit ille fidelis, quem accep-terit, communionem non accipiat, nisi post de-cem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem. *Eliber. cap. 72.*

C A P U T XIII.

In quibusdam Hispaniaz partibus filios suos pa-rentes interimunt fornicationis avidi, pietatis alieni, &c. Sacerdotes eorumdē locorum idē scelus cum judice curiosus querant, & sine capitali vin-dicta acriori disciplina prohibeant. *Tolet. III. c. 17.*

C A P U T XIV.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur,

qui cum mulieribus in balneo lavantur. *Trull. cap. 78.*

C A P U T XV.

Eos, qui ad animarum lapsus meretrices co-gunt, & alunt, si sint quidem clerici, deponi; si vero laici segregari. *Trull. cap. 86.*

C A P U T XVI.

Clerici fornicationem non faciant, &c. simili-ter decrevimus, ut laici homines legitime vivant, & diversas fornicationes non faciant. *Synod. Sueffion.*

C A P U T XVII.

Canticum turpe, atque luxuriosum circa ec-clesias agere omnino contradicimus, quod ubi-que vitandum est. *Magunt. cap. 48.*

C A P U T XVIII.

Provideant viri potentes, & maxime potentes feminæ, ut in suis domibus adulteria, & luxuriæ concubinaticæ, & incesta adulteria non vigeant. Et suos presbyteros, qui cum eis in capellam vadunt, hujusmodi virtutem habere faciant. *Mel-den. cap. 74.*

C A P U T XIX.

Si qua mulier non habens virum, aut vir non habens uxorem, fuerint fornicati, tribus annis pœniteant. *Nanner. cap. 13.*

C A P U T XX.

Omni fidelium ordini denuntiamus cavendos esse summopere libidinis estus; Domino per Evangelium præcipiente: *Sint lumbi vestri Luc. 12. præcincti.* Denique cum oporteat nos contra reliqua vitia omni virtute resistere contra libidi-nem non tam expedit repugnare, quam fugere. *Uade & Apostolus Paulus præcipit dicens: Fu-1. Cor. 6. git fornicationem; omne peccatum, quodcum-que fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Et iterum: *fornicatores, & adulteros judicabit Deus, &c. Heb. 13.* luxuria per se ipsam est turpis, cuius prima tela sunt oculorum, secunda verborum, &c. conva-lescit vero luxuria epulis, exardescit nimia satu-ritate ventris, perfodit animam pabulo ebrieratis; inter delicias namque pudicitia servatur difficile. Denique saturitas cibi, & potus mentem ad lu-sum, carnem movet ad luxum. Nec ideo tamen, quia delicia est potentum, minor debet esse cau-tela pauperum; quoniam & in serico, & in pan-nis exercet libido jus suæ potestatis, nec timet purpuram regum, nec spenit squalorem men-dicantium, & cum vitam animæ perimat, & au-ferat, cæcitatem quoque menti ingerit, ipsum etiam corpus cito debilitat, fractumque in misera-ram senectutem præcipitat, & nisi solius Dei mi-ferentis pieras manum benignissime extendens clementia jacentem sublevet, & antequam mors veniat, resipiscere faciat, in infernum hominem immegit, & in portas, & in poenas tartari trahit. Vnde denique illi, qui tunc habuerit terminum lu-xuriæ, quando, & vitæ, &c. Hoc omni gradui, omni ordini, & utrique obtestamur sexui putri-dam potius fugere luxuriam, & succinctis lum-bis castitatem tenere virtutem, scientes pro certo verissimam esse vocem Apostolicam quæ inter cætera terribiliter clamat: *Neque fornicarii, ne-1. Cor. 6. que*

## 508 Juris Pontificii Veteris Epitome

*que adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Tresljan. cap. 10.*

### C A P U T XXI.

Non cibi nos gravant sancte Papa, &c. Et hoc quoque quod captivæ mulieres corruptæ fuerunt barbaris earum corporibus insolenter abutentibus. Sed si prius quoque damnata vita fuerit, procul ab oculis abeuntibus, ut dicitur, fornicationibus, ut scriptum est, forniciarius scilicet habitus est, etiam tempore captivitatis. *Greg. Thaumaturgus, cap. 1.*

### C A P U T XXII.

Si vir cum muliere cohabitans, postquam matrimonio non deleatus in fornicationem incidet, eum fornicatorem judicamus, & eum penitus amplius gravamus; canonem tamen non habemus, qui eum adulterii criminis subiiciat, si in solutam a matrimonio peccatum commissum sit: *Nam adultera quidem, inquit, polluta polluitur, & ad virum suum non revertetur, & qui adulteram detinet, stultus est, & impius.* Qui autem fornicatus est, non excludetur a cohabitatione cum uxore, quemadmodum mulier maritum suum a fornicatione revertentem excipiet, vir autem eam, quæ polluta est, a suis ædibus amandabit. Aceorum quidem ratio minime est facilis, consuetudo autem sic invaluit. *Basil. ad Amphiloch. cap. 21.*

### C A P U T XXIII.

Ei, qui mulierem vel vi, vel clam esse vitiatam habet, necesse est fornicationis poenas impunere: est autem in quatuor annis præfinitum fornicatoribus supplicium. Oportet autem eos anno primo a precibus expelli, & ipsos deflere ad fores ecclesiæ. Secundo autem ad auditionem admitti. Tertio admitti ad poenitentiam. Quarto ad congregationem cum populo abstinentes ab oblatione. Deinde eis permitti boni communionem. *Basil. ad Amphiloch. cap. 22.*

### C A P U T XXIV.

Qui a se stupratam mulierem detinet, stupri quidem poenam subibit, ei autem mulierem habere permittitur. *Basil. ad Amphiloch. cap. 25.*

### C A P U T XXV.

Fornicatio non est matrimonium, sed nec initium matrimonii. *Basil. ad Amphiloch. c. 26.*

### C A P U T XXVI.

Puellæ, quæ præter patris sententiam fornicatores secutæ sunt, reconciliatis parentibus, videatur res remedium accipere, sed non protinus ad communionem restituuntur, sed triennio punientur. *Basil. ad Amphiloch. cap. 38.*

### C A P U T XXVII.

Quæ præter Domini sententiam se viro tradidit, fornicata est. *Basil. ad Amphiloch. cap. 40.*

### C A P U T XXVIII.

Quæ sine iis, qui habent potestatem, fiunt matrimonia, sunt fornicationes. *Basil. ad Amphiloch. cap. 42.*

### C A P U T XXIX.

Fornicator septem annis non communicabit, duobus deflens, & duobus audiens, & in uno solo consistens, octavo autem ad communionem ad-

mittetur. *Basil. ad Amphiloch. cap. 59.*  
C A P U T XXX.

Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessaverit, ad legendum recipietur, manens non ulterius promovendus. Quod si absque desponsatione furtim coerit, cessabit a ministerio. Idem & minister. *Basil. ad Amphiloch. cap. 68.*

### C A P U T XXXI.

In iis, qui diligentiore conversione usi fuerint (*loquitur de iis, qui in fornicationem incedunt*) licet ei, qui dispensat pro ecclesiastice cœconomiae utilitate tempus auditionis contrahere, & celerius ad conversionem deducere, & rursus hoc quoque tempus contrahere, & celerius communionem reddere, ut sua probatione, ejus, cui medela adhibetur, constitutionem indicet. *Greg. Nyssen. epist. canonica cap. 4.*

### C A P U T XXXII.

Ejus cui medela adhibetur, affectio considerabitur, quomodo & in iis, qui fornicationis inquinamento illaqueati sunt; ut vel citius, vel tardius, eis sit boni participatio. *Greg. Nyssen. epist. canon. cap. 4.*

### C A P U T XXXIII.

Qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur; in tribus autem sint solius auditionis participes, in tribus autem aliis, cum his, qui in conversione substernuntur, precentur, & tunc sint sacramentorum participes. *Greg. Nyssen. ep. canon. cap. 4.*

### P A R S N O N A.

*De illo, qui nefarias nuptias ignarus contraxit.*

### C A P U T I.

D E presbytero, qui per ignorantiam nefarii nuptiis implicatus est, definivi, quod oporteat esse quidem cathedralē participem, a reliquis autem actionibus abstinere, ei enim sufficit venia: ut is autem aliis benedicat, qui sua debet negotia curare, non est consentaneum, benedictio enim est satisfactionis communicatio, qui autem eam non habet propter ignorantia lapsum, modo aliis communicabit. Nec ergo publice, nec privatim benedicat, nec Christi corpus aliis impetrat, nec aliquod aliud sacrum ministerium obeat, sed quod præsideat contentus, sibi aliis, & Christo defleat, ut sibi ignorantiae peccatum condonetur. *Basil. ad Amphil. c. 27.*

### C A P U T II.

Maximus afferuit, se ecclesiæ leges ignorantem illico matrimonio conjunctum esse; & quia hoc eum male habet, quod non reste, & ex ordine agat, affirmavit, quia contra leges fecit per ignorantiam, se ab illicita vita societate ex consensu abstinentur, illa etiam hoc volente. Si ergo probaveris, quod hoc ex consensu faciant, & non fallant, quia est tempus decennale; si consideras eos debere versari cum catechumenis, nunc eos sic dispensa. Sin autem vides, quod ve- lint decipere, & acerbitate adhuc in eos opus sit, fac id, quod Deus tibi suggesterit, id semper se- quens, quod in usu est, vimque obtinet. *Theophil. Episcop. Alexand. epist. ad Agathonem Episc.*

T I.

## T I T U L U S V.

*DE SUPERBIA.*

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXVIII.

## C A P U T I.

**M**onasterium, vel oratorium canonice construētum a dominio constructoris invite non auferatur: liceatque illi id presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diocesos, & bona auctoritatis, (*idoneos auctoritate*) cum consensu Episcopi, ne malus existat, commendare, ita ut ad placita, & ad justam reverentiam ipsius Episcopi obedienter sacerdos recurrit. *Leo.* Si vero superbia elevatus, vel alio quolibet modo a proprii se subtrahere maluerit mandatis Episcopi, canonicas eum decernimus ultiōibus subiacere. *Eug. II. in syn. Rom. C<sup>o</sup> Leo IV. c. 21.* *Anselm. lib. 5. c. 37. Cæsar August. lib. 8. c. 43.*

## C A P U T II.

Presbyteri, qui in diversis locis, baptisteriis, vel quibuscumque sacris oratoribus ordinantur, instanter ac inexcusabiliter ad concilium dicecessis Episcopi occurrere, secundū sanctorum statuta patrum decernimus. Hi autem qui colonatus postfessiones retinent, nihilominus volumus ad Episcopi indifferenter convenire concilium; nam si per contumaciam se quasi in alterius potestate subtraxerint, & proprio non subiiciantur Episcopo, canonicas correctionibus subjaceant. *Leo IV. in syn. Rom. c. 40.*

## C A P U T III.

Quotidiana Petri Apostoli prædicatio inter cetera divina mandata, hæc erat, &c., dolentes consolari, & suis bonis refovere, & a malis aetibus se alienum facere, non esse superbū, non violentū, &c. " *Petrus Apostolus apud Clem. epist. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21.*

## C A P U T IV.

Post hæc agnoscat (*Christianus*) Deum honore, honor autem ejus est, ut ita vivat, sicut ipse vult: vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidium, & adulterium nesciat, odium, & avaritiam fugiat; iram, superbiam, jactantiam respuat, & execretur, &c. *Clem. epist. 4. ante fin.*

## C A P U T V.

Virum catholicum, & præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari; dicente quippe Scriptura sancta: *Post concupiscentias tuas non eas, &c.* multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut vere continentia obtineatur integritas, cuius prima est labes: *superbia, iniuriam transgressionis, C<sup>o</sup> origo peccati.* Quoniam mens potentia aida, nec abstinere novit a venitio, nec gaudere concessis, dum inordinato, pravoque progressu, impunitarum transgressionum augmentur excessus, & crebrescant culpe, quæ tolerata sunt studio fidei reparandæ, & amore concordia, &c. Hæc tibi scribens hortor, amoneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius fervetas charitatis, ejusque virtutibus secundum doctrinam Apostolicam perficienter orneris. *Leo ep. 51. in princ. C<sup>o</sup> in fin.*

## C A P U T VI.

Melior est in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. *Callist. ep. 1. 89. in fin. Ivo part. 5. c. 235. decret.*

## C A P U T VII.

Justum est, ut qui divina contemnunt manda, & inobedientes patrum existunt iussionibus severioribus corrigantur vindictis: quatenus certi talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant severitatis, atque bonitatis exemplum; nam si, quod absit, Ecclesiasticam sollicitudinem, vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fideliū profecto nocebitur. *Callist. epist. 2. post princ. Anselm. lib. 13. c. 13. Ivo part. 6. c. 346. decret.*

## C A P U T VIII.

Per Prophetæ vocem contra superbientem *a. Ezech. 16.* nimam dicitur: *Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo.* Fiduciam quippe animam in pulchritudine sua habere, est in semetipsa iusta aetione presumere. Hinc rursus per prophetam scriptum est: *Quo pulchrior Ezech. 32. es descendit.* Anima etenim unde est pulchrior, inde descendit, quando ex virtutis decore, quæ ex altari apud Deum debuit, ab ejus gratia per suam electionem cadit. Quid ergo in his agendum est, nisi ut malignus spiritus cum nobis ad elevandam mentem reducit bona, quæ egimus, nos semper ad memoriam mala nostra revocemus quatenus & nostra cognoscamus esse, quæ peccando fecimus, & solius omnipotentis Dei munera, cum peccata declinamus. *Greg. ep. ad Recaredum Regem c. 4. lib. 7. reg. ep. 126.*

## C A P U T IX.

Si fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur; sed per illum Christi sacramenta non contaminantur. *Urb. II. epist. ad L. Præpositum ex verbis D. Augustini.*

## C A P U T X.

Si quis superbæ usus affectu convertitus \* abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria \*, quæ in iis fiunt, simul cum eorum memoriis execratur, anathema sit. *Gangr. cap. 9. c. 20.*

## C A P U T XI.

Si quis tumidus, vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquā caussā habuerit, a tribus vicinis Episcopis, si diaconus est, arguantur: presbyter, a sex, si Episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur. Universi dixerunt Episcopi: Contemprus debet contumacia, & superbæ in omnibus frangi. *Carth. c. 11.*

## C A P U T XII.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo *Dif. 50. c. 21.* permiserit, ab Episcopis corrigantur; & si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemque suscipiant. *Agath. cap. 2. Capitul. lib. 7. cap. 311. Ivo part. 6. cap. 366. decret.*

CA.

## 510 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T XIII.

Episcoporum, quorum vita non reprehenditur, posteriorem (*presbyterum, vel clericum*) priori nullus præponat, nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiae Episcopus iussit, implere contemnat. *Agath. c. 23.*

### C A P U T XIV.

Si quis superbia elatus officium suum indignatione quacumque implere noluerit, ab ordine tamdiu depositus habeatur, quamdiu digna pœnitentia, & supplicatione satisfecerit præsidenti Pontifici. *Aurel. III. c. 19.*

### C A P U T XV.

Si clericus ordinationem Episcopi sui sub cothurno superbiæ neglexerit implere, non solum a stipendio, sed anno uno a communione privetur. *Narbon. c. 10.*

### C A P U T XVI.

Renuntiatur in baptismo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus, &c. Pompæ ejus sunt: Superbia, jactantia, elatio, vanagloria, fastus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur. *Turonens. sub Carolo cap. 18.*

### C A P U T XVII.

Clerici non vagis oculis, non infranni lingua, aut petulant, tumidoque gestu incedant, &c. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantia studio se attollant. *Magunt. c. 10. ex Isidoro lib. 2. cap. 2. de Ecclesiis officiis.*

### C A P U T XVIII.

*Tit. 1.* Cætera, quæ sequuntur, in nobis posita sunt. Non protervum, id est non tumentem, & placentem sibi, quod Episcopus sit, sed quasi bonum villicum, id requirentem, quod pluribus prospicit, &c. *Hieron. in epist. ad Titum apud Aquisgr. cap. 10.*

### C A P U T XIX.

Cave ne hominum rumusculos aucuperis, ne in offensam Dei populorum laudem commutes. *Galat. 1. b.*

*Si adhuc*, inquit Apostolus, *hominibus placarem, Christi servus non esset.* Desit placere hominibus, & servus factus est Christi; per bonam, & malam famam, a dextris, & a sinistris Christi miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur. Non divitiis tumet, non contrahitur paupertate, & lata contemnit, & tristitia:

*Per diem sol non urit eum, neque luna per noctem.* Nolite orare in angulis platearum, ne reatum iter precum tuarum frangat aura popularis; nolo te dilatare fimbrias, & ostentui habere philaesthesia, & conscientia repugnante, pharisaica ambitione circumdari. Inde pendas evangelium, inde lex, & prophetæ, &c. Tot te regulæ, quot species gloriarum percurrant. Quanto melius erat, hæc non in corpore, sed in corde gestare; Dominum habere fautorem, non aspectus hominum. *Hieron. ep. ad Nepotian. apud Aquisgr. cap. 94.*

### C A P U T XX.

Inter cætera mala, quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia spiritualia merito exaggeranda videntur: quæ quanto occultiora sunt, tanto

perniciosiora: id est superbia, per quam Angelus diabolus effectus, de caelo ejectus est, &c. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 1.*

### C A P U T XXI.

Paclum, quod cum Deo in baptismate fit, a multis ex toto, a multis ex parte transgreditur. Ex toto quidem transgreditur, quando quis post acceptam baptismatis gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad heresim, aut certe ad schisma prolabitur. Ex parte vero, quando quis, aut ad superbiam, aut ad invidiam, aut ad cætera vitia spiritalia, quæ ex radice superbiæ prodeunt, labitur. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 9.*

### C A P U T XXII.

Opera (*diaboli*) sunt, quæ utique operibus Salvatoris contraria existunt. Primum superbia, cuius ille auctor est, & quæ eum ex angelo demonem fecit, quæ est etiam initium omnis peccati, & cætera vitia, quæ ex radice prodeunt superbiæ. Pompa diaboli hæc est, quæ & pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, vanagloria, omnisque cujuslibet rei superfluitas in humanis usibus, unde crescit elatio, quæ multoties honestati solet ascribi, & cætera hujusmodi, quæ de fonte superbiæ procedere noscuntur. *Parisiens. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 10.*

### C A P U T XXIII.

Quam sit præsumptio gravis, & periculosa, quæ ex contemptu præceptorum Dei nascitur, ædificatio turris, & confusio linguarum prodit. Sodoma autem, & Gomorrha, & finitimiæ civitates, quibus flagitiis deletæ, & quomodo aeterna damnatione in exemplum humani generis sint perditæ, manifestum est, & tamen in comparatione eorum Hierusalem duplum malum fecisse legitur, eo quod notitiam & præceptum Dei habuerit, & servare contempserit, secuta propriam voluntatem. Nam iniquitas Sodomita, juxta prophetam, fuit superbia, &c. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 2. cap. 9.*

### C A P U T XXIV.

Nemo contemnat, neque transgrediatur banum ab Episcopis superpositum. Sciat, & abhorreat in epistula B. Clementis dictum contra scriptum: „Si vobis Episcopis non obedierint, 11. q. 3. c. 6. „omnes tam majores, quam & inferioris ordinis, 11. „atque reliqui populi, tribus, & lingue non solum infames, sed etiam extores a regno Dei, „& consortio fidelium a liminibus sanctæ Dei „ecclesiæ alieni erunt“. Et audiant ipsum Dominum in Evangelio dicentem: *Qui vos audit, Lue. 10. me audit, & qui vos spernit, me spernit. Tribur. cap. 8. Clem. epist. 1. & 3.*

### C A P U T XXV.

Videat unusquisque (*ne fidei*) datorem diversis commaculet flagitiis, inter quæ maxime hæc cavenda prævidimus, & quanto occultiora, tanto perniciosiora esse pro certo scimus, superbiam scilicet, quæ de angelo diabolum facere, & de caelo novit præcipitare, &c. *Trostan. cap. 15.*

### T I T U L U S VI.

#### DE AVARITIA.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXX. & LXXI. & Lib. VI. Tit. XLIX. quibus adde:

CA-

## C A P U T I.

**S**cipi vobis in epistula: *Ne commisceamini fornicariis, &c. Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, &c. aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere.* Paul. epist. 1. ad Cor. cap. 5. num. 10.

## C A P U T II.

Nolite errare, neque fornicarii, &c. neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Paul. epist. 1. ad Cor. cap. 6. num. 10.

## C A P U T III.

Fornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos &c. Hoc enim scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Paul. in epist. ad Ephes. cap. 5. num. 5.

## C A P U T IV.

2. Cor. 12. Ab avaritia alieni mores sunt, praesentibus contenti, is, qui tertium cælum concedit, & arcana verba audivit, Paulus divinus Apostolus aper-te vociferatur. Nicæn. II. cap. 1.

## C A P U T V.

Avaritiam, utpote secundam idolatriam Paulus magnus execratur Apostolus: cunctos videlicet, qui christiani vocabulo censentur ab omni turpi lucro abstinere volens; multo magis ergo iis, qui sacerdotio funguntur, nefas est, coepiscopos, & suffraganeos suos per quemcumque modum gravare, &c. Synod. VIII. gener. sub Hadrian. II. cap. 19.

## C A P U T VI.

*De simon.* Non fatis utiliter in populo avaritia redarguitur, si ab iis, qui in clero constituti videntur, & præcipue qui contempto saeculo religiosorum nomen profitentur, & regulam, modis omnibus non cavetur, &c. Alex. III. in concil. Turon. cap. 6. post concil. Later. part. 2. cap. 10.

## C A P U T VII.

16. q. 1. Nul- Nulli liceat Episcoporum a subiecto sacerdo- li Episco- te, vel alio quolibet clero, & piis locis datio- porum, c. nes ultra statuta patrum exigere, aut supposita in angariis inferre: sed cum sit optimus perspectior, ita prospiciat, ut universæ sibi oves commissæ a se maxime alantur, atque in necessitatibus adju-

\* potius ventur, quam \* illicitis exactis dationibus oppri- quam, f. mantur. Quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lu- cris, vel avaritiis delectari. Eug. II. in synod. Roman. C. Leo IV. cap. 26. Anselm. lib. 6. cap. 166. Cesar. lib. 4. cap. 89.

## C A P U T VIII.

Prava consuetudo, prout accepimus, & dete- stabilis inolevit, quoniam monachi, & regula- res canonici post suscepsum habitum, & profes- sionem factam, spreta beatorum magistrorum Benedicti, & Augustini regula, leges tempora- les, & medicinam gratia lucri temporalis addi- scunt; avaritiae namque flammis accensi se patro- nos cauilarum faciunt, &c. Ut ergo ordo mona- sticus, & canonicus Deo placens in sancto propo- fito inviolabiliter conservetur, ne hoc ulterius

præsumatur, auctoritate Apostolica interdic- mus. Episcopi autem, Abbates, & Piores tantæ enoritati consentientes, & non corrigentes, propriis honoribus priventur, vel ab Ecclesiæ li- minibus arceantur. Innoc. II. in synod. Rom. c. 6.

## C A P U T IX.

Super omnia avaritiam fugite (*loquitur cum presbyteris*) quæ homines occasione præsentis lucri ab æternis separat bonis. Clem. epist. 1. an- temed.

## C A P U T X.

Vult Deus unumquemque ita vivere, ut ho- micidium, & adulterium nesciat, odium, & ava- ritiam fugiat, &c. Clem. epist. 4. ante fin.

## C A P U T XI.

Fraternitatem tuam institutis Apostolicis convenimus, ut patrum regulis, & præceptis Do- minicis innuentes, de templo fidei avaritiam, quæ idolorum est servitus, excludamus, ut in domo Domini nihil noxiū, nihilque adsit confusum. Gr. ad Ether. Lugd. Episc. lib. 7. registr. ep. 100.

## C A P U T XII.

Ratio nulla permittit, ut propriis cuiusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur. Greg. lib. 11. epist. 31. & in 1. coll. Anthemio Subdiacono. Anselm. lib. 5. cap. 35. cap. 3.

## C A P U T XIII.

Judicatum nobis est, Florentinum Archidia- conum ecclesiæ Anconitanæ, qui ad Episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ sci- entiam habere; sed ita ætatis senio jam confectum, ut ad regiminis officium non possit assurgere: adiuentes etiam, ita illum tenacem existere, ut in domo ejus amicus ad charitatem nunquam introeat, &c. requirendum est, si hoc, quod de præ- fato Archidiacono dictum est, quia numquam amicus domum ejus ingressus est, si ita se veritas habet; & utrum ex necessitate, an ex tenacitate talis sit. Greg. lib. 12. epist. 6. Joanni Episcopo.

## C A P U T XIV.

Scriptum est: *Sancti estote, quoniam ego Lev. 19. & sanctus sum, dicit Dominus;* & illud Aposto- licum: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram:* id est, fornicationem, & immun- ditiam, concupiscentiam malam, & avaritiam, quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Tolet. VIII. cap. 5.

## C A P U T XV.

Cupiditatis, & avaritiae malum nullatus\* sedetur, sicut Carthag. interdictum conci- lium. Remen. cap. 28.

## C A P U T XVI.

Avaritiam in sacerdote vitandam & Samuel 1. Reg. 12. docet, nihil cuiquam eripuisse se coram populo probans, & Apostolorum paupertas, qui refrigera sumptuum a fratribus accipiebat; & præ- ter victum, atque vestitum, nihil se aliud nec habere, nec velle gloriabantur, quam ad Timo- 1. Tim. 3. theum avaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditi- Tit. 1. tem apertissime notat. Hieronymus in epist. ad Oceanum apud Aquisgran. cap. 11.

## C A P U T XVII.

Cavendum summopere sacerdotibus est, ut Coloss. 5. e. ab

## 512 Juris Pontificii Veteris Epitome

*1. Tim. 6.* ab avaritiae peste, quæ est idolorum servitus, & cupiditate, quæ radix omnium malorum est, suosque sectatores a regno Christi excludunt, se compelcant; quoniam digne non possunt subditis prædicare, ut ab his se abstineant, cum ipsi his, quod valde dedecus, immo periculosest, se mancipaverint. Gravius quippe, atrociusque hæ pestilerae lues in illis damnatur, quam in his, qui eorum dictis, & exemplis ab eis coerceri debuerunt. Solent namque a nonnullis multifariæ occasionses obtendi, quæ necessitatis nomine palitantur. Et revera dum exterius necessitas prætenditur, interius avaritia tegitur. Ait itaque Dominus in Evangelio: *Nolite thesaurizare vobis zhesauros in terra*, &c. In vita beati Ambrosii legitur: „Ingemiscebat vehementer, cum vi-“ „delicet radicem omnium malorum avaritiam,“ „quæ neque copia, neque inopia minui potest,“ „magis, magisque increscere in hominibus, &“ „maxime in iis, qui in potestatibus erant consti-“ „tuti, &c.“ Et quid dicam, si in hujusmodi personis ira rabiem suam exercet, qui solent aut filiorum, aut propinquorum caussas prætendere ad excusandas excusationes in peccatis, quandoquidem plerosque ceperit etiam cæca labes sacerdotes, & levitas, quibus portio Deus est, ut illam etiam ipsi appetant? Et vñ mihi misero, quia nec fine mundi provocamus, ut tam gravi jugo servitutis liberari velimus, quo demergimur ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipient in æterna tabernacula. His ita præmissis oportet sacerdotes Domini, ut ab appetitu avaritiae, & cupiditatis se cohibentes, sibi subjectis in omnium virtutum profectibus se imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus divitiis solus Christus abundet, juxta illud Apostoli: *Mibi vivere Christus est, & mori lucrum.* Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 13.

*Matt. 6.* minus in Evangelio: *Nolite thesaurizare vobis zhesauros in terra*, &c. In vita beati Ambrosii legitur: „Ingemiscebat vehementer, cum vi-“ „delicet radicem omnium malorum avaritiam,“ „quæ neque copia, neque inopia minui potest,“ „magis, magisque increscere in hominibus, &“ „maxime in iis, qui in potestatibus erant consti-“ „tuti, &c.“ Et quid dicam, si in hujusmodi personis ira rabiem suam exercet, qui solent aut filiorum, aut propinquorum caussas prætendere ad excusandas excusationes in peccatis, quandoquidem plerosque ceperit etiam cæca labes sacerdotes, & levitas, quibus portio Deus est, ut illam etiam ipsi appetant? Et vñ mihi misero, quia nec fine mundi provocamus, ut tam gravi jugo servitutis liberari velimus, quo demergimur ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipient in æternis tabernacula. His ita præmissis oportet sacerdotes Domini, ut ab appetitu avaritiae, & cupiditatis se cohibentes, sibi subjectis in omnium virtutum profectibus se imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus divitiis solus Christus abundet, juxta illud Apostoli: *Mibi vivere Christus est, & mori lucrum.* Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 13.

### C A P U T XVIII.

Non solum rumore, sed etiam evidenter fa-  
ctis comperimus quorumdam Episcoporum mi-  
nistros, non solum in presbyteris, sed etiam in  
plebibus parochiæ suæ avaritiam potius exercere,  
quam utilitati ecclesiastice dignitatis inservire,  
populique saluti consulere. Quam negligentiam,  
immo & execrabile, ac damnabile cupiditatis vi-  
tium omnibus in commune deinceps vitandum  
statuimus, &c. At si forte, quod absit, ullus Epis-  
coporum deinceps sectatores avaritiae ministros  
in parochia sua constituerit, & eorum cognitam  
pravitatem auctoritate pastorali acriter ferire de-  
rectaverit, exemplum negligentis Heli sacerdo-  
tis imitari se cognoscet, sciatque quia quidquid  
pravitatis, vel avaritiae hujuscemo si subjecti in  
plebibus Christi egerint, si eos corrigere juxta fa-  
cti qualitate neglexerint, in eum proculdubio, a  
quo constituti sunt, ea, quæ admiserint, redun-  
dabunt, & synodali se correptioni modis omni-  
bus subiiciendum. Paris. sub Ludov. & Lothar.  
lib. 1. cap. 25.

### C A P U T XIX.

Quamvis auctoritas canonica ea doceat, ut  
quarta pars decimarum, & reddituum ex oblatio-

nibus fidelium in usus Episcoporum cedat: ubi-  
cumque tamen Episcopus sua habet, suis con-  
tentus sit, ubi autem nihil rerum ecclesiæ suæ  
habet, accipiat de memorata quarta parte sibi,  
suisque non quod avaritia, quod absit, sualerit,  
sed potius quod necessitas compulerit. Cæterum  
si accipiendi nulla necessitas urserit, nihil de me-  
morata quarta parte accipiat, sed usibus Eccle-  
siarum, & pauperibus Christi impartiendam se-  
cundum suam dispositionem relinquat. Paris. sub  
Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 31.

### C A P U T XX.

Si in nobis caritas non est, sed odium, & invi-  
dia, & avaritia, & discordia, & simulatio, & lu-  
xuria, & cætera mala regnant, quæ omnia a chri-  
stianitatis proposito abhorrent: mirum non est, si  
animadversiones divinæ nos interius, exteriusque  
diversissimis modis feriunt, & impetum inimico-  
rum adversum nos commoveant. Paris. sub Lu-  
dov. & Loth. lib. 2. c. 6.

### C A P U T XXI.

Episcopi ministros non sectantes avaritiam  
per parochias suas constituant, &c. Si forte, quod  
absit, ullus Episcoporum deinceps sectatores avar-  
itiae ministros in parochia sua constituerit, &  
eorum cognitam pravitatem auctoritate pastorali  
acriter ferire detrectaverit, exemplum neglig-  
entis Heli sacerdotis imitari se cognoscet, &  
synodali correptioni modis omnibus subiicien-  
dum. Nam & in consensu communis statuimus,  
ut unusquisque Episcoporum super Archidiaco-  
nos suos deinceps vigilanter curam adhibeat,  
quoniam propter eorum avaritiam, &c. multi  
scandalizantur, & ministerium sacerdotale vitu-  
peratur. Aqui/gr. II. sub Lud. part. 3. c. 4.

### C A P U T XXII.

Gravis res est avaritia, & plura habendi cupi-  
ditas, nec possunt una epistula proponi scriptu-  
rae, in quibus non solum prædari fugiendum,  
horrendumque prædicatur, sed plura concupisce-  
re, & aliena propter turpe lucrum attringere, &  
quicumque est ejusmodi, is est a Dei ecclesia ab-  
dicatus. In tempore autem incursionis, in tanto  
luctu, tantisque flentibus auros esse aliquos, tem-  
pus, quod omnibus exitium afferebat, existima-  
re esse sibi lucri tempus, est hominum impiorum,  
& Deo inimicorum, & quorum improbitati nihil  
potest adiici. Unde eos omnibus ejusmodi interdi-  
cere visum est, eosque abdicare, ne forte ad to-  
tum populum ira veniat, & in eos primum, qui  
prælunt, & non inquirunt, &c. Non ecce Achæus *Josue* 7.  
Zare filius in eo, quod Deo dedicatum erat, pec-  
cavit, & in omnem Israel synagogam ira perve-  
nit? &c. Nemo se ipsum seducat, neque tanquam  
invenerit, neque enim fas est ei, qui invenerit,  
lucri facere, &c. in Exodo non solum si quis res  
fratris, sed etiam inimici invenerit, restituzione,  
inquit, restitutas ipsa domui Domini ipsorum:  
si autem ab eo, qui in pace, & in otio delicate  
vitam transigit, vel etiam ab inimico non licet lu-  
crari, quanto magis ab eo, qui rebus adversis pre-  
mitur, & fugit, & necessitate coactus propria re-  
linquit. Alii autem se ipsos seducunt, aliena, quæ  
invenerunt, detinentes. Ut quoniam Boradi, &  
Got-

1. Reg. 2.

Exod. 23.

Gotthi eis hostilia fecerunt, ipsi sint aliis Boradi & Gotthi. *Greg. Thaumaturg. c. 2. 3. 4. 5.*

## C A P U T XXIII.

**C**aloff. Altera idolatriæ species, sic enim divinus Apostolus avaritiam appellat, nescio quo modo absque ulla pœna medela a Patribus prætermissa sit. Atqui hoc malum quidem videtur esse trium animi constitutionum affectio. Nam & ratio ab ejus, quod pulchrum est, judicio aberrans, esse in materia, quod pulchrum est, existimat; non ad pulchritudinem a materia separatam aspiciens, & desiderium ad ea, quæ sunt inferiora inclinatur, ab eo, quod vere est expetendum, dilabens. Jam vero & contentiosa, animosaque animæ affectio ex hoc peccato multas occasiones accipit. *Div. 1. Tim. 6.* nus enim Apostolus eam non solum idolatriam, sed etiam omnium malorum radicem pronuntiat, & tamen hæc morbi species inconsiderata, & absque ulla ejus cura prætermissa est. Quo fit, ut hic morbus valde in ecclesia redundet. *Greg. Nyssenus ad Letojum.*

## T I T U L U S VII.

## DE INVIDIA.

## C A P U T I.

**M**anifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, &c. rixæ, seßæ, invidiæ, &c. *Paul. ad Gal. cap. 5. num. Eutychian. epist. 2. in med.*

## C A P U T II.

Bonorum operum inter cætera semina, ac negotia sunt, &c. Zelum malum non habere, invidiam non exercere, nec contentionem amare, &c. *Petrus Apost. apud Clem. epist. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21.*

## C A P U T III.

Post hæc agnoscat (*Christianus*) Deum honore, honor autem ejus est, ut ita vivat, sicut ipse vult: vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidiū, & adulterium nesciat, &c. invidiam quoque, & cætera his similia penitus a se ducat aliena. *Clem. ep. 4. ante fin.*

## C A P U T IV.

Summopere considerare debetis, quod ii, qui fratribus invident, eosque damnare, aut perdere copiunt, per se sua dogmata destruunt, &c. *Liber. ep. 2. in fin. Pelag. II. ep. 1. post med.*

## C A P U T V.

**Dif. 46. 6. 7.** Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur. *Carthag. IV. cap. 54. Burch. lib. 2. cap. 16. Ivo part. 6. cap. 35. decret.*

## C A P U T VI.

Omnis homines, & maxime christiani studeant inter se pacem, unanimitatem, & concordiam habere, odium vero, & discordiam longe a se propellere, neque pro terreno & caduco quæstu, quis invidiæ stimulis agitatus, felicitati fratris invideat, sed potius bona, quæ sibi optat, eadem & proximis æqualiter accipiat. *Turon. sub Carolo cap. 32.*

## C A P U T VII.

Isidorus ait: „Clerici convivia privata non tantum pudica, sed & sobria colant, &c. dolos, & conjurationes caveant, odium, æmulatio-

*Tom. VI.*

„ nem, obtestationem, atque invidiam fugiant“. *Magnum. cap. 10. ex Isidoro lib. 2. cap. 2. de eccles. officiis.*

## C A P U T VIII.

Admonendi sunt invidi subjecti, ut perpendant, quantæ cætitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabescunt, quantæ infelicitatis sunt, qui per meliorationem proximi deteriores sunt, dumque augmenta alienæ prosperitatis adipiciunt, apud temet ipsos anxiæ afflicti cordis sui peste moriuntur, quid invidis infelicius, quos dum conspecta felicitas afficit, poena nequiores reddit? Aliorum vero bona, quæ habere non possunt, si diligenter, sua fecissent. Nostra nimurum sunt bona aliorum, quæ et si imitari non possumus, amamus in aliis, & a manu sunt, quæque amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi, charitas quantæ virtutis est, quæ alieni laboris opera, nostra sine labore facit. Dum se invidi a labore minime custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam denerguntur. De illo namque scriptum est: *Invidia Diaboli intravit mors in orbem terrarum*; quia enim ipse cælum perdidit, condito hoc homini invidit, & damnationem suam perditus, adhuc alios perdenendo cumulavit. Cognoscant invidi quantis lapsibus subcrescentis ruinæ subjaceant, qui dum livorem a corde non proiciunt, ad apertas operum nequicias devolvuntur. Nisi enim Cain invidisset acceptam fratris hostiam, minime pervenisset ad ejus extinguidam vitam, unde scriptum est: *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain vero, & ad munera ejus non respenit. Iratusque est Cain, & concidit vultus ejus.* Itaque livor sacrificii fratricidii feminarium fuit; nam quem meliorem se else doluit, ne utcumque esset, amputavit. Dicendum est invidis, quia dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quidquid in se aliud boni habere videntur, interimunt: unde scriptum est: *Vita carnium, sanitas cordis: purredo ossium, invidia.* Per livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam, quæ humanis oculis fortius videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere est, quædam etiam robusta deperire, &c. *Greg. in pastoral. lib. 3. cap. 11. apud Aquisgr. c. 105. Greg. lib. 6. c. 34. Moral. Prov. 14.*

## C A P U T IX.

Inter cætera mala, quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia spiritalia merito exaggeranda videntur; quæ quanto occultiora, tanto perniciosa: id est, superbia, &c. invidia, per quam diabolus hominem de paradyso ejecit. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 1.*

## C A P U T X.

Si in nobis charitas non est, sed odium, & invidia, & avaritia, & discordia, & simulatio, & luxuria, & cætera mala regnant, quæ omnia a christianitatis proposito abhorrent: mirum non est, si animadversiones divinæ nos interius, exteriorisque diversissimis modis feriant, & impetum inimicorum adverbum nos commoveant. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 2. cap. 6.*

## C A P U T XI.

Sunt & alia detestanda vitia, quæ ita habentur,

Ttt

## 514 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Gal. 52.* tur, quasi naturaliter in usu, ut ea perpetrantes, quanti sint discriminis, non advertant. Sicut sunt ea, quæ Apostolus aperte enumerat: id est, ebrietas, contentiones, contentiones, iræ, rixæ, dissensiones, detractiones, invidiæ, inimicitiæ, quæ homines juxta eundem Apostolum a regno Dei excludunt. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 2.*

### C A P U T XII.

Videat unusquisque, ne fidei decorum diversis commaculet flagitiis, interque maxima hæc cavaenda prævidimus: superbiam scilicet, & invidiam a diabolo inventam ad deiiciendum de paradi hominem, & ad mortem in orbe terrarum introducendam: odium & discordiam præfatorum criminum sequaces. *Trostan. cap. 15.*

### C A P U T XIII.

Obitu existimatio augetur bonorum: quia omnis aduersus mortuos evanescit invidia. *Valent. & Marciānus in epist. ad Palladium Præt. Praefect. in Chalced. action. 3.*

### T I T U L U S VIII.

#### DE NEGLIGENTIA.

### C A P U T I.

*De celebrat. miss. cap. 9. Greg. IX. & in 4. coll. 6. 2. cod. tit.* **D**olentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum prælati circa comedationes superfluas, & confabulationes illicitas, ut de aliis tacemamus, fere medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrente undique continuata syncopa matutinum. Sunt & alii, qui missarum celebrant solemnia vix quater in anno, vel quod deterius est, interesse contemnunt; & si quando interfundunt, chori silentium fugientes, &c. Hæc igitur & similia, sub poena suspensionis, penitus inhibemus, districte præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium diurnum pariter, & nocturnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter, & devote. *Innocentius III. in concil. gener. Lateran. cap. 17.*

### C A P U T II.

Si Episcopus, vel presbyter negligat clerum, vel populum suum, neque eos doceat religionem, excommunicetur; si perseveraverit, deponatur. *Apost. cap. 18.*

### C A P U T III.

Bonorum operum inter cætera semina, ac negotia sunt, &c. dolentes consolari, & suis bonis refovere, & a malis actibus se alienum facere, non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, &c. *Petrus Apostolus apud Clem. epist. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 21.*

### C A P U T IV.

*Dif. 83. e. ult.* Sicut artium in suo quoque opere invenitur nihil. mater instantia, ita noverca eruditio est negligentia. *Anaclet. epist. 1. ante med. Anselm. lib. 6. cap. 146. Tarrac. lib. 4. cap. 25.*

### C A P U T V.

*e. q. 7. c. 55. 23. q. 3. c. 8.* Negligere, cum possis, perturbare perversos, nihil aliud est, quam sovere. Nec caret scrupulo

societas occultæ, qui manifesto facinori definit obviare. *Eleuth. epist. unic. in fin. Damas. epist. 3. cap. 8.*

### C A P U T VI.

Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides ac negligentes retores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam \* dissimulant adhibere medicinam. *Leo epist. 3. in fin. & epist. 84. sive 86. rem. in fin. Trostian. cap. 9. Anselm. lib. 6. cap. 147. Capitul. lib. 7. cap. 57. Tarrac. lib. 4. c. 45.*

### C A P U T VII.

De Paschasio Episcopo negligente, quem nisi resipiscat, & officio suo, ut pareat, satisfaciat, ad se transmitti jubet. *Greg. lib. 11. epist. 29. Anthem. subdiacono Campania.*

### C A P U T VIII.

Nuntiatum est nobis, Campaniæ Episcopos *Dif. 84. c. 2.* ita negligentes existere, ut immemores honoris sui, neque erga Ecclesiæ, neque erga filios suæ paternæ vigilantiae curam exhibeant, vel monasteriorum sollicititudinem gerant, seu in oppresorum, & pauperum se tuitionem impendant. Id ea hoc tibi auctoritate præcipimus, ut eis ad te convocatis, ex nostro illos mandato districte commoneas, quatenus desides ulterius esse non debeant: sed sacerdotalem se habere zelum, & sollicitudinem opere doceant, atque in his, quæ eos juste secundum Deum agere convenient, vigilantes existant, ut nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post hæc negligentem esse cognoveris, ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte, ut quam sit grave, nolle ab his, quæ reprehensibilia, & valde vituperanda sunt, corrigi, regulari in se valeat distributione sentire. *Greg. eidem lib. 11. epist. 33.*

### C A P U T IX.

Mulier intra monasterium nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpositus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non statim ejecerit, excommunicetur. *Turon. II. c. 17.*

### C A P U T X.

De Episcopis quibusdam negligentibus, qui officium suum exequi diligenter jubentur. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 21. Aquisgran. II. sub Ludov. part. 1. cap. 1.*

### C A P U T XI.

Didicimus sane nonnullos Episcopos in gubernandis congregationibus sibi subiectis, canonicis videlicet, & monachis, & sanctimonialibus haec tenus valde negligentes extitisse, & ob id multos in sui detractionem, & contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii Prælati in eorum parochiis constituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregations neglexerint. Quos, & fraterno, & synodali conventu admonendos esse necessario duximus, ut ab hac negligentia deinceps se cohibeant; & cæteris se imitabiles præbeant, ne forte propter illorum incuriam, & divinæ servitutis contemptus, & pericula promoveantur animarum, & auribus excellentiæ vestræ molestia ingeratur, & nostræ mediocritati in sacris conventibus tedium, & opprobrium infestatur. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 1. cap. 11.*

CA.

## C A P U T XII.

Danda est opera, ut presbyteri a luxuriaz præcipitatione revocentur, & nos de dissoluta  
1. Reg. 1. correptione non dijudicemur; sicut Heli sacerdos damnatus est, quia filios suos segnius, ac le-  
nius, quam debuerit, corripuerat, & ipse, & filii  
ejus perierunt: quia ut Leo dicit: Inferiorum  
ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt,  
quam ad desides, negligentesque rectores, &c.  
& S. Gregorius dicit: Qui non corripit, resecan-  
da committit. Troslejan. cap. 9.

## T I T U L U S IX.

## DE MENDACIO.

## C A P U T I.

Instituebat D. Petrus os a multo, vel pravo  
colloquio custodire, & verba vana, aut men-  
dacia non loqui: quia os, quod mentitur, occi-  
dit animam. Clem. epist. 1. ante fin.

## C A P U T II.

Christiano genus omne mendacii summopere  
declinandum est, propter illud, quod a Deo dici-  
tur: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium;  
& iterum: Os, quod mentitur, occidit animam;  
& Apostolus: Nolite, ait, mentiri invicem. Ni-  
col. ad consult. Bulgar. cap. 81.

## C A P U T III.

Dif. 41. c. 6. Sæpe se vitia esse virtutes mentiuntur: ut te-  
nacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas,  
zelus justitiae, remissio, pietas velit videri. Greg.  
Joann. CP. & alii Episcop. lib. 1. epist. 24.

## C A P U T IV.

Cum Deo inspirante vestra pietas de Ecclesia-  
stica, & communis utilitate, aliquid nobis tra-  
tare præcipit, non est nobis fas mentiri; quia ali-  
quando veritatem sine gravi periculo ad tempus  
reticere, nunquam tamen interrogati de ipsa ve-  
ritate sine gravi discrimine possumus mentiri. Sed  
quia veritas sæpe odium generat, & fermo Dei  
adversarius a Domino nostris carnalibus volupta-  
tibus describitur, tamen ei in via, id est, in præ-  
senti vita, consentiendum est. Sic etiam erga nos  
agendum est, ut quotiescumque interrogati ve-  
ritatem proferimus, quamquam nonnulli infirmi  
sine causa scandalizentur, nobis tamen consen-  
tiendum est propter ipsam veritatem. Paris. sub  
Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 10. Aquisgr. II.  
sub Ludov. part. 4. cap. 6.

## C A P U T V.

Cum octo sint genera mendacii, ut pater B.  
Augustinus dicit, nullo eorum a perfectis viris  
mentiendum est; unde Isidorus: „Summopere  
22. q. 2. c. 6. „cavendum est omne mendacium“. Et item:  
16. „Omne genus mendacii summopere fuge: o-  
mnis enim quod a veritate discordat, iniquitas  
est; esto in verbo verax, neminem mentiendo

„fallas, non aliud loquaris, & aliud facias, non  
aliud dicas, & aliud in animo teneas“. Et in  
epistula Callisti Papæ: „Nihil mali vult, qui fi-  
delis est, si quis fidelis est, videat ne falsa lo-  
quaatur, aut cuiquam insidias ponat, dicit psal-  
mus: Perdes omnes, qui loquuntur menda- Psalm. 5.  
cium“. Troslejan. cap. 13. Callist. epist. 1.  
in med. August. lib. de mendacio cap. 14. Isidor.  
lib. 2. de synonymis, cap. 10.

T I T U L U S X.  
DE VARIIS PROHIBITIS.

## C A P U T I.

Mortificate membra vestra, quæ sunt su-  
per terram, id est, fornicationem,  
& immunditiam, concupiscentiam malam, &  
avaritiam“, &c. Paul. ad Coloss. cap. 3. num.  
3. Tolet. VIII. cap. 5.

## C A P U T II.

Cum anima sit multo pretiosior corpore, sub  
interminatione anathematis prohibemus, ne quis  
medicorum pro corporali salute aliquid ægrotō  
suadeat, quod in periculum animæ convertatur.  
Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 22.

## C A P U T III.

Artem illam mortiferam, Deo odibilem, bal-  
listariorum, & sagittariorum adversus Christia- De sagittar.  
nos catholicos exerceri de cætero sub anathema- cap. unic. ap.  
te prohibemus. Innoc. II. in synod. Roman. cap. Creg. IX. &  
12. post Ivo panorm. in 1. coll.

## C A P U T IV.

Bonorum auctorii inhærere aliter non vale. Dif. 47. c. 7.  
mus, nisi cupiditatem a nobis, quæ omnium ma-  
lorum radix est, abscindamus. Greg. lib. 7. epist.  
110. al. 108.

## C A P U T V.

Græcos prohibere vos afferitis, cum ligatura  
lintei, quam in capite gestatis, Ecclesiam intra-  
re: quod nos quoque similiter non abs re forsitan  
inhibemus, non sæpe memoratus ac semper me-  
morandus. Apostolus Paulus ait: Omnis vir 1. Cor. 1. L.  
orans, aut prophetans velato capite deturpat  
caput suum; & iterum: Vir quidem non debet  
velare caput, quoniam imago, & gloria est Dei.  
Quod enim de velamine dicitur, etiam de ligatu-  
ra volumine debet, credimus, observari. Nicol.  
ad consulta Bulgar. cap. 66.

## C A P U T VI.

Qui arma proiiciunt in pace \*, placuit absti- \* bello, al.  
nere eos a communione. Arebas. cap. 3.

## C A P U T VII.

Nullus clericorum sine permissione Episcopi  
sui cum laicis habitare præsumat: quod si  
ficerit, ab omni offici communione pellatur.  
Aureb. II. cap. 9.

## De excommunicatione.

## TITULUS I.

*UT QUIS JUSTE EXCOMMUNICETUR  
A JUDICE, NECESSARIA EST CAU-  
SA JUSTA, ET ADMONITIO.*

## C A P U T I.

**D**E iis, qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laico ordine ab Episcopis per quamcumque provinciam, sententia regularis obtineat, ut hi, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Episcopi vitio videatur a congregazione seclusus. *Nicæn. cap. 5. Aquisgran. cap. 42. vide Tribur. cap. 2. Anselm. lib. 12. cap. 13. in addit. Burch. lib. 11. cap. 36. Ivo part. 14. cap. 100. decret. vide Capital. lib. 1. cap. 1.*

## C A P U T II.

*De appell.* Statuimus, ut nec Prælati, nisi canonica com-  
monitione præmissa, suspensionis, vel excom-  
municationis sententiam proferant in subjectos,  
*Greg. IX. c. 5.* nisi forte talis sit culpa, quæ ipso genere sui ex-  
*in 1. coll. c. 42. eod. tit.* communicationis poena inducat: nec subjecti contra disciplinam Ecclesiasticam ante ingressum caussæ in vocem appellationis prorumpant. *Alex. III. in concil. Later. cap. 6.*

## C A P U T III.

*De sent. ex-  
comm. c. 48.  
Greg. IX. c. 5.  
cod. tit. in  
4. coll.* Sacro approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissa, & præsentibus idoneis personis, per quas, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsummat. Quod si contra præsumperit, etiam si justa fuerit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesiæ per mensum unum sibi noverit interdictum: alia nihilominus poena mulctandus, si vi- sum fuerit expedire. Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cuiusquam absque manifesta, & rationabili causa procedat, ad quam si forte taliter processerit, & requisitus humiliter, processum hujusmodi non curaverit absque gravamine revocare, gravatus apud superiorem deponat de injusta excommunicatione querelam. Quod si absque periculo moræ potest, ad excommunicatorem illum cum suo mandato remittat infra competentem terminum absolvendum: alioquin ipse per se, vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat. Cumque adversus excommunicatorem de injusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad interesse; alias nihilominus, si culpa qualitas postulaverit, superioris arbitrio puniendus; cum non levis sit culpa, tantam infligere poenam insonti, nisi forsitan erraverit ex causa probabili; maxime si laudabilis opinionis existat. Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente pro-

batum, & idem super injusta conquestionis molestia per poenam ad interesse, vel alias secundum superioris arbitrium condemnetur, nisi forsitan & ipsum probabilis error excusat, & super eo, pro quo justa fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducatur sententiam usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observandam. Si vero judex suum recognoscens errorem, paratus sit talem revocare sententiam, & is, pro quo lata fuerit, ne absque satisfactione revocet illam, appellat, appellationi non deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo merito possint dubitari, & tunc sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatum, vel delegato ab ipso juri parebit, excommunicatum absolvet. Sicque poenæ præscriptæ minime subjecabit. Cavens omnino, ne voluntate perversa in alterius præjudicium mentiatur errorem, si distinctionis canonicae vult effugere disciplinam. *Innoc. III. in concil. Later. cap. 47.*

## C A P U T IV.

*Cum speciali sit prohibitiōne prouisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissa, promulgare præsummat: volentes etiam providere, ne forte commonitus frustratorie recusationis, vel appellationis objectu monentis declinare possit examen, statuimus, quod si allegaverit, se judicem habere suspicuum, coram eodem, caussam justæ suspicionis assignet, &c. Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 48.*

## C A P U T V.

Sobinterminatione divini judicij penitus interdicimus, ut caussa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel absolvere innodatum, in illis maxime regionibus, in quibus ex consuetudine, cum excommunicatus absolvitur, pecuniaria poena mulctatur, statuentes, ut cum excommunicationis sententiam injustam fuisse constiterit, excommunicator ad restituendam pecuniam sic extortam per censuram Ecclesiasticam compellatur. Et nisi probabili fuerit errore deceptus, tantumdem injuriam passo persolvat. Et si forte solvendo non fuerit, animadversione alia castigetur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 49.*

## C A P U T VI.

Sancimus, ut quicumque res Ecclesiæ delegatas, & Domino oblatas absque Episcopi iussu possidens præsumperit deinceps tenere, liminis Ecclesiæ arceatur. Debet tamen esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta procedat. *Syn. Rom. VI. sub Symmach. post princ. 22. q. 1. c. 21. Indigne, §. Debet.*

## C A P U T VII.

Post tertiam admonitionem Episcopi excommunicantur laici, & deponuntur clerici, qui adhaerent presbytero, qui separatim altare erexit, Epi-

*Episcopo contempto. Apost. c. 31. G. 32. L. vid.  
Antioch. c. 5.*

C A P U T VIII.

Nulli Christianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus ultiōem invitus, & dolens quodammodo debet inferre animus vindicantis. Cognovimus enim pro commissis, & levibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, & animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam saevi supplicii sauciatam, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine Diabolis incurisbus, ut facile caperetur, objectam. Certe, si quando causa talis emerserit, ut pro commissi criminis qualitate aliquem juste faciat communione privari, istantem pœnæ subdendus est, quem reatus involvit: nec particeps debet esse supplicii, qui conforsi non docetur commissi. *Leo epist. 87. ante fin. ad Episc. Vienn. prov.*

C A P U T IX.

<sup>23. q. 4. c. 27.</sup> Inter querelas multiplices, Isidorus vir clarissimus a fraternitate tua se excommunicatum, anathematizatumque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a clero tuo, qui præsens erat, voluissemus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro eo, quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod si ita est, nihil te ostendis de cælestibus cogitare, sed terrenam te conversationem habere significas, dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod sacræ regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexisti. Unde de cætero omnino esto circumspectus, atque sollicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ injuriæ tuæ inferre denuo non præsumas, nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum. *Grec. lib. 2. indict. 9. ep. 34. Januario Episc. Anselm. lib. 12. c. 23. Ivo part. 5. c. 351. decret. Cæsaraugust. lib. 14. c. 23. Tarrac. lib. 4. c. 58.*

C A P U T X.

<sup>34. q. 3. c. 2.</sup> Comperimus, quod Laurentius quondam frater, & Coepiscopus noster nullis te culpis extantibus communione privaverit. Ideoque hujus præcepti nostri auctoritate munitus officium tuum securus perage, & communionem sine aliqua sume formidine. *Greg. lib. 2. indict. 10. ep. 24. Magno presbyt. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 6. panorm. C' part. 14. c. 17. decret.*

C A P U T XI.

<sup>24. q. 3. c. 6. 15.</sup> De excommunicationis articulo, quæ tamen interposita conditione gradu secundo, vel tertiojam, ut ita dicam, ex necessitate subjuncta est, beatitudo vestra immerito queritur; cum Paulus apostolus dicat: *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam. Greg. lib. 2. indict. 10. epist. 37. Natali Episcopo. Tarragon. lib. 6. cap. 208.*

C A P U T XII.

<sup>11. q. 3. c. 8.</sup> Episcopi, si sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumperint, aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis Episcopis cuiuslibet Provinciæ litteris moneantur;

& si parere noluerint, communio illis usque ad tempus synodi a reliquis Episcopis non denegetur, ne fortasse propter excommunicatoris peccatum, excommunicati longo tempore morte præveniantur. *Agath. c. 3. Vormat. c. 14. Burch. lib. 11. c. 11. Ivo part. 14. c. 16. C' 81. decret. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 5. panorm. Cæsaraug. lib. 5. cap. 86.*

C A P U T XIII.

<sup>2. q. 7. c. 20.</sup> Si quis ab Episcopo suo, vel de Ecclesia, vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum; si nihil convicii, aut criminationis objecerit, eum pro sola contentione \* la communione ecclesiæ non licet submoveri. *Aurel. c. 8.*

\* conven-tione.

C A P U T XIV.

Si is, qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus judicium declinarit, quoisque aut ad discussionem veniat, aut rem ecclesiasticam restituat, communione privat. *Aurelian. III. c. 12.*

C A P U T XV.

<sup>11. q. 3. c. 42.</sup> Nullus sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis, & levibus causis a communione suspendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres ab ecclesia arceri iusterunt committentes. *Aurelian. V. c. 2. Vorm. c. 13.*

C A P U T XVI.

<sup>11. q. 3. c. 41. Nemo.</sup> Ut nemo Episcoporum quemlibet sine certa, & manifesta peccati causa communione privet Ecclesiastica. Anathema autem sine consensu Archiepiscopi, aut Coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat, nisi unde canonica docet auctoritas, quia anathema æternæ est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimen, & illi, qui aliter non potuerit corrigi. *Meld. c. 56. Burch. lib. 11. c. 10. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 13. panorm. C' part. 14. c. 80. decret.*

C A P U T XVII.

Causæ pensandæ sunt, & tunc ligandi, atque solvendi potestas exercenda. Videndum est, quæ culpa, aut quæ sit potentia lecta post culpam, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio præsidentis, cum interni arbitrium sequitur judicis, &c. Sub magno ergo moderamine pastores Ecclesiæ vel solvere studeant, vel ligare, sed utrum juste, vel injuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor itaque quisque vel absolvere indiscrete timeat, vel ligare: is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat, vel injuste, nec pastoris sui judicium temere reprehendat; ne et si injuste ligatus est, ex ipsa tumida reprobationis superbìa, culpa, quæ non erat, fiat. *Gregor. homil. 26. super Evang. Joann. 20. Cum sero esset: apud Aquisgr. c. 37.*

C A P U T XVIII.

Episcopi est de notis causis excommunicare, ne Episcopi vilescat potestas. *Lemovicen. act. 2.*

C A P U T XIX.

Quantæ temeritatis, & præsumptionis existat, quod qui servare debent canonicas sanctiones, in qui-

## 518 Juris Pontificii Veteris Epitome

quibus aperte continetur, quod nullus aliquem sine rationabili causa excommunicare præsumat, eas frangere non formidant, plures non amore reiustia, sed livore odii; vel favore adversariorum excommunicationis vinculo innodantes, nullus prorsus ignorat. Quare firmiter prohibemus, ne in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas, si necesse fuerit, possit probari admonitio, promulgare præsumat. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Card. cap. 4.*

### C A P U T X X.

Ne Archidiaconi, vel eorum officiales sententias excommunicationis, suspensionis, vel interdicti in aliquem audeant promulgare, ubi excessus non est manifestus, nisi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmissa excommunicationis sententiam tulerit in quemcumque, poenæ subjaceat in Lateranensi concilio (*sub Innocentio II.*) promulgatae. Pro suspensione vero, vel interdicto superioris arbitrio puniatur. Quod & superiores prælati observent. *Oxonien. cap. 20. in 2. part.*

### T I T U L U S II.

**N E Q U I S Q U A M C O M M U N I C E T C U M E X C O M M U N I C A T O , E T Q U I C O M M U N I C A T , L U A T P E N A S .**

### C A P U T I.

<sup>II. q. 3. c.</sup> <sup>73. Servi-</sup> **D**E his, qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laico ordine ab Episcopis per unamquamque provinciam sententia regularis obtineat, ut ii, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Episcopi vicio videatur a congregatione seclusus. Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter simul omnibus Episcopis congregatis provinciæ discutiantur hujusmodi quæstiones. Et sic qui suo peccaverunt Episcopo evidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus æstimentur, usquequo, vel in communi, vel Episcopo suo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. *Nicæn. cap. 5. Aquifgr. cap. 42. Tribur. cap. 2. Burch. lib. 11. cap. 36. Ivo part. 14. cap. 100. decret.*

### C A P U T II.

**A**d huc *Dioscorum damnamus: quia* ) quosdam a diversis conciliis rite damnatos in communionem propria auctoritate suscepit. Sanctis regulis præcipientibus, excommunicatos ab aliis in communionem alias non debere suscipere, &c. *Chalced. in epist. ad Valentinian. O' Martian. Imperatores in princ.*

### C A P U T III.

<sup>e. i. de treug. & pace, Gr. IX. & c. 1. cod. tit. in 1. coll.</sup> **S**i quis treugam frangere temptaverit, post tertiam commonitionem, si non satisfecerit, Episcopus suus sententiam excommunicationis dicet, & scriptam vicini suis annunciet. Episcopus autem nullus excommunicatum in communionem suscipiat; immo scriptam susceptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumperit, ordinis sui periculo subja-

ceat. *Alex. III. in concil. Later. cap. 21. Innoc. II. in Synod. Roman. cap. 9.*

### C A P U T IV.

Episcoporum nullus excommunicatum in communionem suscipiat: immo scripto suscep-  
tam sententiam quisque confirmet. *Innoc. II. in  
Synod. Roman. cap. 9.*

### C A P U T V.

Leonem Paschalem, & Joannem dadum diaconos sanctæ Romanæ ecclesiæ, justæ, & canonice damnatos, & a gremio sanctæ Dei ecclesiæ sequestratos si aliquis homo sacratissimis auctoritatibus fratribus illos inter ecclesiasticos viros nobis inconsultis habere voluerit, aut in ipsos gradus, quibus canonica auctoritate privati sunt, reducere quoquo modo aliquando maluerit, sive eos sacerdotes vocare, aut habere temptaverit, & nobiscum cuncta non senserit, vel minime obser-  
vaverit, sciat se fore anathemate perculsum a Patre, & Filio, sanctoque Spiritu tamquam qui sanctorum canonum violator extiterit. *Syn. Ravenn. sub Joann. IX. c. 8.*

### C A P U T VI.

Agathensem Episcopum Berengarium, qui Narbonensi Episcopo excommunicato communi-  
cavit, & vices Episcopales pro illo fecit, ex-  
communicamus. Desiderium, & Romanensis ec-  
clesiæ clericos, qui regulares nostros ab ea expulerunt & excommunicatis communicaverunt, in-  
de, donec satisfaciant, excommunicamus. *Greg. VII. in syn. Rom. anni 3. lib. 3. reg. post ep. 10.*

### C A P U T VII.

Quicumque seu Episcopus, sive presbyter Nortmannis, donec excommunicati fuerint, di-  
vinum officium fecerit, a sacerdotali officio per-  
petuo submovemus. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. 5.*

### C A P U T VIII.

Nullus clericus excommunicatum alterius re-  
cipiat. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap. 8.*

### C A P U T IX.

Si quis clericus, vel monachus receperit sciens excommunicatū, quod peccaverat excommuni-  
catus, emendabit, qui recepit, si aliter non po-  
terit recipi, & periculo subjacebit. *Greg. VII. in concil. Rom. anni incert. c. 18.*

### C A P U T X.

A suis Episcopis excommunicatos ab aliis, re-  
cipi magnopere prohibemus. *Urban. II. in syn. apud Melfiam c. 15.*

### C A P U T XI.

A suis Episcopis excommunicatos ab aliis, E-  
piscopis, Abbatibus, & clericis in communio-  
nem recipi proculdubio prohibemus. *Callist. II. in concil. Rom. c. 8. al. 9.*

### C A P U T XII.

A suis Episcopis excommunicatos, ab aliis suscipi modis omnibus prohibemus. Qui autem excommunicato, antequam ab eo, qui eum ex-  
communicaverit, absolvatur, communicare præ-  
sumperit, pari sententia teneatur obnoxius. *Synod. Rom. sub Innoc. II. cap. 2. apud Ieron. post panorm.*

CA.

## C A P U T XIII.

Qui ab Episcopis suis anathematis sententia condementur, quoniam a communione Ecclesiastica removentur, Diabolice dignoscuntur subiici potestati: non enim est homo, qui ligat, sed Christus, qui hanc ministris suis tribuit potestatem. Ideoque a suis Episcopis excommunicatos ab aliis suscipi modis omnibus prohibemus. Episcopus autem, qui sententiam promulgaverit, eam Episcopis vicinis enuntiet. Qui vero excommunicato, donec ab eo, qui eum excommunicaverat, vel ab alio auctoritate sedis Apostolicae absolvatur, scienter communicare presumperit, eadem excommunicationis sententia ipsum teneri censemus. *Remens. sub Eugen. III. cap. 1.*

## C A P U T XIV.

<sup>11. q. 3. c.</sup> Qui cum excommunicato etiam domi orat, <sup>16. Sicut.</sup> excommunicetur. *Apost. e. 10. G. 11. L. Tribur. c. 2. Ivo part. 14. c. 40. C. 99. decret. Anselm. lib. 12. c. 17. Burch. lib. 11. c. 35.*

## C A P U T XV.

Si clericus, vel laicus excommunicatus, vel non suscipiens in alia urbe sine litteris commendatitiis suscipiatur, & suscipiens, & susceptus excommunicentur. Sed & excommunicatio suscepti proteletur, quod mentitus est, & decepit Ecclesiam Dei. *Apost. c. 12. G. 13. L.*

## C A P U T XVI.

Si presbyter, vel diaconus ab Episcopo excommunicetur, non suscipiatur ab alio, nisi mortuo eodem Episcopo. *Apost. c. 32. G. 33. L.*

## C A P U T XVII.

Quædam ex vobis ipsis intelligere debetis: Si qua sunt, quæ ipse (*Clemens*) propter infidias hominum malorum non potest evidentius & manif. <sup>Dif. 93. c. 1.</sup> festius proloqui, verbi gratia: [ Si inimicus est <sup>C. 11. q. 3.</sup> alicui pro actibus suis; vos nolite expectare, ut <sup>cap. 15.</sup> ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus, absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aversum. Sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur; ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus praest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire coepit monitis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit iis, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit iis, quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis, qui exterminare volunt Ecclesiam Dei, &c. *Clem. epist. 1. ante med. referunt ab Anaclet. epist. 3. in fin. Alex. ep. 1. ante med. Fab. ep. 1. Vasing. cap. 6. vid. Meten. c. 8. Capitul. lib. 7. c. 46. Anselm. lib. 1. c. 6. Ivo part. 14. c. 22. decret. Cæsar. lib. 4. c. 95. Terrac. lib. 6. c. 61.*

## C A P U T XVIII.

Si quis haec præcepta non observaverit, ( loquitur de eo, qui communicat cum excommunicato) hostis est animæ suæ, & non tantum infamis, sed & excommunicatus, atque alienus ab Ecclesia effi. itur: quonia m necesse est, ea vitia ferro abscindere, quæ alii medicaminibus non sanantur. *Anaclet. ep. 3. ante fin.*

## C A P U T XIX.

Excommunicatos quoque a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis justam excommunicationem; nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec *Ave* eis dicat. Quia quicumque in his, vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, juxta Apostolorum institutionem, & iple simili excommunicationi subjacebit. Ab his ergo clerici, & laici se abstineant, qui eadem pati noluerint. *Callist. ep. 2. in princ. Tribur. cap. 2. Ivo part. 14. c. 23. C. 102. decret. C. lib. 5. tit. 3. c. 14. panorm. Burch. lib. 11. c. 38. Anselm. lib. 12. c. 14. Cæsar. lib. 14. c. 18.*

## C A P U T XX.

Quibus Episcopi non communicant, non communicetis; & quos ejecerint, non recipiatis; valde enim timenda est sententia Episcopi, licet injuste liget aliquem, quod tamen summopere providere debet. *Urb. ep. unic. ante fin. Burch. lib. 11. c. 1. Ivo part. 14. c. 74. decret. Anselm. lib. 6. c. 145. C. lib. 12. c. 25.*

## C A P U T XXI.

Ab iis, quos sanctorum Patrum statuta <sup>6. q. 1. c. 4.</sup> thematizant, vos separate. Similiter & ab omnibus, quos Apostolus commemorat, dicens: *cum eis nec cibum sumere*, quia & illi, sicut & i. Cor. 5. isti sunt repellendi, & ante satisfactionem Ecclesiae non sunt suscipiendi: quoniam illi, cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati usque ad satisfactionem a rebus fratribus: quamobrem non debent, nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum confortio usque ad iam dictam satisfactionem repelli, ne similes eis efficiuntur, aut eorum excommunicationi subjaceant. Quoniam sic Apostoli statuerunt, dicentes: *Cum excommunicatis non est communicandum.* Et si quis cum excommunicatis avertendo regulas scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut oraverit, ille communione privetur. Tales ergo in Rom. 1. omnibus sunt cavendi, & non suscipiendi, quia juxta Apostolum, non solum qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. Unde & beatus Apostolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis ait: „Si inimicus est iste Clemens alicui, &c.“ *Fabian. epist. 1. in med. vid. Apost. cap. 10. G. 11. L. C. 12. G. 13. L. C. 32. G. 33. L. Clem. epist. 1. Fabian. epist. 2. Ivo lib. 5. tit. 4. c. 15. panorm. C. part. 14. cap. 24. decret. Anselm. lib. 1. cap. 6.*

## C A P U T XXII.

Similiter & illi (valde cavendi sunt) de quibus Apostolus ait: *cum hujuscemodi hominibus nec cibum sumere*, quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio sanctæ matris Ecclesiae redintegrentur; quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. Manifestum est enim, quod hi extra nos sunt, & a nobis discreti esse debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet. *Fabian. epist. 2. post med. Anselm. lib. 11. c. 32.*

## C A P U T XXIII.

Quibus viventibus non communicamus, moribus tuis

520 Juris Pontificii Veteris Epitome

tuis communicare non possumus. Leo epist. 90.  
al. 92. cap. 6. al. 7. refert. Moten. cap. 8. Ivo  
lib. 5. tit. 4. cap. 4. panorm. 3 part. 14. cap. 60.  
decret. Cæsar. lib. 5. cap. 90.

C A P U T X X I V .

Decessores mei sacerdotes, qui prævaricato-  
ribus se communicasse propria voce coofessi sunt,  
a communione eos A postolica submoverunt, &c.  
*Gelas. in commonitorio ad Faustum in princ.*

C A P U T   XXV.

24. q. 1. c. t. Acacius non fuit novi, vel proprii inventor  
D 3. erroris, ut in eum nova scita prodirent, sed alieno  
\* aliorum. no \* facinori suam communionem miscuit. Itaque necesse est, ut illam recideret justa lance sententiam, quam cum suis successoribus per conventionem lynodalem suscepérat auctor erroris.  
*Gelas. ad Faustum post princ. Tarrac. lib. 1. c. 69.*

C A P U T XXVI.

**24. q. 5. c.** Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ, divina scriptura prædicante: *Hominem hereticum post primam, Secundum correptionem devita; sciens, quod hujusmodi delinquat proprio iudicio condemnatus.* Gelas. in commonit. ad Faust. post med.

## CAPUT XXVII.

Acacius profiteretur se Alexandrino Petro, quem expedita Apostolicæ sedis auctoritate, executor ipse quoque damnaverat, absque sedis Apostolicæ notitia communione permisum. Beati autem Petri sedes, quæ Alexandrinum Petrum seitantummodo damnasse, non etiam solviisse \* novaverat, non recepit. Atque ideo ne per Acacium in Petri consortium duceretur, ipsum quoque a sua communione submovit, & multis modis transgressorum a sua societate fecit alienum. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardanig. post princ.*

*Epipteros Barathra*  
CAPUT XXVIII

Joannes frater, & Coepiscopus noster consu-  
lit, quo ordine ex clero Græcorum venientibus  
tribui deberet sancta communio, propter caus-  
sam scilicet Acacii a prædecessoribus nostris pro-  
hæreticorum communione damnati, in qua, qui  
se ab ejus contagione non dividunt, a nostra com-  
munione habeantur excepti. *Hormisda in Epi-*  
*scopos Hispaniae 2. in princ.*

## CAPUT XXIX.

Ad hoc nequitia vestra pervenit, ut excommunicatis communicare contra canones superbo præsumpseritis spiritu. Vigil. in epist. ad Sebastianum, & Rusticum post med. quæ lecta sunt in synod. V. gener. act. 7.

C A P U T XXX.

Dij. 93. c. 2. „ Miratus valde sum, qui in tanto Salonianæ  
„ Ecclesiæ clero, vel populo, vix duo ex sacris  
„ ordinibus inventi sunt, frater scilicet, & Coe-  
„ piscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius  
„ meus honoratus Archidiaconus ejusdem Ec-  
„ clesiæ, qui communicare Maximo sacerdotium  
„ rapienti minime consentirent, & se Christia-  
„ nos esse cognoscerent. Debuisti enim, filii  
„ charissimi, pensare ordines vestros, & quem  
„ sedes Apostolica repellebat, repulsum cognos-  
„ scere, ut prius, si posset, ab illatis criminibus  
„ mundaretur; & tunc ei vestra dilectio com-

„municaret, ne particeps obligationis ejus existeteret“. Greg. clero, *O nobilibus Saloniæ lib.*  
3. reg. epist. 26. Anselm. lib. 12. cap. 11.

## C A P U T    XXXI.

„ Rogo, hortor, & moneo, ut prohibitæ vos **11. q. 3. c.**  
„ communionis consortio per omnia luspenda- **25.**  
„ tis : Ne cuiquam sacerdoti, superscripto Ma-  
„ ximo, communicati contra animam suam  
„ quisquam communicare præsumat “. Greg.  
clero, *Populo Iaderæ lib. 5. registr. epist. 48.*

C A P U T     XXXII.

Suggestit sancta fraternitas tua in suis apicibus, 11. q. 5. c.  
[ quod prædecessor noster beatæ memorię Gre-  
gorius hujus sanctæ sedis Apostolicæ Præsul, dum  
ad prædicandum verbum Evangelii tuam misisset  
fraternitatem in Germaniæ partibus, & genti-  
bus illis paganis, verbo pollicitationis illam ante  
voluit esse munitam \*, ita ut Orthodoxos Epi-  
scopos, presbyteros, vel quoscumque reperire  
potuisses in verbo exhortationis perfectos, am-  
plius confirmares, & eis communicares, quod &  
factum est. Si quos vero seductores Episcopos,  
aut pseudopresbyteros, vel quoscumque a recto  
fidei tramite discedentes reperisses, nulla tibi  
cum eis esset communio. Quod te, Deo solatian-  
te, usque ad præsens spiritualiter servasse confessus  
es, vel si omnino propter principalem, & huma-  
num favorem gentis Francorum, dum ad eos  
accessilis corporaliter, abstinere non valuisti,  
cogente necessitate Ecclesiarum Dei; tamen in  
eorum concilio, & consensu communionis ani-  
ma tua non est coquinata. Itaque propter hoc,  
quod cum eis conversatus es, non consentiens  
iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum  
coram Deo: te enim prædicante, si obedirent,  
salvi essent. Zachar. epist. 5. ad Bonifac. post  
princ. \*

C A P U T    XXXIII.

Miramur, quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sunt: cum secundum Apostolicos canones sine commendatitiis litteris in communione sola recipi prohibeantur. *Nicol. in ep. ad Michael. Imper. ante med.*

## CÄPUT XXXIV.

Episcoporum, qui excommunicato Regi communicare præsumunt, ordinatio, & consecratio apud Deum, teste beato Gregorio, fit execratio. *Greg. VII. lib. 4. reg. epist. 2.*

C A P U T   X X X V .

Episcopus ab eo , qui non communicat , munera non accipiat . *Elib. cap. 28.*

C A P U T XXXVI.

Ab eo Episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimen aliquo fuerit. Si quis Episcopus præsumperit eum admittere sine illius voluntate, qui communione privavit, sciat se hujusmodi caussas inter fratres esse cum status sui periculo præstaturum. *Elib. cap. 53.*

CAPUT XXXVII.

*Si quis excommunicatum alterius, sive clericum, sive saecularem recipere post interdictum praesumpserit, noverit se reum fraternitatis factum, causam in concilio redditurum. Aurel. II. cap. 8. vid. Nicæn. cap. 5.*

CA-

## C A P U T XXXVIII.

Secundum instituta seniorum, si a communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus Episcopus, hunc non solum a clericorum sed etiam a totius populi colloquio, atque convivio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet. *Aurel. II. cap. 30.*

## C A P U T XXXIX.

Cum excommunicatis non licet communicare, nec cum iis, qui per domos convenient deviantes orationes Ecclesiae, simul orandum est, &c. Si quis autem de Episcopis, aut presbyteris, vel diaconis, seu quilibet ex clero reprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste privetur communione, tanquam qui regulas confundat Ecclesiae. *Antioch. cap. 2. Triburien. cap. 2. Capitul. lib. 1. cap. 1. Burch. lib. 11. cap. 34. Ivo part. 14. cap. 98. decret.*

## C A P U T XL.

<sup>11. q. 3. c. 2.</sup> Si quis a suo Episcopo excommunicetur, non ante ab aliis suscipiat, nisi a suo Episcopo susceptus sit, aut synodo facta comparens respondat; & persuadens synodo, ab ea aliam sententiam accipiat. Idem in laicis, & presbyteris, diaconis, & clericis servetur. *Antioch. cap. 6. vid. Nicæn. cap. 5. Aquisgr. c. 72. Mart. Brac. cap. 36. Burch. lib. 11. cap. 37. Ivo part. 14. c. 27. C' 101. decret. C' lib. 5. tit. 3. cap. 21. panorm. Deusded. part. 4.*

## C A P U T XLI.

Presbyter, diaconus, clericus excommunicatus, si confugit ad alium Episcopum, qui norit eum esse a suo Episcopo communione privatum, non liceat Episcopo ei communionem præbere. Si fecerit, coram Episcopis convenientibus causam dicat. *Sardicen. cap. 13. G. 16. L. Aquisgr. sub Ludov. cap. 53.*

## C A P U T XLII.

<sup>11. q. 3. c. 4.</sup> Si Episcopus iracundus, quod esse non debet, celeriter contra presbyterum, vel diaconum motus eiicere eum ab Ecclesia voluerit, providendum est, ne innocentem condemnnet, vel communione privet. Ejectus potest adire Metropolitum, tanum, vel si is abest, adire proximos\* Episcopos, qui de causa diligenter cognoscant \*. Ejectio porro, antequam pronuntietur, non est communione præstanta. *Sardic. cap. 14. G. cap. 17. L. vide Nicæn. apud Carth. VI. cap. 6. L. Afric. c. 101. L. C' in epist. ad Bonif. L. ante canones. Carth. G. Capitul. lib. 1. cap. 1. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 4. panorm. C' part. 14. cap. 15. decret. Anselm. lib. 2. cap. 68. Cæsaraug. lib. 5. c. 48.*

## C A P U T XLIII.

<sup>11. q. 3. c. 20.</sup> Qui merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsii sunt, si ab aliquo Episcopo, aut presbytero, vel clero fuerint in communione suscepti, refugientes sui Episcopi regulare judicium, etiam ipse par cum eis crimen teneatur obnoxius. *Carthag. cap. 9. G. Carth. II. cap. 7. Tullen. post epist. synod. Capitul. lib. 1. cap. 36. Burch. lib. 11. cap. 43. Ivo lib. 2. tit. 3. cap. 18. panorm. C' part. 14. cap. 28. C' 107. decret.*

## C A P U T XLIV.

<sup>11. q. 3. c. 19.</sup> Qui communicaverit, vel oraverit cum ex-

<sup>G.</sup> <sup>\* vicinum,</sup>  
<sup>\* cognoset,</sup> Tom. VI.

communicato sive clericus, sive laicus, excommunicetur. *Carth. IV. c. 73. Burch. lib. 11. cap. 44. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 19. panorm. C' Ivo part. 14. c. 28. al. 29. C' 108. decret. Anselm. lib. 12. cap. 18.*

## C A P U T XLV.

Nullus clericus discedat ab Episcopo suo, & alteri Episcopo communicet, nisi cum de hereticorum schismate discedit ad fidem Catholicam. Si qui autem de Catholicis discedunt, & in communione eorum vel palam, vel occulte cum eis, qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati fuerint inventi, habeant illorum, ad quos ire voluerint, etiam in damnatione consoritum. *Tolet. I. c. 12.*

## C A P U T XLVI.

<sup>11. q. 3. c. 26.</sup> Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad dominum ejus nullus clericorum, vel religiosorum accedat. Similiter & clericus abstinetur, a clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit reprehensus, etiam ipse abstineatur: sed hoc pertinet ad eos clericos qui ejus sunt Episcopi, & ad omnes, qui communici fuerint de eo, qui abstinetur, clericu, vel laico. *Tolet. I. c. 15. Ivo parte 14. c. 30. decret. Capitul. lib. 7. cap. 295.*

## C A P U T XLVII.

Placuit in reatum venire Episcopum, qui admonitus de excommunicatione cujusque sine reconciliatione ejus, qui eum excommunicavit, ei communicare presumperit; ut integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de iniustitia, vel iniuitate excommunicationis proxima synodo reservetur. *Araus. cap. 11.*

## C A P U T XLVIII.

Qui per disciplinam, aut sententiam Episcopi ab Ecclesia fuerint separati, ab aliis Episcopis non sunt recipiendi. Quod si scieates fecerint, non habent communionem. *Cæsaraug. c. 5.*

## C A P U T XLIX.

Quicumque Episcopus illum, quem alter Episcopus excommunicatum haber, postquam fuerit de ipsius excommunicatione commonitus, communicare presumperit, usque ad synodum excommunicatus habeatur. *Furon. II. c. 8.*

## C A P U T LI.

Universis sacerdotibus ita convenit, ut si quis de eis pro contemptu canonum, aut perversione rerum Ecclesiasticarum a communione Ecclesiae aliquem fortasse suspenderit, a nullo penitus Episcopo recipi presumatur. Quod si factum fuerit, is, qui eum contra interdicta receperit, & a fratribus suorum erit concordia separatus, & æterni judicis in futurum, ut confidimus, iracundiam sustinebit. *Paris. c. 7.*

## C A P U T LI.

Illud, quod sancti Patres salubriter ordinaverunt, placuit iterari: ut si quicumque Episcopus pro reatu aliquo quemquam a communione suspenderit, apud omnes sacerdotes eatenus a communione habeatur alienus, usquequo ejus iudicio beat recipi, a quo meruerat pro reatu suo a charitate Ecclesiastica sequestrari. *Lugdun. c. 4. Antioch. c. 6.*

V v v

CA-

## C A P U T L I I .

Item placuit, ut qui pro hæresi, aut pro crimen aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua canonum continent statuta. Quæ si quis spernit voluntarie, se ipsum alienum a communione facit. *Brac. cap. 33.*

## C A P U T L I I I .

Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum sumere. *Antif. c. 38.*

## C A P U T L I V .

Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum absque voluntate ipsius, qui eum excommunicavit, sciens receperit, aut cum illo panem manducaverit, vel colloquium habere decreverit, simili sententiæ subjacebit. *Antif. c. 39.*

## C A P U T L V .

*De clericis excommunicatis nisi. c. 2. ap. Greg. IX. & in 1. coll.* Si quis presbyter ab Episcopo suo degradatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine committitu facere præsumplerit, & postea ab Episcopo suo corruptus, & excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. Similiter quicumque clericus, aut laicus, vel semina incestum commiserit, & ab Episcopo suo correptus, si se emendare noluerit, & ab Episcopo suo excommunicatus fuerit, si quis cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum, &c. *concil. apud Palatium Vernis c. 9.*

## C A P U T L VI .

Qui cum senioribus suis de aliis provinciis ad nostras parochias veniunt, &c. instruantur, quam religiose, atque studiose sacrum ministerium peragant, &c. & ut excommunicatis nequaquam communicent. *Meld. c. 51.*

## C A P U T L VII .

Scriptum est in canonibus, ut qui excommunicato communicaverint, omnes ab Ecclesia respici, maxime eos, qui sciebant eum esse dejectum. *Synod. apud S. Medardum in causa Hincmarii in fin.*

## C A P U T L VIII .

Qui ab una Ecclesia fuerint excommunicati, in nulla alia falso, & furtive communicandi invenerint facultatem. *Valent. sub Loth. c. 13.*

## C A P U T L IX .

Ad Episcopos Brittonum, qui contra auctoritatem a Metropoli sua moluntur discindere, synodus litteras secundum auctoritatem sacram direxit, quatenus ad suam Metropolim redeant, eique debito jure se subdant, ne a canonica, & Episcopali communione se segregent: excommunicatis etiam, sicut sacræ decernunt regulæ, Brittones communicantes ipsi se sacra communione non privent. *Tull. c. 9.*

## C A P U T L X .

Movet nos, quod iis, quos vester Metropolitanus cum aliis Episcopis propter diversa criminia excommunicavit, indifferenter vos communicare competerit. In canonibus autem divinitus institutis socii excommunicatorum eorumdem sententia feriuntur. Proinde monemus sanctam, nobisque amabilem fraternitatem vestram, ut ab

his excessibus ulterius temperetis, &c. Pro diversis criminibus excommunicatos ne recipiat (*Solomon Brittonum princeps*) suadete, ostendentes divino judicio, si id præsumplit, aut præsumperit, pari eum vindicta constringi. *Tull. in ep. ad Episc. Britton.*

## C A P U T L XI .

Quæsitum est a sancta synodo, quid de iis sacrificari auctoritas juberet, qui cum prædictis excommunicatis communionem habeant, nam non tantum laici, verum etiam presbyteri in celebrazione Missæ excommunicatos recipiunt, & quid de iis, qui in eadem excommunicatione mortui fuerint. Verum ad hæc tanta auctoritas prolata est. Sanctus Petrus Apostolus in ordinatione sancti Clementis ita plebes alloquitur: „[Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos cum illo nolite amici esse, & prudenter observare debetis, avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum; sed neque loqui iis, quibus ipse non loquitur“. Istius transgressores Sanctus Petrus, & omnis auctoritas excommunicat. *Meten. cap. 8. vide Clem. epist. 1. Anaclet. epist. 3. in fin. Alex. epist. 1. ante med. Fabian. epist. 1. Vafen. c. 6. Capitul. lib. 7. c. 461. Anselm. lib. 1. c. 6. Cæsar. lib. 4. c. 95. Tarrac. lib. 6. c. 61.*

## C A P U T L XII .

Qui excommunicatum nesciens suscepit, & post probaverit, ad pœnitentiam recurrat; qui autem scienter id egerit, presbyter deponatur; qui presbyter non est, communione eucharistiae, & audientia Missæ privetur, usque ad reconciliationem Episcopi. *Lemovicense action. 2.*

## C A P U T L XIII .

Sunt nonnulli, qui crassam pretendentes ignorantiam, quæ cum non excusat a culpa, nec eos a poena poterit excusare, coram iis divina celebrare præsumunt, qui excommunicationis vinculo sunt innodati; dicentes, quod eis excommunicatione nec per litteras, nec per nuntios fuerit renuntiata, cum ipsi excommunicati impediant sæpe, ne possit ad eos denuntiatio, vel citatione pervenire, vel malitiose se occultant: & cum talis sit merito contumax censendus, statuimus, ut postquam tales excommunicati fuerint, & in vicinis locis publice denuntiati, sacerdos, qui coram eis celebravit, simili poena puniatur. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Card. c. 7.*

## C A P U T L XIV .

Si Episcopus aliquem excommunicaverit certa de causa, denuntiet vicinis Episcopis per suas patentes litteras, ut excommunicatum denuntiari faciant, & devitari, & tunc sine difficultate aliqua vicini Episcopi excommunicatum faciant publice denuntiari, & in diocesibus suis arduis evitari. Si vero Episcopi fuerint negligentes, & excommunicatis scienter communicaverint, tamdiu cathedralium Ecclesiarum canonici eis non communicant, quamdiu huic salubri sanctioni contempserint obedire. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Card. cap. 8.*

## C A P U T L XV .

Non licet communicare excommunicatis, neque in domos eorum introeuntes orare cum eis;

*Dij. 93. c. 1.  
11. q. 3. c.  
15.*

eis; neque liceat cum eis in alia Ecclesia segregari. Si quis autem Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet Ecclesiasticus excommunicato communicaverit, quasi perturbans omnem disciplinam Ecclesiasticaam, excommunicetur. *Mart. Brac. cap. 85. Antioch. cap. 2.*

## C A P U T LXVI.

Timotheum, qui jam damnatus ostenditur, & etiam eos, qui cum scirent eum fuisse damnatum, communicare illi sine periculo crediderunt, extraneos eos esse a Dei Ecclesia judicamus, &c. nulla eis venia, nec spe restitutionis ullo modo remanente. *Pergamius, & alii Episcopi epist. ad Leonem Imper. quae adjuncta est concilio Chalcedon.*

## C A P U T LXVII.

Quisnam sermo sufficiet ad enumerationem eorum, in quibus ille (*Servus hereticus*) peccavit contra divinos canones, & Ecclesiasticum ordinem? &c. Quid autem, quod præsumpsit alienos clericos canonice ligatos a propriis Episcopis, ad ipsum confluentes per prædicationem animæ corruptivam ab ipso subornatos, & ad suam communionem assumptos sine permissione ejus, qui ligaverat, permittere in Ecclesiasticis ministeriis ministrare? *Epiphan. Episcopus Tyri, & alii in epist. ad Theophil. & alios apud synod. V. gener. action. 1.*

## C A P U T LXVIII.

Anathematizamus Acacium quondam Constantinopolitanæ urbis Episcopum, complicem eorum (*Timothei Eluri, & Petri Alexandriani*) & sequacem factam, nec non & perseverantem in eorum communione, & participatione; quorum enim quis communionem amplectitur, eorum similem adjudicationem in condamnatione consequitur. *Joann. CP. in epist. ad Hormisdam.*

## T I T U L U S III.

*DE QUIBUS DAM, QUI POSSUNT COMMUNICARE CUM EXCOMMUNICATIS.*

## C A P U T I.

rr. q. 3. c.  
100. **Q**uoniam multos, peccatis nostris exigentibus, pro causa excommunicationis peri re quotidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, devicti misericordia, anathematis sententiam, ad tempus, prout possumus, opportune temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus: videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, nec non rusticos, servientes, & omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, & illos, qui ignoranter excommunicatis communicant, seu illos, qui communicant cum eis, qui communicant excommunicatis. Quicumque autem aut orator, sive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non possit emere, vel non habeat, unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis non in sustentationem \* superbiæ, sed humanitatis causa, aliquid dare voluerit, non prohibemus. *Greg. VII. in synod. Roman. cap. 1. Ivo*

\* pro susten-  
tatione.

*part. 14. cap. 43. decret. Caesar. lib. 14. cap. 32.*

## C A P U T II.

Quosdam vestrum miaus secundum conscientiam Dei zelum habere audivimus, &c. dum & excommunicatos propriæ voluntatis merito, excommunicatisque communicantes reos æqualiter arbitrantur, &c. Qui hujusmodi excommunicatis omnino inviti, vel servitio, vel cohabitatione junguntur, non omnino vitandi sunt, &c. Hinc est, quod prædecessor noster sanctæ memoriae Gregorius VII. Papa excommunicatorum uxores, servos, filios, rusticos, quorum consilio, vel voluntate excommunicationis meritum non perpetratur, viatores quoque ob itineris necessitatem invitatos, communicantes necessitate, excommunicationis vinculo non teneri constituit, sicut beatus Augustinus ad Auximum scribens evidenter ostendit: „ Dicant \* igitur fratres \* Dicant, f. „ nostri in omnibus regiam tenere viam, & in „ medio nationis pravæ, & perversæ, tanquam „ luminaria lucere studeant “. *Paschal. II. epist. ad Gebeardum, & alios*.

## T I T U L U S IV.

*DE EXCOMMUNICATIS, QUI EXCOMMUNICATIONEM, AUT ALIAS CENSURAS CONTEMNUNT.*

## C A P U T I.

**D**efiniunt canones: „ Si quis excommunicatus ante audienciam communicare præsumpsit, ipse in se damnatione n protulit “. Item placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive Episcopus, sive quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audienciam communicare præsumpsit, ipse in se damnationis judicetur protulisse sententiam. *Vigil. in epistula ad Rusticum, & Sebastian. apud synod. V. gener. CP. action. 7. post med. Carthag. cap. 29. G. Aquigran. cap. 54.*

## C A P U T II.

De presbytero deposito, qui ausus fuit offerre sacrificium: qui privatur perceptione Eucharistie, praeter quam in obitu, nisi Episcopus, inspecta illius poenitentia, aliud indicarit. *Greg. lib. 4. registr. epist. 5.*

## C A P U T III.

Hoc inquisisti, quid fiendum sit de excommunicato Episcopo, & Apostolicam auctoritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo, & hominibus; cui condemnato incondemnatus non communicabit. *Zachar. epist. 5. infin.*

## C A P U T IV.

Si Episcopus, presbyter, diaconus depositus juste ob manifesta facinora aulus sit ministrare, ab Ecclesia absindatur. *Apost. cap. 28. G. 29. L. Raban. cap. 1. de pœnitent.*

## C A P U T V.

Si quis Episcopus depositus a synodo, vel presbyter, aut diaconus a suo Episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio facro contingere, sive Episcopus, juxta præcedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia synodo restitutionis spei, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes ei

**O**mnes abiici de Ecclesia, & maxime, si postea quam didicerint, adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eidem communicare temptaverint. *Antif. cap. 4. refertur V. synod. action.* *I. Nicol. epist. ad Mich. Imper. Apost. cap. 28. Aquisgran. cap. 47. Mart. Brac. cap. 37. Capit. lib. 1. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 199. Ivo part. 5. cap. 362. decret. Anselm. lib. 12. cap. 26. Raban. cap. 1. de pœnit. Cæsaraug. lib. 14. cap. 27.*

**C A P U T VI.**

*II. q. 3. c.* Ob negligentiam suam excommunicatus Episcopus, vel clericus, si antequam audiatur, communicaverit, ipse contra se sententiam fert. *Carthag. cap. 29. G. Aquisgran. cap. 54. Burch. lib. 1. cap. 200. Ivo part. 5. cap. 314. O' part. 14. cap. 39. decret. O' lib. 5. tit. 3. c. 22. panorm. Selm. lib. 12. cap. 27. Capitul. lib. 5. cap. 28. Cæsar. lib. 14. cap. 28.*

**C A P U T VII.**

Placuit, ut quicumque non communicat in provincia propria, & in aliis provinciis, vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, jacturam communionis, vel clericatus recipiat. *Carthag. cap. 108. G. Milevit. cap. 18. L. Afric. cap. 72.*

**C A P U T VIII.**

*Dif. 55. c.* Si quis pœnitentem, digamum, vel viduarum nullus maritos ordinaverit, anno integro missas facere non præsumat: si fecerit, ab omnium fidelium charitate noverit se alienum. *Arelat. III. cap. 3.*

**C A P U T IX.**

*II. q. 3. c.* Qui jubente sacerdote pro quacumque culpa Ecclesiam exire contempserit, pro noxa contumacia tardius recipiatur ad veniam. *Ilerdens. cap. 10.*

**C A P U T X.**

Episcopus pro ordinationis temeritate (*loquitur de eo, qui quempiam ante legitimam etatem, aut digamum, aut pœnitentem, aut cum, qui publice aliquando arreptus est, ordinaverat*) sex mensibus a celebrandis officiis sequestretur. Quod si missas intra statutum tempus facere præsumperit, anno integro omnium fratrum charitate privetur. *Aurel. III. cap. 6.*

**C A P U T XI.**

Qui contra canones ordinaverit bigamum, vel internuptæ maritum, unius anni spatio se sciat esse suspensem ab omni officio sacerdotii, si contempserit, a communione ejus usque in aliam synodus se fraternitas universa suspendat. *Aurel. IV. cap. 10.*

**C A P U T XII.**

Excommunicatus in Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum, vel potum sumere, &c. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minime potuerit, regis judicio exilio condemnetur. *Concilium apud palatium Verh. cap. 9.*

**C A P U T XIII.**

*23. q. 5. c.* Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos, heu proh dolor, reperiuntur: sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentiae

disciplinam a tam prava consuetudine coercenti, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt revocari, quorum aliquos jam excommunicamus; sed illi hoc parvipedentes, in eisdem perdurant criminibus. Quam ob rem vestra decernat mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit. *Turon. sub Carol. cap. 41. Capitul. lib. 2. c. 43. O' lib. 7. cap. 93. in addit. Burch. lib. 7. cap. 29. Ivo part. 9. cap. 65. decret.*

**C A P U T XIV.**

Multi nomine sacerdotes, censuram Ecclesiasticam contemnentes, excommunicati a Prælatis ipsorum, exigentibus culpis suis, & immemores, quæ Episcopis & Prælatis clavium regni cælestis collata sit potestas, attractare sibi divina mysteria non verentur, &c. Statuimus igitur, ut tales sine spe restitutionis, ab officiis, & beneficiis deponantur, & infames, & intestabiles sint, & de cætero ad beneficia Ecclesiastica nullatenus admittantur, nisi per pœnitentiam approbatam, & conversionem \* laudabilem Sedis Apostolicæ <sup>\* conversationem.</sup> gratiam meruerint obtinere. *Conc. habit. in Germania sub Conrado Card. cap. 6.*

**C A P U T XV.**

Si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit, sive presbyter, aut diaconus a suo Episcopo, & post excommunicationem præsumperit facere oblationem, vel matutinum, aut vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere, sicut prius, non liceat ei, nec in alio concilio speciem reconciliationis habere, nec ultra reconciliari: sed etiam eos, qui communicaverint, omnes ab Ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse dejectum. Si autem permanserit turbans, & concitans Ecclesiam, per forasticam potestatem oportet eum, sicut seditionarium ab omni plebe expelli. *Mart. Brac. cap. 37. Antioch. cap. 4. O' 5. Nicol. in epist. ad Michael. Imperat.*

**C A P U T XVI.**

Præcipimus, & auctoritate nostra injungimus omnibus regni nostri Comitibus, postquam ab Episcopis anathemate excommunicationis (*aliqui*) percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ut ab ipsis comprehendantur, & ante nos perferantur: ut qui divina judicia non vereantur, humana sententia feriantur, &c. Si enim tam rebelles exriterint, ut comprehendentibus repugnare studuerint, & in tali temeritate interfici fuerint, judicio Episcoporum interfectoribus nulla imponatur pœnitentia, & præcepto nostro weregeldi \* nulla ab eis extorqueatur compositione. Constringanturque proximi, & eorum cognati cum juramento, ne in illis eos vindicent, sed pacem ad eos, & concordiam servent. *Arnulph. Imperat. in concil. Triburien. cap. 3.*

**T I T U L U S V.**  
**QUIBUS REBUS PRIVANTUR**  
**EXCOMMUNICATI.**

**C A P U T I.**

**E**xcommunicati non possunt accusare Episco- *4. q. 1. c. 2.*  
pos. *CP. cap. 6. G. Nicol. epist. ad Mich.*  
*Imper. ante med. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 20. pa-*  
*norm. O' part. 14. cap. 70. decret.*

CA-

C A P U T II.

Significamus vestras sanctitati, ac dilectioni, quod si quidem Metropolitanus provinciae defecit a sancto generali concilio, & adjunxit se apostatarum coetui, vel in posterum se adjunxerit, aut cum Cœlestio sensit, aut in illius sententiam transierit, is contra Episcopos Provinciaz nullo modo aliquid agere, efficere poterit, cum jam de hinc ex omni Ecclesiastica communione concilium eum ejecerit, & ob id nullam potestatem, aut jus agendi quidquam babeat. Quin etiam ipsis provincialibus Episcopis, item finitimi, & undique vicinis Metropolitanis, qui recte sentient Ecclesiæ partes sequuntur, obnoxius erit, &c. Porro si quibus clericis cujusque vel provinciaz, vel civitatis, idcirco, quod recte saperent, a Nestorio, ejusque sociis fæderatione abrogatum est, justum, & æquum esse censuimus, ut his etiam suus gradus restituatur. Communiter autem, & in genere jubemus, ut ii, qui cum orthodoxo, & generali concilio clerici sentiunt, nullo modo prorsus iis, qui defecerunt, vel deficiunt Episcopis obnoxii, & subditi sint. Ephes. cap. 1. &c. 3.

C A P U T III.

Nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos, qui excommunicatis, fidelitate, aut sacramento constricti sunt, Apostolica auctoritate a juramento\* absolvimus, & ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus. \* sacramen- Greg. VII. in syn. Rom. ann. 5. c. 2. Tarrac. lib. to. 6. c. 44.

C A P U T IV.

Ordinationes, quæ ab heresiarchis nominatim excommunicatis (loquitur de Guiberto quodam) factæ sunt, & ab eis, qui Catholicorum adhuc viventium Episcoporum fides invaserunt, irritas esse judicamus. Synod. Placent. sub Urban. II. cap. 9.

C A P U T V.

Omnis, quos sanctorum Patroni statuta, tam præteritis, quam futuris temporibus anathematizant, submovemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus. Fabian. ep. 1. in med. Anselm. lib. 3. c. 17.

C A P U T VI.

Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus A-Galat. 5. d. postolus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur; valde cavendi sunt, &c. i. Cor. 5. Similiter & illi, de quibus ipse ait: Cum hujuscemodi hominibus, nec cibum sumere, quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio sanctæ matris Ecclesiæ redintegrentur quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. Fabian. epist. 2. post med.

C A P U T VII.

Omnis anathematizatus, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos, infames esse dicimus. Steph. ep. 1. post med. Burch. lib. 1. c. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 14. panorm. & part. 5. c. 291. decret. Anselm. lib. 3. c. 5.

C A P U T VIII.

Nullus anathema suscipiat (in accusatione) nec a quoquam credatur, quæ ab eis, vel dicun-

tur, vel conscribuntur. Steph. epist. 2. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 18. panorm. & part. 6. c. 327. decret.

C A P U T IX.

Est a sanctis prædecessoribus nostris plerumque jam statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiat accusatione. Xyst. II. ep. 2. in fin. Jul. ep. 2. in fin.

C A P U T X.

Quibus regnum Dei excluditur, procul dubio & Ecclesia denegatur, de quibus Dominus in Evangelio potestatem Apostolorum, eorumque successorum annuntians, ait: Quorum dimiseritis peccata, dimituntur eis, & quorum alligaveritis, alligata erunt: id est, quibus Ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactiōnem fuerint, ipsis & janua regni cœlestis clausa erit. Eutychian. ep. 2. ante med.

C A P U T XI.

Excommunicati accusare non possunt. Eutychian. ep. 2. in med. Fælix II. epist. 1. c. 15. Ivo part. 6. c. 333. decret.

C A P U T XII.

Est insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiat accusatione. Jul. ep. 2. in fin.

C A P U T XIII.

Miramur quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint, cum secundum Apostolicos canones, sine commendatiis litteris in communione sola recipi prohibeantur. Absurdum etenim est, ut cui non licet cum ministris, juxta sacras regulas communicare, liceat penes vos etiam de majoribus judicare. Nicol. ep. ad Michael. Imp. ante med.

C A P U T XIV.

Quod cum excommunicatis ab illo (Pontifice Maximo) inter cætera nec in eadem domo debemus manere. Gr. VII. lib. 2. regi' tr. in dictato.

C A P U T XV.

Secundum instituta seniorum, si a communione, sacerdotali fuerit auctoritate suspensus Episcopus, hunc non solum a clericorum, sed etiam a totius populi colloquio, atque convivio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire fuisse. Arelat. II. c. 30.

C A P U T XVI.

Excommunicatus ad accusandum non recipiatur, sive clericus, sive laicus sit. Carth. c. 129. Definius. G. Carth. VII. c. 1. L. Afric. c. 95. vide CP. c. 6. & concil. apud S. Medard. in accusatione Hincmar. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 19. panorm. & part. 14. c. 69. decret. Anselm. lib. 3. c. 118.

C A P U T XVII.

In Ecclesiæ non debet (excommunicatus) intrare, nec cum illo Christianus cibum, vel portam sumere, nec ejus munera accipere debet, vel osculum porrigeret, nec in oratione se jungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo fuerit reconciliatus, &c. Vern. c. 9.

C A P U T XVIII.

Postquam tales excommunicati fuerint, & in vicinis locis publice denuntiati, sacerdos, qui coram eis celebraverit, simili poena puniatur. Con-

cil.

cil. German. coram Conrado Card. c. 7. in fin.  
T I T U L U S VI.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA APO-  
STATAS, ET CONTRA EOS, QUI  
IDOLOLATRARUM CERIMONI-  
AS SERVANT, AUT IL-  
LIS FAVENT.**

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. IV. & Lib. XI.  
Tit. III. & in Part. II. Lib. XVII. Tit. II. qui-  
bus adde :

C A P U T I.

\* brumam, f. vel bru- **S**i quis Calendas Januarias, & bromam \* colere in-  
nuptia. 16. q. 7. c. 14. præsumperit, aut mensas cum dapibus in  
domibus præparare, & per vicos, & plateas can-  
tationes & choros ducere, anathema sit. *Zachar.*  
in syn. Rom. c. 9. *Burch.* lib. 10. c. 16. *Ivo part.*  
11. c. 43. decret.

C A P U T II.

Si qui sacerdotibus idolorum filias junxerint,  
nec in finem accipient communionem. *Eliber.*  
cap. 17.

C A P U T III.

Puellæ fideles, quæ gentilibus junguntur, ali-  
quanto tempore a communione separentur. *A-  
relat.* I. c. 11.

C A P U T IV.

Eos ab Ecclesia sancta repellant pastores, at-  
que presbyteri, nec participare sancto altario  
permittant, qui gentilium observationes custo-  
diunt. *Turon.* II. c. 23.

T I T U L U S VII.

**ANATHEMATA CONTRA HÆRE-  
TICOS.**

Vide in Part. I. Lib. XI. a Tit. XXIV. ad LII.  
& maxime Tit. LIII.

T I T U L U S VIII.

**DE HÆRETICIS ETIAM POST MOR-  
TEM ANATHEMATIZANDIS.**

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XI.

T I T U L U S IX.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,  
QUI HÆRETICIS ALIQUO MO-  
DO FAVENT.**

C A P U T I.

\* Allegesio, al. **Q**uia in Gasconia, Albigeoisio \*, & partibus  
De hæret. c. Tolosanis, & aliis locis, ita hæreticorum,  
8. apud Greg. quos alii Catharos, alii Patrinos \*, alii Publica-  
IX. & c. 6. nos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damna-  
eod. tit. in 1. ta perversitas, ut jam non in occulto, sicut ali-  
qui, nequitiam suam exerceant, sed suum erro-  
rem publice manifestent, & ad suum consensum  
simplices attrahant, & infirmos: eos, & defenso-  
res eorum, & receptores anathemati decernimus  
subjacere, & sub anathemate prohibemus, ne  
quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel  
fovere, vel negotiationem cum eis exercere præ-  
sumat. Si autem in hoc peccato decesserint, non  
sub nostrorum privilegiorum cuilibet indultorum  
obtentu, nec sub alia quaquam occasione aut  
oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipi-  
ant sepulturam. De Brebantionibus, & Arroge-  
coll. de hæret. num \* Navarris, Vasculis, Coterellis, & Tria-  
\* Aragonen- verdinis, qui tantam in Christianos inhumanita-  
tibus, al. tem exerceant, ut nec Ecclesiis, nec monasteriis

deferant, &c. constituimus, ut qui eos conduxe-  
rint, vel tenuerint, vel foeverint, per ragiones,  
in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, &  
aliis solemnibus diebus excommunicati per Ec-  
clesias publice denuntiantur, & eadem omnino  
sententia, & poena cum praedictis hæreticis habe-  
antur adstricti, nec ad communionem recipian-  
tur Ecclesiæ, nisi societate illa pestifera, & hære-  
si abjuratis. Relaxatos autem se noverint a debi-  
to fidelitatis, & hominii, ac totius obsequii, qui-  
cumque illis aliquo peccato \* tenentur obnoxii, \* pacto.  
&c. illis autem, qui admonitioni Episcoporum in  
hujusmodi parte parere contemplerint, a perce-  
ptione corporis & sanguinis Domini jubemus fieri  
alienos. Interim vero eos, qui ardore ad eos  
expugnandum laborem justum assumperint, sub  
Ecclesiæ defensione recipimus, &c. Si quispiam  
præsumperit eos molestare, per Episcopum loci  
excommunicationis sententia feriatur, & tamdui  
sententia servetur ab omnibus, donec & ablata  
reddantur, & de illatis damnis congrue iterum  
satisficiat. *Alex.* III. in concil. *Later.* c. 27.

C A P U T II.

Si dominus temporalis requisitus, & monitus *De hæret. c.*  
ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab  
hac hæretica fœditate, per Metropolitanum, &  
cateros comprovinciales Episcopos, excommu-  
nicationis vinculo innoderetur. Et si satisfacere  
contemplerit infra annum, significetur hoc sum-  
mo Pontifici, ut ex tunc ipse vassallos ab ejus fi-  
delitate denuntiet absolutos, & terram exponat  
*Excom-*  
*municamus,*  
*apud Greg.*  
*IX. & c. 2.*  
*eod. tit. in*  
*4. coll.*  
Catholicis occupandam, &c. Credentes vero,  
præterea receptores, defensores, & fautores hæ-  
reticorum excommunicationi decernimus subja-  
cere, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet  
talium fuerit excommunicatione notatus, satis-  
facere contemplerit infra annum, ex tunc ipso  
jure sit factus infamis, &c. Si qui autem tales,  
postquam ab Ecclesia denotati fuerint, evitare  
contemplerint, excommunicationis sententia,  
usque ad satisfactionem idoneam percellantur.  
Sane clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus  
ecclesiastica sacramenta, nec eos christianæ  
præsumant sepulturæ tradere, nec eleemosynas,  
aut oblationes eorum accipiant, alioquin suo pri-  
ventur officio, ad quod numquam restituantur  
absque indulto Sedis Apostolicæ speciali. *Innoc.*  
*III. in concil. gener.* *Later.* c. 3.

C A P U T III.

Si quis secundū scelerosos hæreticos, quocum-  
que modo, aut verbo, aut tempore, aut loco ter-  
minos removens illicite, quos posuerunt firmius  
sancti catholicæ ecclesiæ Patres, id est, sanctæ,  
& universales quinque synodi, novitates temere  
exquire, & fidei alterius expositiones, aut typos,  
vel leges, aut definitiones, aut libellos, vel epि-  
stulas, aut conscripta, &c. & compendiose, si  
quid aliud impiissimis hæreticis consuetum est a-  
gere, per diabolicam operationem tortuose, &  
callide agit contra pias orthodoxorum catholicæ  
ecclesiæ, hoc est dicere, paternas ejus, & synoda-  
les prædications, ad eversionem sincerissimæ in  
Dominum Deum nostrum confessionis, & usque  
in finem sine pœnitentia permanet; hæc impie  
agens

agens hujusmodi in saecula saeculorum condemnatus sit. *Lateran. sub Martino cap. 20.*

## C A P U T IV.

De multis Episcopis Orientis, qui communione fuerunt privati, quia cum haereticis communiearunt. *Gelas. ad Episcopos Orientis, ubi multa de hac re.*

## C A P U T V.

Assume medelam medicinæ, simul accingere auctoritate justitiae; & sic circa simplices humanitatem mollire, ut in haereticorum contagione perdurantes, aut eos, qui innocentiam simulant, & cum nostris sola voce consentiunt, ab iis, quibus pro Ecclesiæ redintegratione consulitur, & providetur, excludantur. Nec enim expedit circa eos Ecclesiasticam temperare censuram. *Hormisda epist. 6. ad Epiphanius Episcopum CP. in med.*

## C A P U T VI.

Petri Abaelardi perversa dogmata sanctorum canonum auctoritate, cum suo auctore damnamus, &c. Universos quoque erroris sui sectatores, & defensores a fidelium consortio sequestrandos, & excommunicationis vinculo innodandos esse censemus. *Innoc. II. in epist. ad Sampsonem Archiepiscopum Remen. &c. ad alios.*

## C A P U T VII.

Qui filias haereticis, vel Judæis tradunt, abstineant per quinquennium. *Elib. cap. 16.*

## C A P U T VIII.

Excommunicentur ad tempus clerici, qui adeunt coemeteria, & martyria haereticorum orationis, & sanctitatis causa. Sed poenitentes, & confessi recipiantur. *Laod. cap. 9.*

## C A P U T IX.

Qui relictis martyribus Christi, accedit ad pseudomartyres haereticorum anathema sit. *Laod. cap. 34.*

## C A P U T X.

*De heret. c. 5. Greg. IX. c. 8. eod. tit. in 1. coll.* Anathema Episcopo dicatur, etiam mortuo, & nomen ejus a sacerdotibus non suscipiatur, qui reliquit haeredes etiam propinquos haereticos, vel gentiles, etiam ab intestato. *Carth. cap. 82. G. Afric. cap. 48. L.*

## C A P U T XI.

Admonitus Episcopus, ut suæ matricis curam habeat contra haereticos, nisi intra sex menses resipuerit, communione privetur, donec faciat. *Carthag. c. 124. G. Milev. c. 25. L. Afric. c. 90. L.*

## C A P U T XII.

Excommunicantur ii, qui cum Priscillianistis communicant, eisque non obstant. *Bracar. I. in fin.*

## C A P U T XIII.

Excommunicetur orthodoxus, qui haereticam duxerit; & orthodoxa, quæ haeretico nupserit. *Trull. cap. 72.*

## T I T U L U S X.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NOVUM SYMBOLUM COMPONUNT.*

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. I.

## T I T U L U S XI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI SERVANT CEREMONIAS JUDÆORUM AUT CUM EIS CONJUNCTISSIME VIVUNT, AUT QUOMODO CUMQUE EIS FAVENT IN REBUS PROHIBITIS.*

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. VII. IX. & XI. & Lib. VIII. Tit. V. quibus adde:

## C A P U T I.

*E*xcommunicentur, qui cum Judæis, aut Sa- *racenis præsumplerint habitare. Testimo-* *De Judeis, c. 5. Gr. IX. ead. tit.* *nium quoque Christianorum adversus Judæos,* *&c. recipiendum esse censemus, & anathemate* *decernimus feriendos, quicumque Judæos chri-* *stianis voluerint in hac parte præferre, &c. Si qui* *convertuntur ad fidem, &c. principibus, vel po-* *testatibus eorum locorum sub pœna excommu-* *nicationis injungimus, ut portionem haereditatis* *& bonorum suorum, ex integro eis faciant exhiberi. Alex. III. in concil. Lateran. cap. 26.*

## C A P U T II.

Christiani, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur, a Judæorum, qui graves, & immoderatas usuras extorquent, commerciis abstinere. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 67.*

## C A P U T III.

Judæi, donec usuras cruce signatorum remiserint, ab universis Christi fidelibus per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

## C A P U T IV.

Si quis christianus filiam suam Judæo in conjugio copulare præsumplerit, nisi perfecte creditur Christo, & baptizatus fuerit; vel tertum, aut ancillam eidem Judæo christianus venundare præsumplerit; & si vidua Christiana Judæu duixerit virum, vel contentientibus ei, anathema sit. *Zachar. in synod. Roman. cap. 10.*

## C A P U T V.

Judices provinciarum cum sacerdotibus, Ju- *dæorum subreptiones fraudulenter reliquias su-* *Constituit, spendant, & officia publica eos agere non permit-* *tant. Si quis autem hoc permiserit, velut in sa-* *cilegium excommunicatione proferatur. Tolet. IV.* *cap. 64. Ivo part. 13. cap. 97. decret.*

## C A P U T VI.

Excommunicetur, qui carnem ad altare offert judaico more sacerdoti, &c. *Tullen. cap. 100.*

## C A P U T VII.

Si seu Christiano Judæa, sive Judæo Christiana mulier carnali consortio misceatur; quique horum tantum nefas admissible notcuntur, a Christiano cœru, atque convivio, & a communione Ecclesiæ protinus segregentur. *Melden. cap. 73. ubi multa de hac re ex aliis conciliis.*

## T I T U L U S XII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI FAVENT SARACENIS, AUT PIRATIS.*

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. XXI. & Lib. IX. Cap. XI.

## 528 Juris Pontificii Veteris Epitome

### T I T U L U S XIII.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA SCHISMATICOS, ET CONTRA EOS, QUI PONTIFICI MAXIMO, ET ALIIS EPISCOPIS SUPERBE RESISTUNT.**

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. LIV. quibus adde:

### C A P U T I.

**Q**uoniam apparuit Photium post prefatam contra se justissimam sententiam, accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commovisse, & anathema procaciter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei saepe promulgasse, &c. Anathematizamus quidem primitus predictum Photium propter hujusmodi caussam, &c. *Synod. Gener. VIII. sub Hadrian. II. cap. 6. vid. epist. encyclicam action. 10.*

### C A P U T II.

*Eccles. 11. s. Joann. 8.* Divina manifeste clamante scriptura: *ante examinationem ne vituperes: O intellige prium, O tunc increpa: & numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab eo, & cognoverit, quid faciat? juste, ac congruenter, & haec sancta, & universalis synodus definivit, & statuit, quod nullus laicorum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum ante diligen-tem examinationem, & synodicam sententiam a communione se separet proprii Patriarchae, licet criminalem quamlibet caussam ejus se nosse praetendat: sed neque recusat nomen ipsius referre inter divina mysteria, vel officia. Similiter autem Episcopos, & presbyteros, qui in terris, civitatibus, & regionibus sunt erga proprios Metropolitas effectare \* mandamus, quod etiam circa Patriarcham suum facere Metropolitas oportet. Si vero quis adversus hanc sanctam synodum deprehensus fuerit agere, si quidem Episcopus, aut clericus est, ab omni sacerdotali operatione decidat, & honore; monachus autem, aut laicus segregetur ab omni Ecclesiastica communione, atque collegio, quoisque conversus per penitentiam recipiatur. *Synod. Gener. VIII. sub Hadrian. II. cap. 10.**

### C A P U T III.

*Vid. dist. 22. cap. ult.* Si quis aliqua potestate fruens, vel potens pelle-re temptaverit Apostolicæ cathedralę Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam anathema sit. *Synod. VIII. gener. sub Hadrian. II. cap. 21. Anselm. lib. 2. cap. 72.*

### C A P U T IV.

Photium, qui licet sit a decessore meo, & a nobis pro criminibus ante patratis jure damna-tus, & anathematizatus: nunc tamen quia recentioribus excessibus priores iniquitates trans-scendit, & ponens in cælum os suum adversus ve-neranda sedis Apostolicæ privilegia nova temeritate prorupit, cui resistere minime formidavit; Apostolicæ auctoritatis centura iterato damna-mus, & anathematis nexibus innodamus. Si ta-men viva voce, ac propria Apostolicæ sedi in o-mnibus obedire sponderit, & profanum con-ciliabulum a se Constantinopoli celebratum da-

mnaverit, laicæ communionis gratiam non nega-mus. *Hadrian. II. in synod. Roman. cap. 2. apud synod. gener. VIII. sub eodem Hadrian. act. 2.*

### C A P U T V.

Si presbyter, diaconus, clericus relinquat sine licentia sui Episcopi suam parœciam, in alia non ministret \*. Si ab Episcopo revocetur, & contem-pferit, ut laicus communicet. *Apost. cap. 15.* Si ab ullo Episcopo neglecta hac poena contuma-cia, ut clericus accipiatur; Episcopus excommuni-cetur, uti magister inobedientia. *Apost. cap. 16. vide Antioch. cap. 3.*

### C A P U T VI.

Si quis legationem vestram impedit, non *Dif. 94. c. 2.* unius; sed multorum profectum avertit, &c. Et quia Dei caussam impedit, & statum conturbat ecclesie, ideo ab ejus liminibus arceatur. Ab o-minibus quoque talis est cavendus, & non in com-munione fidelium usque ad satisfactionem reci-piendus. Est enim statutum olim, ut qui statum conturbat ecclesie, ab ejus liminibus arceatur, ne cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. *Alex. epist. 2. in princ. Tribur. cap. 9. Burch. lib. 15. cap. 37. Ivo part. 16. c. 38. decr.*

### C A P U T VII.

In ipsis epistulis, vel libellis anathematis vin-culo se, & successores (*Episcopi Constantinopo-litani*) constrinxerunt, si unquam aliquid contra (*Pontifices Romanos*) praesumpserint; aut contra Apostolicam, vel ullius alterius Episcopi se-dem quidquam adversi quoquomodo essent moli-ti; idcirco eos, non est necesse excommunicare, aut anathematizare, quia ipsi anathematis vin-culo propriis manibus professiones suas, suaque scripta roborando constrinxerunt. Sciat te tamen & ipse Joannes, nisi errorem suum cito correxerit, a nobis excommunicandum fore, & Aposto-licæ sedis, atque omnium sanctorum Episcopo-rum communione carere. Universalitatis quoque nomen, quod sibi illicite usurpavit, nolite atten-dere, nec vocatione ejus ad synodum, absque au-toritate sedis Apostolicæ unquam venire, si Apostolicæ sedis, & ceterorum Episcoporum communione vultis frui. *Pelag. II. epist. 2. post princ.*

### C A P U T VIII.

Nam & hoc inquisisti, quid faciendum sit de excommunicato Episcopo, & Apostolicam au-toritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo, & hominibus, cui condemnato incondemna-tus non communicabit, ipsi enim condemnabun-tur, &c. *Zachar. ep. 1. in fin.*

### C A P U T IX.

Si quis presbyter damnatus sit, ad vicinos E-piscopos erat, ut ipsi de caussa cognoscant, & per eos suo Episcopo reconcilietur. Si id nolit fa-cere, sed se superbe ab Episcopi communione se-paret, & schisma cum aliquibus faciat, & sacra ministret, anathema habeatur, & suum locum perdat. Sed videatur, ne contra Episcopum ju-stam querela n habeat. *Carth. cap. 10. 11. G. Carth. II. cap. 8. L. Vorm. c. 66. Capitul. lib. 1. c. 37. Burch. lib. 2. c. 194. Ivo part. 6. cap. 239. decret. Anselm. lib. 12. c. 33.*

CA.

## C A P U T X.

*2. q. 6. c. 19.* Quisquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet, donec obtemperet. *Milevit. c. 24. Afric. c. 89. Cartb. G. c. 123. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 8. panorm. Cap. part. 6. c. 365. decret.*

## T I T U L U S XIV.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA AUGURES, ET ARIOLOS, ET CONTRA EOS, QUI HUJUSMODI HOMINES CONSULUNT.**

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. IV. & V.

## T I T U L U S XV.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI REBAPTIZANT, AUT REBAPTIZANDI OPUS BONUM ESSE CREDUNT, AUT EXTRA TEMPORA CONSTITUTA BAPTIZANT.**

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. XXVII. quibus adde:

## C A P U T I.

*De bapt. c. ult. ap. Greg. IX. c. 1. eod. tit. in 2. coll.* Postquam Græcorum ecclesia cum quibusdam complicibus, & fautoribus suis ab obedientia sedis Apostolicae se subtraxit, in tantum Græci cooperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum, impie committebant, si quando sacerdotes latini super eorum celebraissent altaria, non prius ipsi sacrificabant in ipsis, quam ea, tanquam per hoc inquit, lavissent. Baptizatos etiam a Latinis ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant, &c. Si quis tale quid præsumperit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deponatur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 4.*

## C A P U T II.

Cum rebaptizatis fideles religiosi, nec in cibo participant. *Ilerd. c. 14.*

## C A P U T III.

Non licet absque paschæ solemnitate ullo tempore baptizare, nisi illos, quibus mors vicina est, quos grabatarios dicunt. Quod si quis in alio pago, contumacia faciente, post interdictum hoc, infantes suos ad baptismum detulerit in ecclesiis nostras, non recipientur. Et quicumque presbyter ipsos extra nostrum permisum recipere præsumperit, tribus mensibus a communione ecclesiæ sequestratus sit. *Antif. od. c. 18.*

## T I T U L U S XVI.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI IN REBUS AD MISSÆ, VEL ALIORUM DIVINORUM OFFICIORUM CELEBRATIONEM PERTINENTIBUS GRAVITER PECCANT.**

Vide in Part. I. Lib. XII. pars post. Tit. IV. & XIX. & Lib. VII. Tit. IX. quibus adde:

## C A P U T I.

*De conf. diff. 1. c. Nullus, 57.* Episcopus, aut presbyter, dum ingressus fuerit ad missarum solemnia celebranda, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio Episcopo, aut presbitero suppleantur missarum solemnia; sed qui initium ponit, suppleat usque ad finem, &c. Si quis vero præsumperit, præter

*Tom. VI.*

quod posuimus, agere, a sacro corpore, & sanguine Domini nostri Jesu Christi sit suspensus. *Zachar. in syn. Rom. c. 14. Burch. lib. 3. cap. 230. Ivo part. 3. c. 271. decret.*

## C A P U T II.

Si quis acceptam a sacerdote Eucharistiam non sumperit, velut sacrilegus propellatur. *Tolet. I. cap. 14.*

## C A P U T III.

Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui ingressus de auditorio fuerit, excommunicetur. *Carthag. IV. cap. 24. L. Burchard. lib. 2. cap. 66. Ivo part. 6. cap. 162. decret. Capitul. lib. 7. c. 186. in addit.*

## C A P U T IV.

Clericus, qui absque corpusculi sui inæquali. *Dif. 91. c. 3.* tate vigiliis deest, stipendiis privatus excommunicetur. *Carth. IV. c. 49. Cæsar. lib. 4. c. 112.*

## C A P U T V.

Clerici, si qui in festivitatibus quæ maximæ habentur in oratoriis, nisi jubente, aut permitente Episcopo, missas facere, aut tenere voluerint, a communione pellantur. *Agath. cap. 21. Ivo part. 4. c. 9. decret.*

## C A P U T VI.

Omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur, tam panis, quam vini, &c. Qui per inobedientiam evanescere contendunt, anathemate percellantur. *Mafsc. II. c. 4. Burch. lib. 5. c. 24. Ivo part. 2. c. 34. decret.*

## C A P U T VII.

Clericus, quem intra muros civitatis suæ manere constiterit, & matutinis hymnis sine probabili excusatione ægritudinis inventus fuerit defuisse, septem diebus a communione habeatur extraneus. *Venet. c. 14.*

## C A P U T VIII.

Excommunicatione plestendi, qui hymnos reiicere fuerint ausi. *Tolet. IV. c. 12.*

## C A P U T IX.

Si quis post cibam, vel potum missas fecerit, 7. q. 1. e. vel non perficerit, sine magna molestia, excommunicationis sententiam sustinebit. *Tolet. VII. cap. 2. Burch. lib. 3. c. 70. Ivo part. 3. cap. 124. decret.*

## C A P U T X.

Sicut in aliis ecclesiis vespertino tempore post lumen oblatum prius dicitur vespertino, quam sonum in diebus festis, ita & a nobis custodiatur in ecclesiis nostris. Si quis hunc ordinem minime custodierit in sua ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit, ut bonum hujus operis agant, dum talis ad Metropolitani pervenerit aures, & res fuerit convicta, excommunicationis se noverit feriri sententia. *Emerit. c. 2.*

## C A P U T XI.

Salubri deliberatione censemus, ut per singulas quasque ecclesiæ, in quibus presbyter iussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, per singulos dies dominicos sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas ecclesiæ constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur, aut visi sunt contumæ,

## 530 Juris Pontificii Veteris Epitome

lisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore missæ, quod si ab hac discesserunt, aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine. Si quis hanc institutionem presbyter implere neglexerit, dum talis causa per quemlibet ad aures sui Episcopi pervenerit, presbyter ille excommunicationis sententia feriendus erit. *Emerit. cap. 19.*

### C A P U T XII.

Pontifices uniuscujusque provinciæ, restoresque eundem in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognoverint institutum, &c. Quisquis horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus. *Tolet. XI. c. 3.*

### C A P U T XIII.

*Dif. 23. c. Ecclesiast. ca. 9.* Presbyter in missa utitur orario super utrumque humerum, &c. Si quis aliter egerit, excommunicationi debitæ subjaceat. *Brach. III. c. 13.*

### C A P U T XIV.

*26. q. 5. Quicunq. 13.* Plerique sacerdotum missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud nisi ut is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacerdoti libaminis interventu, mortis, ac perditonis incurrat periculum, &c. Obinde nostræ elegit unanimitatis conventus, ut si quis sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprio deponatur gradu, & tam ipse sacerdos, quam etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilio perpetui ergastulo reliquati, excepto in supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus sacræ communionis eis denegetur perceptio. *Tolet. XVII. c. 5.*

### T I T U L U S XVII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NON VENERANTUR RES SANCTAS, UT OPORTET.*

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. V. & Lib. XI. Tit. IX. part. I.

### C A P U T I.

**C**onmunione corporis Domini nostri Jesu Christi si negligenter erogetur, & presbyter minoria non curat ad nonere offici, gravi anathemate, & digna humiliationis plagi puniatur, &c. *Clem. epist. 2. in princ. vide Antifiod. cap. 12. &c. 13.*

### C A P U T II.

Gastodite die n dominicum, &c. Si quis vestrum in hanc salubrem exhortationem privipendit, &c. si causatus fuerit, irreparabiliter causam amitteret, &c. si clericus, aut monachus, mensibus sex a confortio suspendatur fratribus. *M. tifc. II. c. 1.*

### C A P U T III.

Si in ecclesia, vel intra atrium ipsius aliquod scandalum, vel cædes sequatur, vel aliquis can armis ingrediatur ab Episcopo juxta statuta canonum, communione privetur. *Cabil. c. 17.*

### C A P U T IV.

Fœminæ, quæ in dedicatione basilicarum,

vel in festivitatibus martyrum turpia cantant, excommunicari debent. *Cabil. c. 19.*

### C A P U T V.

Nullo pasto in oratoria domo intra ædes (privatas) baptisma præstetur; sed in ecclesia. Qui contra fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 59.*

### C A P U T VI.

Qui intra sacra septa tabernam, vel venditiones exercet, excommunicetur. *Trull. cap. 77.*

### C A P U T VII.

Si quis post sanctæ Christi nativitatis diem similam coixerit, honoris scilicet prætextu secundinarum impollutæ Virginis Matris; si sit quidem clericus deponatur, si vero laicus, excommunicetur. *Trull. cap. 80.*

### C A P U T VIII.

Sacerdos, qui non sentienti, neque pœnitentiæ ausu temerario pœnitentiam dederit, neque se exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, vel manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentiis significationibus invitatum fuisse probaverit, unius anni excommunicationis sententiæ subjecbit. *Tolet. XII. cap. 2.*

### C A P U T IX.

Non tantum de sacris ministeriis, sed etiam de universis ecclesiæ ornamentiis nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus, vel voluptatibus confringere, vendere, aut naufragare pertemptet. Si quis vero sacerdotum hoc nostrum violare attemptaverit institutum, secundum prisca canonum instituta, honoris proprii ordinem amittat, & ut sacrilegus perenni infamia denotatus a sacræ communionis perceptione, excepto in supremo temporis cursu, omnibus diebus vitæ suæ maneat alienus. *Tolet. XVII. cap. 4.*

### C A P U T X.

Dies quoque octo sacrosanctæ paschalis festivitatis omnibus christianis feriatos esse decernimus ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynæcio, cœmentario, pictorio, &c. quatenus eidem diebus tanto licentius quanto liberius omnibus christianis sanctæ resurrectionis laudibus, & sacrosante prædicationi jugiter insistere licet. Quod si quis temerare præsumperit, excommunicetur. *Malden. cap. 77.*

### T I T U L U S XVIII.

*EXCOMMUNICATIVES CONTRA EOS, QUI ORDINES CONFERUNT, AUT SUSCIPUNT, CONTRA ECCLESIAE DECRETA.*

### C A P U T I.

**V**olumus synodam congregare, atque in ea omnia, quæ sanctis canonibus sunt adversa, distictæ sub anathematis interpositione damnentur: id est, ut neque ex laico habitu quisquam repente ad locum sacri regiminis pervenire presuniat, &c. *Gregor. ad Eucherium Lugdun. Episcop. lib. 7. regi br. epist. 110. cap. 4. al. epist. 108.*

### C A P U T II.

Synodus fieri vestra iussio constituat ubi præsente dilecti si no filio nostro Cyriaco Abbatे sub disticti anathematis interpositione debeat in-

interdici, ne ullus ex laico habitu subito ad Episcopatus gradum audeat accedere. *Greg. ad Brunschild. Regin. lib. 7. registr. epist. 113. cap. 3.*

## C A P U T III.

*Si quis cognitis gestis Nicæni concilii (de ordinandis clericis) aliud, quam statutum est, facere præsumplerit, & non in eo perseverandum putaverit, hic excommunicatus habeatur; nisi per correptionem fratrum emendaverit errorem. Tolet. I. in princ.*

## T I T U L U S XIX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA PERJUROS, BLASPHEMOS, ET CONTRA EOS, QUI ALIOS AD PERJURIUM COHORTANTUR.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VI. part. II. potissimum, & Tit. VII. quibus adde:

## C A P U T I.

*E*ST quorundam sacerdotium, & quod pejus est, sacerdotum improbanda satis obstinatio, ut fidem suis principibus sub juramento promissam observare contemnant, & verborum furo, jura menti obnubilant promissionem. Unde quia Sisbertus Tolitanæ sedis Episcopus talibus machinationibus denotatus repertus est, pro eo quod serenissimum Dominum nostrum Egicanem Regem non tantum regno privare, sed interimere definitivit; per decreti nostri definitionem jam eo loco, & honore privatus existit, &c. Qui inventus fuerit talia fecisse, & vivente Principe in alium intenduisse Regem futurum, a conventu catholicorum excommunicationis fententia repellatur; honore, & loco pulsus, & omnibus rebus exutus perpetuo exilio maneat religatus; in finem vitæ tantum accipiat communionem; nisi prius indulgentiam Regis mereatur. *Tolet. XVI. cap. 9. & in decreto judicij.*

## C A P U T II.

*az. q. 1. c. ult.* Si quis perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato timens poenitentiam longam, ad confessionem venire noluerit; ab ecclesia repellendus est, sive a communione, & confortio fidelium: ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo sua eum recipiat. *Theodulph. ad presbyter. Aurel. cap. 26. Burch. lib. 12. cap. 14. Ivo part. 12. cap. 71. decret. Anselm. lib. 11. cap. 65.*

## T I T U L U S XX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA SIMONIACOS.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VIII. quibus adde:

## C A P U T I.

*E*piscopus a suis Episcopis, clericis, vel monachis non exigat aurum, vel argentum, vel aliquam speciem, &c. Si quis igitur ob eas res prohibeat quem ministerio, vel excommunicet aliquem clericum, vel claudat templum, ne fiant ibi sacra mysteria Dei, pari poena puniatur, ut contraveniens mandatis Dei. *VII. synod. gener. Nicæn. II. cap. 4.*

## C A P U T II.

*Arnulphum Cremonensem, publice coram nostra præsentia convictum, & confidentem se si-*

moniacum ab omni Episcopali officio absque spe reparationis deponimus, & utque ad dignam satisfactionem anathemate percutimus. *Greg. VII. in concil. Roman. anni 5.*

## T I T U L U S XXI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI RES SACRAS, AUT ECCLESIASTICAS SURRIPIUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XXII. & XXXIII. Lib. XVII. Tit. IX. maxime part. II. quibus adde:

## C A P U T I.

*S*unt omnia in potestate Præfusis ecclesiæ, quæcumque intra triginta annorum spatum ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis secularium contra præsentem definitionem egerit, tanquam sacrilegus judicetur, & donec se corixerit, & ecclesiæ propria privilegia, seu res restituerit, & reservaverit, anathema sit. *Synod. VIII. gener. CP. sub Hadrian. II. cap. 18. Anselm. lib. 4. cap. 30. Ivo epist. 71. ad Belvacen. Decanum.*

## C A P U T II.

*Quicumque oblitus Dei, & decreti hujus im- 17. q. 4. c. memor, cuius Romanæ civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devinciri, in constitutum præsens committens, quidquam de jure titularum, vel ecclesiæ superius præfatae quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas; vestes quoque, si sunt, vel si acceperint, aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione domibus, alienare temptaverit, donator, alienator, ac vendor honoris sui missione mulctetur. Præterea, qui petierit, aut accepit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, seu defensorum danti subscripterit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur. Synod. Roman. III. sub Syn. nach. cap. 6. & 7.*

## C A P U T III.

*Ecclesiæ cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conversos, oratores quoque cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere præsumplerit, & postquam facinus suum recognoverit, infra triginta dierum spatum competenter non emendaverit, a liminibus ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur. Urban. II. in concil. incert. cap. 1. Callist. II. in concil. Roman. cap. 19.*

## C A P U T IV.

*Ad hoc sanctæ Romanæ ecclesiæ possessiones quietas servare per Dei gratiam cupientes præcipimus, & sub distictione anathematis interdicimus, ne aliqua militaris persona Beneventanam beati Petri civitatem præsumat invadere, aut violenter tenere. Si quis alter præsumplerit, anathematis vinculo teneatur. Callist. II. in synod. Roman. cap. 8.*

## C A P U T V.

*Si presbyteri, vel clerici rem ecclesiæ vendere, aut donare præsumplerint, venditio non vallet, & de facultatibus suis iudicem ecclesiam*

## 532 Juris Pontificii Veteris Epitome

reddent, & communione priventur. *Agath. c. 22.*

18. q. 2. c. 1.  
Hoc tan-  
tum.

**C A P U T VI.**  
Si Episcopi usurpare quidpiam de monasterii rebus temptaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis. *Tolet. IV. cap. 50.*

**C A P U T VII.**

Ut pervalores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res, vel contra auctoritatem non solum retinere, verum & crudeliter populari noscuntur; quidam etiam & facultates ecclesiarum in diversa collaboratione, & redditibus eas expoliant; sed & pauperes, atque vicinos, & circummanentes immisericorditer expoliant, devastant, & opprimunt, ut rapaces, qui secundum Apostolum a regno Dei excluduntur, ex criminali, & publico peccato, publica penitentia satisfaciant. Quod si hoc agere noluerint, & potestate regia ad hoc exhortati, vel coacti non fuerint, proferatur contra eos Apostolica terribilis sententia, qua dicitur: *Si quis frater nominatur, & est rapax, cum hujusmodi nec cibum quisquam presumat sumere, &c. Quapropter secundum statuta canonum, ab omni ecclesiastica communione, ut sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione, quod admisit, corrigere. Melden. c. 61. Burch. lib. II. cap. 16.*

1. Cor. 6.

1. Cor. 5.

**T I T U L U S XXII.**  
**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI INJUSSU EPISCOPI OBLATIONES ECCLESIAE ACCIPIANT, AUT DISTRIBUANT.**

Vide in Part. I. Lib. III. Tit. XXI. quibus adde:

**C A P U T I.**

16. q. 7. c. 6.  
11.

**N**ullus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, sive Præpositus, vel Decanus animarum curam, vel præbendas ecclesiarum sine judicio, vel consensu Episcopi alicui tribuat; immo sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi judicio, & potestate permaneat. Si quis vero contra hæc facere, aut potestatem, quæ ad Episcopum pertinet, sibi vendicare præsumperit, ab ecclesiarum liminibus arceatur. *Callist. II. in concil. Roman. cap. 7.*

**T I T U L U S XXIII.**

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI DECIMAS NON SOLVUNT, ET CONTRA CLERICOS QUI EAS LAICIS CONCEDUNT.**

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. IX. Lib. XV. Tit. XVI. quibus adde:

**C A P U T I.**

**U**t secundum canonicam auctoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici, de agro ecclesiastico, & manlo, ac mancipliis, quæ ipse suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturae aliquid largitus ecclesiarum fuerit neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem ceasum persolvere cogat, nec quisquam cujuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut retributionem quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit communione usque ad sa-

tisfactionem privetur. *Meld. c. 63. Burch. lib. 3. c. 53. Ivo part. 3. a. 56. decret.*

**C A P U T II.**

Dignum erat, ut capellas villarum vestrarum laicis non committeretis: sed potius illis, qui & eadem sacrata loca religiosius tractarent, & vobis exinde adjuti obsequium debitum impenderent, sed quia aliter causis intervenientibus res se habere dignoscitur, monemus, & hortamur, ut secundum canonicam auctoritatem faciatis, ne quod absit, periculum interdicti anathematis ex decimis præsumptis incuratis. *Meld. c. 75.*

**T I T U L U S XXIV.**

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI RE ECCLESIAE DISPENSANT, AUT BENEFICIA CONFERUNT, ET CONTRA CLERICOS, QUI AB IPSIS ACCIPIUNT.**

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. X. & XI. & Lib. III. Tit. VI. quibus adde:

**C A P U T I.**

**N**ullus laicorum ecclesiæ, vel ecclesiarum 16. q. 7. c. 18. bona occupet, vel disponat. Qui vero se-  
cūs egerit, juxta B. Alexandri capitulum ab ec-  
clesiæ liminibus arceatur. *Paschal. II. in con-  
cil. incert. c. 4.*

**C A P U T II.**

Ut nullus laicus, quamvis religiosus præsumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel ecclesiarum facultatibus, id est, nec dandi basilicas, nec auferendi, sine consensu Episcopi, habeat potestatem: neque ex dote ecclesiarum, id est, ex uno manso, & quatuor mancipliis census exigatur: sed juxta Concilium Aurelianense primum cap. 19. Omnes basilicæ, quæ per diversa loca construæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, ut in ejus ordinatione, & potestate persistant, in cuius territorio positæ sunt. Si quis vero contra hæc ve-  
nire præsumperit, anathemate feriatur. *Colon. sub Carolo III. cap. 4.*

**T I T U L U S XXV.**

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLE-  
RICOS, QUI FRATRIBUS, AUT ALIIS  
COGNATIS RES ECCLESIASTICAS  
LARGIANTUR.**

**C A P U T I.**

**S**i Episcopus fratrem, filium, vel propinquum, ut successorem sibi in Episcopum ordinaverit, ordinatio non valeat, & ipse excommunicatione puniatur; quod humano affectu res Dei tractet, & injustum sit, ut Episcopatus hereditate transfeat. *Apost. cap. 76.*

**C A P U T II.**

Quisquis Pontificum aut sanguine propinquus, Diff. 89. De-  
aut favore personis quibuscumque sibi devinctis center, c. 6.  
talia commendare lucra (*Ecclesiarum, & Mo-  
nasteriorum*) temptaverit; quod fecerit, devo-  
cetur in irritum, & qui ordinavit, annuæ excom-  
municationi subjaceat, ablata ab eo, qui tulit,  
reddantur in duplum. *Tolet. X. cap. 3.*

**C A P U T III.**

Sub anathemate prohibemus, ne de cætero  
clericis, gratia testandi abutentes, cum de rebus

cc-

ecclesiæ nullum possint condere testamentum, fructus beneficiorum ecclesiasticorum spuriis suis, vel concubinis suis dimittant. Qui vero contra hanc inhibitionem venire præsumperint, in signum suæ perditionis, ecclesiastica careant se-pultura; & quibus tales fructus legantur, eis careant ipso jure. Qui autem testamentum tale manus tenere voluerint, & per quorum manus personis illis fructus præbendæ fuerint ministrati, ipso facto sciant se excommunicationis vinculo innodatos, & quandiu fructus hujusmodi contra hanc institutionem ipsis ministrati fuerint, ecclesia ipsa sit sub interdicto posita. *Concil. habitum in Germania sub Conrad. Cardin. cap. 5.*

#### TITULUS XXVI.

##### *EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI ECCLESIAS, ET CLERICORUM IMMUNITATEM VIOLANT.*

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XXXV. & Lib. X. Tit. XI. & in Part. II. Lib. XIII. Tit. XVII. & XVIII. & Lib. XIV. Tit. X. quibus adde:

#### CAPUT I.

<sup>23. q. 4. c.  
Belisarius  
30.</sup> **B**elisarius mandavit me ad se venire, &c. me vi retentum misit in exilium. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimitto officium meum, sed cum Episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizavi, & una cum illis Apostolica, & synodali auctoritate statui, nullum unquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum: & si aliquis deinceps ullum unquam Episcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conspectu Dei, & sanctorum angelorum. *Silver. in synod. epist. 1. Anselm. lib. 12. cap. 8.*

#### CAPUT II.

Quisquis fastu superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas, atque ad honorem Dei sub Regia immunitatis defensione constitutas in honeste trahaverit, vel infringere præsumperit, quasi invasor, & violator domus Dei excommunicetur. *Magunt. sub Rabano cap. 6. Burch. lib. 11. c. 23.*

#### CAPUT III.

<sup>2. Tim. 2.</sup> Ut nemo laicorum presbyteros ecclesiarum suarum turpi villicationis, & secundum Apostolum, sæculari, & inhonestæ negotiationi implicare, nec secum aliorum contra auctoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere; quod si contra interdicta præsumperit, excommunicetur. *Melden. c. 49. Burch. lib. 2. cap. 146. Ivo part. 6. cap. 219. decret.*

#### TITULUS XXVII.

##### *EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI TRADITIONES, ET LEGES ECCLESIASTICAS DE INDUSTRIA, ET MALITIOSE VIOLANT.*

#### CAPUT I.

**E**piscopi, aut clerici deponantur; monachi, aut laici communione priventur, qui ecclesiasticas traditiones contaminant. *Synod. VII. gener. action. 7. in definit. in fine.*

#### CAPUT II.

Omnis legum divinarum libenter violatores, & sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, ecclesiastica indignos regula, & sancta communione (*Petrus Apostolus*) judicabat. *Clem. epist. 1. post med.*

#### CAPUT III.

Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici honore priventur. *Carth. I. c. 14. Hadrian. cap. 44. ad Episcop. Mediom. Burch. lib. 15. cap. 6. Ivo part. 16. cap. 7. decret.*

#### CAPUT IV.

Laici, qui contra Nicænum concilium pascha celebrant, excommunicati sint, & abjecti ab ecclesia, si contendent, & pertinaciter contradixerint ei decreto. *Antioch. cap. 1.*

#### CAPUT V.

Decernimus, ut dum in qualibet provincia <sup>Dicit. 18. c.  
ut.</sup> concilium agitur, unusquisque Episcoporum infra sex mensium spatia omnes Abbates, presbyters, &c. necnon & cunctam dicœcisis suæ plebem aggregare nequaquam moretur; quatenus coram eis publice omnia referata, de iis, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita exitierint, plenissime notiores efficiantur. Quod si quispiam ea pendenda <sup>\* parviped-</sup> crediderit, aut contemnenda de-legerit, &c. sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistet usquequaque mulctatus. *Tolet. XVI. cap. 7.*

#### CAPUT VI.

Si quis publicus divinæ legis prævaricator, vel pro manifestis criminibus erga ecclesiastica justa, & rationabilia judicia contemptor repertus fuerit, vel inflatus, ac tumidus, monitis ecclesiasticis, ac sanctorum patrum constitutionibus contradicitor, vel subsannator comprobatus fuerit, si monitionibus Episcopalibus obtempore distulerit, anathematizetur. *Melden. c. 13.*

#### TITULUS XXVIII.

##### *EXCOMMUNICATIONES CONTRA SUPERSTITIOSOS, ET CONTRA EOS, QUI DIE DOMINICO JEJUNANT.*

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XIII. & in Part. II. Lib. XVII. Tit. IV.

#### CAPUT I.

**S**i clericus dominicam diem jejunet, deponatur, laicus excommunicetur. *Apost. cap. 64. Trull. cap. 55. vide Læd. c. 49. Trull. c. 52.*

#### CAPUT II.

Ne quis jejunet die dominica causa temporis, <sup>De conf. diff.</sup> aut persuasionis, aut superstitionis. Nec quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint; nec habitent in latibulis cubicolorum, ac montium, qui in suspicionibus perseverant; sed exemplum, & præceprum custodian fecerdotum; & ad alienas villas agendorum conventuum causa non conveniant. Ab universis Episcopis dictum est: Anathema sit, qui hæc commiserit. *Cæsar. aug. c. 2.*

#### CAPUT III.

Si quis natalem Christi secundum carnem non vere honorat, sed honorare simulat se, jejunans in eodem die, vel in dominico, quia Christum in hominis vera natura esse non credit, sicut Cerdon,

don, Marcion, Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Bracar. cap. 4.*

## C A P U T IV.

Servetur canon jubens, ut si clericus inveniatur dominica jejunare, &c. deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 55.*

## T I T U L U S XXIX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,  
QUI NON JEJUNANT DIEBUS AB  
ECCLESIA PRÆSTITUTIS.*

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. II. & IX.

## T I T U L U S XXX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,  
QUI CIBIS PROHIBITIS VESCUNTUR.*

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XVI. quibus adde:

## C A P U T I.

**S**i quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali catalogo comedet carnes in sanguine animæ ipsorum, vel quod a feris captum, vel morticinum, deponatur; si autem sit laicus, segregetur. *Apost. c. 63.*

## C A P U T II.

*Difl. 30. c.  
13.* Si quis carnem edentem præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione, & fide contemnat, velut spem propter hujusmodi perceptionem non habentem, anathema sit. *Gangr. c. 2. Ivo part. 4. c. 30. decret.*

## C A P U T III.

Qui cibis idolorum cultibus immolatis, gustu illicitæ præsumptionis utuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur. Similiter & hi, qui bestiarum morsibus extinto, vel quolibet morbo, aut causa suffocato vescuntur. *Aurel. 2. c. 20.*

## T I T U L U S XXXI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,  
QUI NON COMMUNICANT TEMPO-  
RIBUS CONSTITUTIS.*

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. VII.

## T I T U L U S XXXII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,  
QUI DIU ABSUNT AB ECCLESIA, ET  
PRÆSERTIM DIEBUS SOLEMNIORI-  
BUS, ET TEMPORE QUADRAGESI-  
MÆ.*

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. XIV. & Lib. V. Tit. XIV. quibus adde:

## C A P U T I.

**Q**UI die solemnii, prætermisso solemnii ecclesiæ conventu, ad spectacula vadit, excommunicetur. *Carthag. IV. cap. 88. Ivo part. 4. c. 8. decret.*

## C A P U T II.

*De conf. dist.  
3. cap. 15.* Ne quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles defint: nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in suspicionibus perseverant, sed exemplum, & præceptum custodian taceant, & ad alienas villas agendorum conveniunt causa non convenient. Ab universis Episcopis dictum est: Anathema sit, qui haec commiserit. *Cæsaraug. c. 2.*

## C A P U T III.

Ut presbyteri, & cives, qui in præcipuis festivitatibus cum Episcopo non fuerint, sed in villis

eisdem festivitatibus communione pellantur. *Arv. c. 14.*

## T I T U L U S XXXIII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA APO-  
STATAS, QUI A RELIGIONE DISCE-  
DUNT, AUT PÆNITENTIAM SUSCE-  
PTAM IMPLERE NOLUNT.*

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XXXI. & Lib. XII. Tit. XX. quibus adde:

## C A P U T I.

**D**E præsentis concilii assensu statuimus, ut nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo religioso loco professionem, ad physicam, legesve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierit, & ad claustrum suum infra duorum mensium spatium non redierit, sicut excommunicatus ab omnibus evitetur, & in nulla caussa, si patrocinium præstare temptaverit\*, audiatur. Reversus vero in choro, in capitulo, in mensa, & cæteris ultimus fratrum semper existat, &c. *Alex. III. in concil. Turon. cap. 3.*

## C A P U T II.

Eos, qui pro Hierosolymitano, vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibulis posuisse noscuntur, & viam postea dimisisse, cruces iterato assumere, & viam ab instanti Pascha, usque ad proximum sequens Pascha perficere, Apostolica auctoritate præcipimus, alioquin ex tunc eos ab introitu ecclesiæ sequestramus. *Callist. II. in concil. Rom. c. 11.*

## C A P U T III.

Monachi, qui cœptam observationis viam relinquunt, & absque epistulis, & absque certis negotiis, vel necessitatibus per regiones vagantur alienas, cognita districione, si se non emendaverint, ab Abbatibus suis, vel a sacerdotibus ad communionem non recipientur. *Andegaven. cap. 9.*

## C A P U T IV.

Quæcumque puellæ, seu propria voluntate monasterium expetunt, seu a parentibus offeruntur, annum in ipsa, qua intraverint, veste permaneant. In his vero monasteriis, ubi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea qua intraverint, veste permaneant. Et postmodum secundum statuta monasterii ipsius, in loco, quo elegerint permanere, vestimenta Religionis accipiant. Quæ si deinceps sacra reliquientes loca, propositum sanctum sæculi ambitione transcederint, illæ, quæ in domibus propriis, tam pauperæ, quam viduæ commutatis vestibus convertuntur, cum iis, quibus conjugio copulantur, ecclesiæ communione priventur. Sane si culpam sequestratione sanaverint, ad communionis gratiam revocentur. *Aurel. V. c. 19.*

## C A P U T V.

Siquis a pœnitentiæ statu deficiens, nuptias contraxerit, sit anathema. *Barc. II. c. 4.*

## C A P U T VI.

De illis hominibus, qui dicunt, quod se propter Deum tonsurassent, & modo res eorum vel pecunias habent, & nec sub manu Episcopi sunt, nec in monasterio regulariter vivunt, placuit,

*No clor. vel  
Mon. c. 3.  
Greg. IX. &  
c. 2. eod. tit.  
in 1. coll.*

\* voluerit.

ut in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu Episcopi sub ordine canonico, & si aliter fecerint, & correpti ab Episcopo suo se emendare noluerint, excommunicentur, & de ancillis Dei eadem forma servetur. *Syn. apud Palat. Ver. nis c. 2.*

## TITULUS XXXIV.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA MONACHOS, ET VIRGINES, QUI VOTUM CASTITATIS VIOLARUNT, ET CONTRA EOS, QUI ILLAS AD STUPRUM SOLlicitarunt.**

Vide in Part. I. Lib. VII. Tit. XXXIX. & Lib. X. Tit. XVII. & XXIII. & Lib. XI. Tit. IV. part. I. quibus adde:

## CAPUT I.

**S**i quis presbyteram duxerit in conjugium, anathema sit. *Synod. Rom. sub Gregor. II. c. 1. Trosl. c. 8.*

## CAPUT II.

Si quis diaconam in conjugium duxerit, anathema sit. *Synod. Rom. sub Gregor. II. c. 2. Trosl. cap. 8.*

## CAPUT III.

Hadrianus filius Exhilarati, qui post præstum sacramentum in Apostolica confessione Epiphaniam diaconam illico ausu in uxorem habet, anathema sit. Epiphania diacona, quæ post præstum sacramentum cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapsa est in uxorem, anathema sit. Si quis ei in tam crudeli actu conlensum præbuit, anathema sit. *Synod. Rom. sub Gregor. II. c. 15. C. 16.*

## CAPUT IV.

Qui noluerint (*loquitur de virginibus sacris, & de iis, qui eas duxerunt uxores*) se de vetito conjugio separare, perenni excommunicatione damnentur, & quicumque Episcoporum, presbyterorum, diaconorum, eos communicare præsumperit, ab omnibus Episcopis excommunicatus habeatur, &c. Quicumque de laicis ingenuis cum talibus excommunicatis participare præsumperit, excommunicatum se esse cognoscat. *Turon. II. c. 21.*

## TITULUS XXXV.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, SACRIS INITIATOS, QUI VOTUM CASTITATIS VIOLARUNT, ET QUI ILLIS ALIQUO MODO FAVENT.**

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XLI. & Lib. VI. Tit. XXVIII. & XXXIII. & Lib. VII. Tit. XVI. & Lib. XI. Tit. IV. part. II. quibus adde:

## CAPUT I.

**C**lerici, qui volentes absque ulla reclamatio ne in ætate fuerunt legitima ordinati, cum mulieribus, quas acceperunt, excommunicatio ne percellantur. *Aurel. III. c. 7.*

## CAPUT II.

Si quis clericorum deinceps fuerit deprehensus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publice concubinam, nisi post admonitionem canonicam illam a se prorsus expulerit, ex tunc tam beneficio, quam & officio spoliatur. Si vero nec sic fœtorem suæ libidinis curaverit evitare, quia cre-

scente contumacia crescere debet & poena, anathematis sententia feriatur. Qui vero obsecenis voluptatibus inhantes, concubinas usque ad hæc tempora publice tenuerunt, sub poenitentia duzimus redigendos, ut si canonici fuerint, quadraginta diebus in claustris suis in quadragesimali cibo jejunent. Si autem hæc agere contemperint, Præpositis, & Decanis, & capitulis ecclesiarum sub anathemate prohibemus, ne præbendarum fructus eis ministrent, nec ad chorum, vel ad consortium capituli eos admittant, nisi inceptra dicta poenitentia, & peracta, & præstito juramento, quod eas ulterius non resumant. Qui vero remotas resumere præsumperint, decernimus eos beneficiis esse privatos, &c. Si vero decani, vel alii eorum confratres excessum eorum scientes dissimilare præsumperint, eos denuntiamus excommunicationis vinculo subjacere. *Concil. habitum in Germania sub Conrado Card. c. 2.*

## TITULUS XXXVI.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, ET MONACHOS, QUI CUM FEMINIS HABITANT, AUT CUM EIS FAMILIARITER, VEL SECRETO LOQUUNTUR.**

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVIII. Lib. VI. Tit. XXX. Lib. VII. Tit. XVIII. & XIX. quibus adde:

## CAPUT I.

**S**andimoniae, & virginitati deservientes in una domo cum extraneis non commorentur, &c. Si laici sunt post commonitionem, si contemperint, a communione separantur. *Carthag. I. cap. 3.*

## CAPUT II.

Item si cum viduis commarentur nulla germinate conjunctis. *Ibid. c. 4.*

## CAPUT III.

Quia nullum Diabolo locum dari oportet, nullam clericis cum extraneis feminis habeant familiaritatem, &c. Si quis clericus, post interdictum Episcopi sui, illicitis familiaritatibus extranearum fœminarum voluerit inhærere, a communione habeatur alienus. *Turon. cap. 3.*

## CAPUT IV.

Si quis clericorum a gradu subdiaconatus, & supra in consilio familiaritatis habuerit mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, noverit se, non solum a clericatus officio retrahi, vel Ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium Catholicorum clericorum, vel laicorum communione privari, nulla prorsus vel colloquii consolatione relieta. *Tolet. II. cap. 3.*

## CAPUT V.

Si Episcopus, presbyter, diaconus cum extra nea habitat, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio jacturam subire. Si Antistes eum distingere noluerit, ipse leveritate sententiæ feriatur. *Arvern. c. 16.*

## CAPUT VI.

Episcopus negligens id exequi (*excommunicare clericos cum mulieribus extraneis habitantes*) sententiam prædecessorum canonum se incurrire omnino cognoscat. *Turon. II. c. 12.*

CA-

## C A P U T VII.

Mulier intra septa monasterii nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpositus negligens apparuerit, qui eam videbit, & non statim ejecerit, excommunicetur. *Turon. II. c. 17.*

## C A P U T VIII.

Si quis clericorum præter matrem, aut germanam, vel etiam, quæ proxima consanguinitate junguntur, alias aliquas quasi adoptivas feminas secum retinent, & cum ipsis habitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit. *Brac. c. 15.*

## C A P U T IX.

Monasteria virginum in provincia Bætica monachorum administratione, ac præsidio gubernentur, &c. remote tamen ab earum familiaritate, nec usque ad vestibulum habeant accedendi licentiam. Sed neque Abbatem, vel eum, qui præficitur, extra eam, quæ præst, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem monorum non pertineat, licebit, neque cum ea sola frequenter, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita ut rara sit accessio, & brevis omnino locutio, &c. Si qui autem monachorum hanc ordinationem contemperint, aut qualibet inertiae dissolutione neglexerint, sciant, quod eorum temeritas, atque superbia excommunicationis sit pleætenda censura. *Hispal. II. c. 11.*

## C A P U T X.

Nemo clericus suspectam mulierem, vel ancilam habeat. Hoc ipsum eunuchi servent. Sin minus, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 5. vide Nicæn. c. 3.*

## C A P U T XI.

Neque mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat, &c. Si quis autem hoc fecerit, sive sit clericus, sive laicus, segetur. *Trull. c. 47.*

## C A P U T XII.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplinæ regula degunt, obstruti munitis claustris, nullo pateant, nisi forte summa impellente necessitate, aditu virorum. Sed neque presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, vel etiam archimandritis, quasi visitationis, vel prædicationis caufa, sine permisso Episcopi civitatis, sibi licentiam tribuat ineundi. Quin etiam neque Episcopus absque sacerdotibus, vel clericis suis, ut decet, & honeste convenit, adire illuc licentius se existimet, &c. Si quis post hanc definitionem hujus reverendi concilii de his, quæ confonavice, salubriterque, statuta sunt, temerario ausu violare temptaverit, canonicis coercentur vindictis, scilicet, aut juxta modum, & qualitatem culpæ excommunicatione molectetur, aut anathematis vinculo punitus vinciatur, aut certe honoris proprii amissione nudatus; reus ab Ecclesiæ gremio evellatur. *Forojul. c. 12.*

## C A P U T XIII.

Comperimus quosdam canonicos, & monachos, posthabito religionis suæ pudore, monasteria sanctimonialium, tam monacharum, quam canonistarum, inconsulto Episcopo suo, imprudenter, atque irreverenter adire, qui obtendere

solent, se non ob aliud illuc accedere, nisi aut propinquitatis, aut familiaritatis, aut certe nescio cuius collocutionis gratia, &c. Episcopis sane summopere providendum est, ne canonicorum, aut monachorum accessus indiscretus in monasteriis puellaribus passim fiat, quia per sepe hac occasione multos utriusque ordinis, canonici videbile, & monastici viros, muscipulam diaboli incurrisse cognovimus, &c. His ita ex canonica auctoritate præmissis, oportet, ut canonici, & monachi se ab hoc illicito facto cohibeant, ne contingat eos canonica censura percelli. Transgredientem vero hanc definitionem nostram, excommunicatum esse decrevimus, ne nomen Domini blasphemetur. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. I. cap. 46.*

## C A P U T XIV.

Si quicumque presbyter non solum in nostra parochia, sed in nostra diœcesi confessus, vel legali, ac regulari judicio fuerit convictus de cohabitatione, vel frequentatione, sive accessu cum feminis contra canones, &c. modis omnibus secundum decreta B. Gregorii, sine gradus sui restituzione deponatur, juxta capitulum magni Leonis Papæ, quo dicit: „Hoc itaque admonitione nostra denuntiat, quod si quis fratrum contraria hæc constituta venire temptaverit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius noluit esse disciplinæ“. *Trosl. c. 9. Greg. ad Æther. Lugd. Episc. lib. 7. ep. 110.*

## C A P U T XV.

Presbyter, qui apud se femina habebat, nisi illam statim ejecerit, excommunicatur. *Basil. ad Greg. presbyt.*

T I T U L U S XXXVII.  
EXCOMMUNICATIONES CONTRA INCESTUOSOS.

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. XXIII. & Lib. XI. Tit. XII. Lib. XII. Tit. XIII. & Lib. XIII. Tit. IV. Part. IV.

T I T U L U S XXXVIII.  
EXCOMMUNICATIONES CONTRA RAPTORES FEMINARUM.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. IV. Part. V.

T I T U L U S XXXIX.  
EXCOMMUNICATIONES CONTRA ADULTEROS.

Vide in Part. II. Lib. XIV. Tit. XXXIV. & Lib. XIII. Tit. IV. Part. VI.

T I T U L U S XL.  
EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI CUM MARIBUS CONCUMBUNT.

Vide in Part. II. Tit. IV. Part. VII.

T I T U L U S XLI.  
EXCOMMUNICATIONEM CONTRA EOS, QUI STUPRUM, AUT SIMPLICEM FORNICATIONEM, AUT QUODCUMQUE ALIUD FLAGITIUM PERTINENS AD LIBIDINEM COMMITTUNT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. IV. Part. VIII. quibus adde:

CA.

## C A P U T I.

**P**enitentes, quæ defuncto viro, aliis nubere prælumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate se cum extraneo junxerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in pœnitentia polito placuit observari. *Arelat. II. c. 21.*

## C A P U T II.

Quæ de virginitate crimine proprio decidunt, non solum a communione habeantur alienæ, sed ne conviviorum quidem admittantur esse participes. *Andeg. c. 6.*

## C A P U T III.

Quæcumque mancipia sub specie conjugii ad Ecclesiæ confugerint lepra, ut per hoc credant posse fieri conjugium, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a clericis defensetur, quia probatum est, ut sine legitima traditione conjuncti, pro religionis ordine, statuto tempore ab Ecclesiæ communione suspendantur, ne in scris locis turpi concubitu misceantur. *Aurel. IV. c. 23. al. 24.*

## T I T U L U S XLII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI UXORES SINE CAUSSA DIMITTUNT, AUT EIS DIMISSIS ALIAS DUCUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. XXVI. & XXVII. quibus addet:

## C A P U T I.

**S**i conjugatus vult monachus fieri, ex consensu mulieris fiat, ita ut illa fiat monacha, vel profiteatur castitatem, quia eo vivente monacho, nunquam habebit alium, similiter de muliere. Si quis istorum prævaricator fuerit mandatorum, excommunicationi subjaceat. *Greg. VII. in syn. Rom. ann. incert. c. 20.*

## C A P U T II.

*Vid. diff. 28. c. 14. diff. 31. c. Quicunque, in fin. Trull. cap. 13. Burch. lib. 1. cap. 78. Ivo lib. 3. rit. 8. cap. 30. panorm. C part. 5. cap. 184. decret.*

Episcopus, presbyter, diaconus si uxorem religionis prætextu ejecerit, excommunicetur; si perleverat, deponatur. *Apost. cap. 5. G. 6. L. rit. 8. cap. 30. panorm. C part. 5. cap. 184. decret.*

*Uxorem habitam ante ordinationem præcipitur etiam alere clericus post eam: ideo punitur qui eam eiicit.*

## T I T U L U S XLIII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI UXORES DUCUNT INVITIS ILLARUM PARENTIBUS.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. III.

## T I T U L U S XLIV.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA HOMICIDAS.*

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. I. quibus addet:

## C A P U T I.

**D**e iis clericis, qui in obsidionibus necessitate positi fuerint, qui altario ministrant, &c. ab omni humano sanguine etiam hostiliter abstineant. Si in hoc inciderint, duobus annis tam officio, quam communione priventur, &c. *Ilerd. cap. 1.*

*Tom. VI.*

*Dif. 50. c. 36.*

## C A P U T II.

Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud 25. q. 5. c. nos, heu proh dolor, reperiuntur, &c. quorum aliquos jam excommunicavimus: sed illi hoc parvipedentes in eisdem perduraruat criminibus, &c. *Turon. sub Carolo c. 41. Burch. lib. 7. c. 29. Ivo part. 9. c. 65. decret.*

## T I T U L U S XLV.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA REOS LAESÆ MAJESTATIS, ET PERFUGAS, ET PRODITORES.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. II.

## T I T U L U S XLVI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI PACEM, AUT TREUGUAM NON SERVANT.*

## C A P U T I.

**P**AX Dei ab omnibus teneatur; & quicumque in pace prædam fecerint, vel aliter infregerint receptum, unde præda facta, vel ad quod conducta fuerit, excommunicentur, & factores, & emptores. *Greg. VII. in concil. Roman. ann. incert. cap. 14.*

## C A P U T II.

Sub poena excommunicationis firmiter præcipimus treuguam Dei, sicut in Lateranensi concilio constitutum est, studiose observari: videlicet a septuagesima usque ad octavas Paschæ, & ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphaniae. *Urban. II. in concil. Claromont. c. 4. al. 5.*

## C A P U T III.

Si quis treuguam diffregerit, usque tertio ad satisfactionem ab Episcopo admoneatur. Quod si nec tertio satisfacere contemperit, Episcopus, vel cum Metropolitani consilio, aut cum duobus, aut uno vicinorum Episcoporum, in rebelle anathematis sententiam dicet, & per scripturam Episcopis circumquaque denunciet. *Callist. II. in concil. Roman. cap. 13.*

Vide *Alex. III. in concil. Later. cap. 21. tit. Ne quisquam communicet cum excommunicatis, cap. 5.* Si quis treuguam.

## T I T U L U S XLVII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA FALSOS TESTES.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XIV.

## T I T U L U S XLVIII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA INCENDIARIOS.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. V.

## T I T U L U S XLIX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA FUERES, ET RAPTORES.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. IX.

## T I T U L U S L.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI RES NAUFRAGORUM DIRIPIUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. X.

## T I T U L U S LI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA FÆNERATORES.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. VI.

*Y y y*

*TI-*

T I T U L U S LII.  
**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,**  
*QUI NOVA TRIBUTA IMPONUNT,*  
*SINE AUCTORITATE PRINCIPIS;*  
*AUT QUÆ JAM NON DEBENTUR,*  
*PETUNT.*

## C A P U T I.

*De censib. e. Innovamus, 1o. Gr. IX. de treug. & in l. coll.* **N**EC quisquam alicubi novas pedagiorum exactiones sine auctoritate Regum, & Principum consensu statuere, aut statutas de novo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo temere presumat. Si quis autem contra hoc venire presumperit, & communitus non desisterit, donec satisficiat, communione careat christiana. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 22.*

## C A P U T II.

*24. q. 3. n. 23.* **S**i quis mercatores novis teloneorum, & pedagiorum exactiōibus molestare temptaverit, donec satisficerit, communione careat christiana. *Callist. II. in concil. Roman. cap. 5.*

## C A P U T III.

Religiōsi Principis nostri Evgili Regis affectus decrevit, ut omne tributum præteriorum annorum usque in anno primo regni sui absolutionis perpetuæ debeat sanctiōe laxari. Ea tantum de ipsis tributis præcipiens theufaris publicis exhiberi, quæ exacta, & non illata fuisse constituerint. Quod pietatis beneficium admirantes, non solum vigorem gloriosæ definitioni apponimus, sed perpetuæ excommunicationi eum, qui contravenit, subiiciendum esse sancimus. *Tolet. XIII. cap. 3.*

## T I T U L U S LIII.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,**  
*QUI NUMMOS ADULTERANT.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XII.

## T I T U L U S LIV.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA DETRACTORES.**

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XV.

## T I T U L U S LV.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,**  
*QUI LIBELLOS FAMOSOS IN PUBLICO PROPONUUNT, AUT LEGUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. XVI.

## T I T U L U S LVI.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,**  
*QUI INIMICITIAS GERUNT, ET QUI NON CONANTUR CONSTITUERE CONTROVERSIAS, ANTEQUAM LITEM INTENDANT.*

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. VI, & Lib. XIII. Tit. II. & Lib. XVII. Tit. I. Part. IX. quibus adde:

## C A P U T I.

*2. q. 7. c. 15. Accusatio.* **S**Si qui lacerare, accusare, aut infestare præsumperint columnas Ecclesiæ, antequam eos familiariter admonenterint, excommunicentur, & minime absolvantur, antequam per satisfactionem condignam egerint pœnitentiam. *Anaclet. epist. 2. ante med. Troslejan. cap. 5. Ivo part. 5. cap. 238. decret.*

## C A P U T II.

Si vicilim reconciliari non studueritis, ab

Apostolicæ sedis, & totius Ecclesiæ communione, vos pelli non dubitetis. *Victor. ep. 2. post princ.*

## C A P U T III.

Hi, qui publicis inter se odiis exardescunt, ab Ecclesiasticis conventibus sunt removendi, donec ad pacem recurrant. *Arel. II. cap. 3.*

## C A P U T IV.

Quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diutina intentione nequierint, a sacerdotibus civitatis primi-  
tus arguantur, qui si inimicitias deponere peraci-  
osa intentione noluerint, de Ecclesiæ coetu ju-  
stissima excommunicatione pellantur. *Agath. cap. 31. Vorm. cap. 41. Troslejan. c. 12. Burch. lib. 10. cap. 61. Ivo part. 13. cap. 62. decret.*

## C A P U T V.

Relatum est nobis quorundam sacerdotum personas, non solum occasum solis ab ira non revocare, sed quod nec annosa transactio temporum ad bonum charitatis reclinet: quippe in quo-  
rum cordibus sol justitiae Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum ergo discordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipien-  
das esse censimus, atque præcipimus eis, ut ante-  
quam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat. *Tolet. XI. cap. 4. vide Cartb. IV. cap. 93. Troslejan. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 131. O lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. O part. 5. cap. 231.*

## T I T U L U S LVII.

**EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,**  
*QUI FALSO ACCUSANT, AUT CONTRA JURIS ORDINEM, AUT NON PROBANT, QUOD OBIICIUNT.*

## C A P U T I.

**E**uphemius, dum probasset omnia, quæ testi-  
ficabatur (*contra Polychronium Pontifi-  
cum suum*) prima pollicitatione damnatus est,  
& accepit anathema, dum docuisset omnia: &  
superscripterunt omnes Episcopi in ejus damna-  
tionem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: „Ex  
„te enim damnaberis, quoniam Pontificem,  
„qui te consecravit Coepiscopum condemn-  
„bas, & accusabas“. Cecidit autem in terram  
ante omne concilium Episcoporum, & ibi confite-  
batur se peccasse. *Synod. Roman. sub Xyst. III. Nicol. in epist. ad Michael. Imp. ante med.*

## C A P U T II.

Decernimus omnes, qui sanctos Patres perse-  
quuntur, aut amovere, vel dilacerare manife-  
nituntur, infames esse, & alienos a liminibus  
Ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri. *Alex. ep. I. ante med.*

## C A P U T III.

Si quis contra hujusmodi personas (*loquitur de Episcopis, presbyteris, O reliquis clericis*) non probanda detulerit, intelligat se jacturam infamiae sustinere: & sub magna excommunica-  
tione exilio deportari. *Xyst. III. epist. unic. ante med. Hadrian. Papa cap. 22. ad Episcopum Mediomer. Anselm. lib. 3. cap. 45. Capitul. lib. 7. cap. 438.*

CA-

C A P U T IV.

<sup>2. q. 3. c. 4.</sup> Si quis Episcopam, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandam ei non esse communionem. *Hadrian. ad Episcop. Mediomat. cap. 58. Elib. cap. 75. vid. concil. apud S. Medard. Burch. lib. 2. cap. 195. Ivo part. 6. cap. 240. decret.*

C A P U T V.

<sup>5. q. 6. c. 6.</sup> Delatore fidi, si quis fuerit proscriptus, vel imperfectus, nec in finem accipiat communionem. Delator. Si levior causa fuerit, intra quinquennium. *Elib. cap. 73. Burch. lib. 6. cap. 27. Ivo part. 10. cap. 156. decret. Capit. lib. 6. cap. 244. C. lib. 7. c. 205. C. in addit. cap. 160.*

C A P U T VI.

Qui falso accusant fratres suos, usque ad exitum non communicent. *Arel. I. c. p. 14.*

C A P U T VII.

<sup>3. q. 10. c. 2.</sup> Eos, qui falsa fratribus capitalia objecisse convici fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione penituerint. *Arelat. II. cap. 24. Capitul. lib. 6. cap. 241.*

C A P U T VIII.

<sup>Dif. 46. c. Accusato- res.</sup> Episcopus accusatores fratrum excommunicet, & si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Carth. IV. cap. 55. Caesar. lib. 4. cap. 112.*

C A P U T IX.

<sup>5. q. 6. c. 5. q. 6. c. 6. c. 6. c. 6. c.</sup> Si quis saecularium per calumniam Ecclesiam, aut clericum\*, fatigare temptaverit, & convictus fuerit, ab Ecclesiæ liminibus, & a catholicorum communione, nisi digne penituerint, coerceatur. *Agath. c. 32. Vorm. c. 24. C. c. 61. Burch. lib. 15. cap. 5. Ivo part. 16. cap. 6. decret. Anselm. lib. 3. cap. 116.*

C A P U T X.

<sup>2. q. 4. c. 1.</sup> Excommunicationem accusati accusator fornicationis clerici accipiat, qui non potuit probare, quod dixit. *Brac. II. cap. 8. Burch. lib. 2. c. 202. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 13. panorm. C. part. 6. c. 276. decret. Capitul. lib. 5. c. 240.*

C A P U T XI.

Qui innocentes, aut coram Principe, aut iudicibus accusare convicti fuerint. Si clericus honoratior fuerit, ab officio sui ordine degradetur: si vero saecularis, communione privetur. *Matif. con. cap. 18.*

C A P U T XII.

Rodoldus Fredebertus, & socii, qui falso Hincmarum Archiepiscopum Remensem accusarunt, quia gradus Ecclesiasticos, quibus privarentur, non habebant, iussi sunt communione privari. *Synod. apud S. Medard. in fin.*

T I T U L U S LVIII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,  
QUI ALIIS INJURIAM FACIUNT,  
PRÆSERTIM EPISCOPIS, PRESBYTERIS,  
ET RELIQUIS CLERICIS.*

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XVIII. quibus adde:

C A P U T I.

<sup>11. q. 3. c. 73. Serve-</sup> D <sup>tur.</sup> Excommunicatis clericis, vel laicis in singulis provinciis a singulis Episcopis, servetur sententia canonis prohibentis ab alteris ejus, ab alteris recipi. Inquiratur autem, an pulsanimitate, aut contentione, aut aliqua alia commotione Episcopi, excommunicati sunt. Hæc inquisitio fiat in synodo, quæ bis singulis annis conveniat in singulis provinciis, ab omnibus Episcopis ejus provinciæ ad hæc, & similia tractanda. Atque ita qui manifeste Episcopum offenderunt, ab omnibus excommunicati habeantur, quoad in communione Episcopis videatur humaniorem sententiam ferre. Fient vero synodi altera ante quadragesimam, ut omni simultate sublata munus habeatur, dum Deo donum offeramus: altera autunni 3. tempore. *Nicæn. c. 5. vid. Ap. c. 12. 13. G. 13. L. 32. G. 33. L. C. 37. G. 38. L. vide Carth. 138. G. Carth. VI. in fin. L. Arelat. II. cap. 8. Aquisgran. sub Ludov. Pio c. 42. Anselm. lib. 12. cap. 13. in addit. Burch. lib. 11. cap. 35. Ivo part. 14. c. 100. decret.*

C A P U T II.

Laici, vel monachi sint excommunicati, clerici canonum poenitentia, qui conantur, ut <sup>10. Quidam,</sup> clerici prochiorum, monasteriorum, vel martyriorum non subsint suis Episcopis. *Chalc. cap. 8.*

C A P U T III.

Si quis laicorum transgrediens, & contemnens divinis, & imperiales iurisdictiones irridens vincula, & jura Ecclesiastica, & civilia, ausus sit aliquem Episcopum verberare, aut custodire, aut sine causa, aut effici caussa, anathema sit. *Synod. VIII. CP. sub Joann. VIII. c. 3.*

C A P U T IV.

Universa synodus dixit: „Episcopalem persecutionem, & Ecclesiistarum abfissionem, vel vastationem, atque servorum Dei infectationem, fulti predicta autoritate, & omnium sanctorum patrum prohibitione, vestraque consolatione, communis tractata patiter in futurum robuste, ac veraciter amputantes, sanctorum patrum statuta firmantes, expressis sententiis sancimus, ne unquam talia a quo quam nostris, aut futuris temporibus praesumantur“. Et silentio factio, Symmachus Episcopus Ecclesiæ Catholice urbis Romæ dixit: „Quod si aliqui hæc transgressi fuerint, & talia præsumplerint, quid super his vobis videtur, pari aduatione manifestate“. Cumque surrexissent, & paulo post iterum confidissent, una voce dixerunt: „Si quis hæc, quæ hodie in hac <sup>2. q. 5. c. 3.</sup> sancta synodo prohibita sunt, infringere præsumplerit, aut voluntarie transgredi temptaverit, si clericus est gradu proprio penitus careat, si vero monachus, aut laicus fuerit communione privetur, & si non emendaverit viatum, anathemate feriatur. Secretas vero infidias, vel manifestas Poenitentias a quibuscumque illatas, vel ea, quæ hujus sanctæ synodi sententia complicitur, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, potiatur honore; hi, qui adversa eis moliantur, sicut a sanctis pa-

# 540 Juris Pontificii Veteris Epitome

„ tribus dudum statutum est, & hodie synodali,  
„ & Apostolica auctoritate firmatur, penitus  
„ abiiciantur, & exilio, suis omnibus sublatis,  
„ perpetuo tradantur“. *Synodo Rom. V. sub  
Symmach. in fin.*

## C A P U T V.

Laici, qui alterius dioecesis presbyterum Ecclesie cuiuscumque sua potestate instituerint, non præbente consensu Episcopo, cuius parochia videtur existere, a fidelium communione separantur. *Leo IV. in Synodo Rom. c. 41.*

## C A P U T VI.

Violatores, seu corruptores sacri tumuli Formosi Papæ, qui sub fœdere conspirationis ad capiendum thesaurum, corpus illius trahentes in fluvium Tyberim jactare non timuerunt, divina auctoritate, synodalique nostro consultu, nisi resipuerint, sint a sanctæ Dei Ecclesiæ liminibus separati. *Ravenn. sub Joann. IX. part. 5. cap. 9.*

## C A P U T VII.

Si quis parochianus, vel dictis, vel factis contumelias suo intulerit presbytero extra Ecclesiam fiat, donec satisfaciat, ne nomen Dei, & ordo vilescat. *Gregor. VII. in concil. Rom. anni incert. cap. 26.*

## C A P U T VIII.

<sup>17. q. 4. c.</sup> Si quis suadente Diabolo, hujus sacrilegii reatum incurrit, quod in clericum, vel monachum violentas manus injecerit, anathematis subjaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandatum suscipiat. *Syn. Rom. sub Innoc. I. c. 11. Eugen. III. in syn. Rem. c. 13.*

## C A P U T IX.

<sup>11. q. 3. c.</sup> Omnes, qui (*Episcopis*) contraveniunt, ita damnatos, & infames usque ad satisfactionem (*Petrus Apostolus*) monstrabat, & nisi converterentur, a liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat. *Clem. epist. 1. ante med. C' epist. 3. in princ. vid. Tribur. c. 8. Burch. lib. 1. cap. 124. Ivo lib. 5. c. 224. decret.*

## C A P U T X.

<sup>Dif. 94. c. 2.</sup> Si quis legationem vestram impedit (*loquitur de iis, qui insequuntur Episcopos*) non unius, sed multorum profectum avertit. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, & bonorum societate arcendus. Et quia Dei caussa impedit, & statu conturbat Ecclesiæ, ideoque ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis est cavidus, & non in communionem fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, ut qui statutum conturbat Ecclesiæ, ab eis liminibus arceatur, nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. *Alex. ep. 2. post princ. ad Episcopos refertur in concil. Tribur. c. 9. C' in concil. Trosl. c. 5. Burch. lib. 15. cap. 37. Ivo part. 16. c. 38. decret.*

## C A P U T XI.

Clerici a proprio gradu decidunt, laici aut monachi anathematizentur, si quid adversus Episcopos facere temptaverint. *Julius ep. 1. ante med. contra Orientales ex Nicæn. syn.*

## C A P U T XII.

De quodam, qui crimen, quod objicit, non <sup>3. q. 6. c. 4.</sup> probavit, perceptione Eucharistiae privato. *Greg. lib. 3. c. 24.*

## C A P U T XIII.

Qui Apostolicae sedi obedire contemnit, scelus idolatriæ incurrit, & B. Gregorius doctor sanctus, & humillimus Reges decretit a suis dignitatibus cadere, & participatione corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi carere, si præsumerent Apostolicae sedis decreta contemnere. *Greg. VII. lib. IV. regist. ep. 24.*

## C A P U T XIV.

Si monita nostra, immo Dei verba, quod absit, audire contemnens ab illicita, & interdicta invasione supradictæ Ecclesiæ te cohibere nolueris, excommunicationem, quam in te pro ipsa Ecclesia legatus noster Hugo Diensis Episcopus in concilio Piastoviensi jaculatus est, auctoritate Apostolica confirmamus. *Greg. VII. lib. 6. reg. epist. 40.*

## C A P U T XV.

Lambertus pseudoepiscopus excommunicatus est tum pro aliis nefariis, tum pro eo, quod quinque clericos ad Romanam synodus ire, & de malitia ejus quærimoniā volentes facere, captione pessima afflixit. *Gregor. VII. lib. 9. reg. epist. 34.*

## C A P U T XVI.

Si clericus regulam disciplinæ Ecclesiasticæ <sup>21. q. 5. c. 5.</sup> si subterfugiens fuerit evagatus, <sup>forte, 4.</sup> quicumque eum suscepit, & pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare præsumperit, Ecclesiæ communione privetur. *Arelaten. III. c. 4.*

## C A P U T XVII.

Si quis sæcularium per calumniam Ecclesiam, <sup>5. q. 6. c.</sup> aut clericos fatigare temptaverit, & convictus fuerit, ab ecclesiæ liminibus, & a catholicorum communione, nisi digne penituerit, coerceatur. *Agath. c. 32. Vorm. c. 24. C' 61. Anselm. lib. 3. c. 116. vel 125. Burch. lib. 15. cap. 5. Ivo part. 16. c. 6. decret.*

## C A P U T XVIII.

Qui aliquos injuste in servitatem adduxerint, donec satisficerint, communione priventur. *Lugdun. cap. 3.*

## C A P U T XIX.

Si quicumque judex clericum absque causa criminali, id est, homicidio, furto, maleficio injuria afficeret, aut custodiæ deputare præsumperit, quamdiu Episcopo loci illius visum fuerit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Matiscon. c. 7.*

## C A P U T XX.

Qui clericos honoratos non honore prosequitur, ab Ecclesia, quam in suis ministris dehonoret, quamdiu Episcopus illius Ecclesiæ voluerit, suspendatur. *Matiscon. II. c. 15.*

## C A P U T XXI.

Quicumque judex, aut sæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus absque audience Episcopi, aut Archidiaco ni, aut Archipresbyteri injuriam inferre præsumperit, anno ab omnium Christianorum consorio habeatur extraneus. *Antif. c. 43. Trosl. c. 5.*

CA-

C A P U T XXII.

*Si quis ex sacerdotalibus institutionem, aut commotionem Archipresbyteri sui, contumacia faciente, audire distulerit, a liminibus sanctae Ecclesiae habeatur extraneus, &c. Antif. c. 44.*

C A P U T XXIII.

*Presbyteri, Abbates, & levitae exceptis gravioribus, & mortalibus, nullis debent verberibus subjacere, &c. Si quis aliter fecerit, juxta modum verberum, quem intulerit, excommunicationem pariter, & exilii sententiam sustinebit. Brac. III. c. 6.*

C A P U T XXIV.

*Relatum est sanctae synodo, quod a malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus Christi, seu ceteris clericis inferioris gradus saepissime inferuntur, &c. Si quis clero aliquam injuriam, seu calumniam ingefferit, a liminibus sanctae Ecclesiae arceatur, usque ad condignam satisfactionem. Magunt. sub Arnulph. c. 7.*

C A P U T XXV.

*Ad aures sanctae synodi Arno venerabilis Wiziburgen. Ecclesia se reclamavit, quod quidam scelesti quendam honorabilem presbyterum suum comprehendissent, eique nares abscidissent, & capillos capitum incidissent, necnon & saevi verberibus cruciatum, semivivum reliquerant. Unde tanto scelere inaudito peracto, sancta synodus statuit, ut iidem temerarii anathematis vinculo constringantur, quo usque a proprio Episcopo, post dignam poenitentiam absoluti, sanctæ matris Ecclesiae sociari mereantur. Magunt. sub Arnulph. c. 9.*

C A P U T XXVI.

*Quicumque judex sacerdotalis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero absque audiencia Episcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre presumuerit, anathema ab omnium Christianorum consilio habeatur. Trost. c. 5. ex Capitul. Caroli Imp.*

C A P U T XXVII.

*Nullus judex, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum, seu juniores Ecclesiae sine conscientia Pontificis per se distingat, aut condemnare presumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia, cui injuriam fecit, quam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, donec reatum suum cognolcat, & emendet. Trost. c. 6. Capitul. lib. 7. cap. 139.*

C A P U T XXVIII.

*Maras excommunicatus est a proprio Archidiacono, quoniam injuriam fecit presbytero. Ibas Episcopus Edeffæ in syn. Beryt. apud syn. Chalcedon. act. 10. ante med.*

C A P U T XXIX.

*Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, sicut quondam Abel justi contra parricidam Cain, &c. Ejecisti e throno suo, re non judicata, magnum totius orbis doctorem, & una cum eo Christum persecutus es, &c. Nova autem Dalila, Eudoxia, quæ paulatim te erroris, seu seductionis novacula totundit, execratione ex multorum ore sibi ipsi induxit, grave, & quod gestari nequeat, peccatorum*

Dif. 45.  
Cum bea-  
tus, &c. 8.

12. q. 1. c. 2.  
de foro com-  
pet. c. 2. Gr.  
IX. c. 3. in  
1. coll.

Genes. 4.

pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segredo te, & illam a perceptione immaculorum mysteriorum Christi Dei nostri. Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiae, qui administrare, aut exhibere ea a vobis ausus fuerit, ab ea hora, qua præentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate sua excidisse decerno. Innoc. ep. ad Arcadium Imp. in fin. apud Nicephorū lib. 13. c. 34.

C A P U T XXX.

*Ad Theophilii abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam a Christo alienationem (Hic Theophilus princeps fuerat eorum qui Joann. Chrysostomum damnarunt.) Innoc. apud Niceph. loco citato in ep. in fin.*

T I T U L U S LIX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPI-  
SCOPOS, ET CHOREPISCOPOS, QUI  
ALIORUM JURISDICTIONEM, ET MU-  
NERA SIBI ARROGANT.*

*Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LIV. & Lib. VI. Tit. I. quibus addet:*

C A P U T I.

*QUI Episcopum Britannum, vel Romanum in Armorico sine Metropolitani, aut comprovinciali voluntate, vel litteris ordinaverit, sententiam in anterioribus canonibus observet, & a charitate, usque ad majorem synodum, se cognolcat esse remotum, quia merito a charitate nostra, vel nostris Ecclesiis segregantur, qui patrum statuta contemnunt. Turon. II. c. 9.*

T I T U L U S LX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPI-  
SCOPEM, QUI NON SUSCIPIT CURAM  
SUE EPISCOPATUS.*

*Vide in Part. II. Lib. IV. Vit. XXV.*

T I T U L U S LXI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPI-  
SCOPOS, QUI NON HABENT RATIO-  
NEM SUÆ DIGNITATIS.*

*Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. LXXXVII.*

T I T U L U S LXII.

*EXCOMMUNICANTUR EPISCOPI, QUI  
NON VENIUNT AD SYNODUM VEL  
VOCATI A METROPOLITANO NON  
PARENT.*

*Vide in Part. II. Lib. II. Tit. XX. & Lib. IV. Tit. LXV. quibus addet:*

C A P U T I.

*COMMUNIONE privatarum Quodvultdeus Episcopos, donec causa terminetur, quod noluit judicium, & recessit a synodo, non etiam Episcopatu privatur. Cartb. c. 88. G. Afric. cap. 54. L. Burch. lib. 1. c. 181. Ius part. 5. cap. 297. decret.*

C A P U T II.

*Dam quisque comprovincialis Episcopus Metropolitani sui admonitionem acceperit, pro diebus festis Nativitatis Domini, & Paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quod si contigerit, eum ab ægritudine effe*

*De jud. c. 1.  
apud Greg.  
IX. & in 1.  
coll.*

esse detentum, &c. epistulam manu sua subscrip-  
tam dirigere debet, in qua hujus rei causam  
verissime notescat. Quod si sanus, qui admonitionem  
aceperit, fuerit, & venire distulerit, abs-  
que excommunicatione dimittendus non erit. *E-*  
*merit. c. 6.*

## C A P U T . III.

Si quis Episcoporum a Principe, vel Metropo-  
litano suo admonitus, designato sibi dierum ra-  
tionabili ad veniendum spatio, sive pro festivita-  
tibus summis, Pascha scilicet, & Pentecoste, &  
Nativitate Domini celebrandis, sive pro causia-  
rum negotiis, seu pro Pontificibus consecrandis,  
vel quibuslibet ordinationibus Principis, ex-  
cepta inevitabilis necessitate infirmitatis, quæ  
testibus possit comprobari idoneis, ad constitu-  
tum diem venire distulerit, contemptorum se no-  
verit excommunicatione multari. *Toletan. XIII.*  
*cap. 8.*

## T I T U L U S . LXIII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAI-*  
*COS, QUI VOCATI A SYNODO*  
*NON VENIUNT.*

## C A P U T . I.

**Q**uædam femina nomine Ava, cum sui fra-  
tris consilio, & auxilio, qui vocatur Fole-  
rius, & cum aliis consanguineis suis, suum mari-  
tum dimisit, & ad eum redire noluit. Unde illo-  
rum sacerdos servus Dei vocabulo Folcardus, ad  
suam dominam, & ad ejus fratrem veniens, ut  
eos a tanto scelere traheret, confessim ab eodem,  
& suis complicibus castratus est. Pro his omnibus  
ad synodum vocati venire noluerunt, & idcirco  
usque ad satisfactionem excommunicati sunt,  
&c. Viri pestilentes vastabant miserabiliter istam  
provinciam, pro quo scelere ad synodum vocati,  
ficut scriptum est: *Eripite pauperem, & ege-*  
*nun,* alii venerunt, alii venire noluerunt. Illi,  
qui adfuerunt, synodo satisfecerunt, cæteri au-  
tem canonice excommunicati sunt. *Metens.*  
*cap. 7.*

T I T U L U S . LXIV.  
*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,*  
*QUI IN CONCILIO NON SERVANT*  
*MODESTIAM.*

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. V.

T I T U L U S . LXV.  
*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLE-*  
*RICOS, QUI CRIMINA CAPITALIA*  
*COMMITTUNT.*

Vide in Part. II. Lib. VII. Tit. XXX.

T I T U L U S . LXVI.  
*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,*  
*QUI ALEA LUDUNT.*

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XL. & Lib.  
XVII. Tit. I.

T I T U L U S . LXVII.  
*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS,*  
*QUI TORNEAMENTIS, ET ALIIS LU-*  
*DIS PROHIBITIS DANT OPERAM.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. I. Part. VIII.  
& Lib. XIV. Tit. II.

T I T U L U S . LXVIII.  
*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLE-*  
*RICOS GULÆ, ET EBRIETATI DEDI-*  
*TOS, ET QUI INTABERNAS INGRE-*  
*DIUNTUR.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. XXX. & Lib.  
VI. Tit. XXXVI. & Lib. VIII. Tit. XLIV. &  
XLV. & Lib. XVII. Tit. III.

T I T U L U S . LXIX.  
*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLE-*  
*RICOS, ET MONACHOS, QUI NEGO-*  
*TIIS SÆCULARIBUS DANT OPERAM,*  
*ET LAICORUM VESTITUM, ET MO-*  
*RES IMITANTUR.*

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXXIX. &  
Lib. IX. Tit. XXXIII. quibus adde:

C A P U T . I.  
**E**piscopus, presbyter, & diaconus sæculari in-  
dumento minime utantur, nisi ut condebet,  
tunica sacerdotali, sed neque dum ambulaverit  
in civitate, aut in via, aut in plateis, sine operi-  
mento præsumat ambulare, præter si in itinere lon-  
go ambulaverit, &c. Si temere præsumperit con-  
tra statuta agere, communione privetur, donec,  
quæ statuta sunt, adimplere maturerit. *Zachar. in*  
*syn. Rom. c. 3.*

C A P U T . II.  
Quoniam monachi, & regulares canonici, post  
suscep-<sup>21. q. 4. 6. 3.</sup> tum habitum, & professionem factam,  
spreta beatorum magistrorum Benedicti, & Au-  
gustini regula, leges temporales, & medicinam  
gratia lucri temporalis addiscunt, &c. Ne hoc  
ulterius præsumatur, auctoritate Apostolica in-  
terdicimus; Episcopi autem, Abbates, & Prio-  
res tantæ enormitati consentientes, & non corri-  
gentes propriis honoribus spolientur, & ab ecclie-  
sæ liminibus arceantur. *Syn. Rom. sub Innoc. II.*  
*c. 6. apud Ivon. post panorm.*

C A P U T . III.  
Pernicosam, & detestabilem consuetudinem <sup>18. q. 2. c.</sup>  
quarundam mulierum, quæ licet neque secun-<sup>25.</sup>  
dum regulam beati Benedicti, neque Basillii, aut  
Augustini vivunt, sanctimoniales tamen vulgo  
cenferi desiderant, aboleri decernimus: cum juxta  
regulam degentes in cœnobio, tam in ecclesia,  
quam in refectorio communiter esse debeant,  
propria sibi ædificant receptacula, & privata do-  
micia, in quibus sub hospitalitatis velamine pas-  
sim hospites minus religiosos contra sacros, &  
bonos mores suscipere nullatenus erubescunt, &c.  
Hoc tam in honestum, detestandum neque flagi-  
tium, ne ulterius fiat, omnimodis prohibemus:  
& sub poena anathematis interdicimus. *Synod.*  
*Roman. sub Innoc. II. cap. 20. al. 26. vide Eu-*  
*gen. III. in concil. Remen. cap. 3.*

C A P U T . IV.  
Sanctimoniales, & canonicae, nisi emendent  
vitam suam, atque superfluitatem vestium dese-  
rant, priventur christianorum sepultura. *Eugen.*  
*III. in concil. Remen. cap. 4.*

C A P U T . V.  
Clericum inter epulas cantantem objurgan-<sup>22. q. 1. c.</sup>  
dum, si persistenter in vitio, excommunicandum. <sup>9.</sup>  
*Cart. IV. cap. 62. Capitul. lib. 7. cap. 192. in*  
*ad.*

*addit. Burch. lib. 2. cap. 170. Ivo part. 6. cap. 261. decret.*

C A P U T VI.

*Dif. 34.c.2. Episcopum, presbyteris, diaconibus canes ad c. 1. decter. venandum, aut accipitres habere non liceat. Si ven. Greg. Episcopus est, tribus mensibus se suspendat a IX. & in 1. communione: presbyter duobus mensibus se abs. coll. \* uno. fineat; diaconus vero \* ab omni officio, & communione cessabit. Agath. cap. 55. Epaun. cap. 3. Vorm. cap. 17. Burch. lib. 2. cap. 213. Ivo lib. 3. tit. 15. cap. 1. panorm. & part. 5. cap. 366. & part. 6. cap. 288. & part. 13. cap. 30. decret.*

C A P U T VII.

Si quis clericus laicam voluerit agere vitam, vel se militiae tradiderit, excommunicationis pena feriatur. *Furon. c. 5.*

C A P U T VIII.

Si clericus sine permissione Episcopi sui cum secularibus habitat, ab officiis communione pellatur. *Aurel. II. cap. 9.*

C A P U T IX.

Nullus clericus, subdiaconus, diaconus, presbyter in plateis resideat, nec fabulis diversis commisceatur. Quod si fecerit, & non emendaverit, a communione, & ab officio privetur. *Narb. c. 3.*

C A P U T X.

Id per omnia servandum instituimus, ut nulli presbytero, vel diacono, sine voluntate Episcopi sui licentia sit secularares peragere causas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia ferendum se noverit. *Emery. cap. 11.*

C A P U T XI.

*21. 9. 4.c.2. Clericus non alia veste, quam stolis clericis Nullus. competentibus extra domum in urbe, vel via utatur: si fecerit, hebdomada una excommunicetur. Trull. cap. 27.*

C A P U T XII.

Si presbyteri amissio gradu seculariter vivere voluerint, & poenitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ communione separantur. *Gabil. sub Carolo cap. 40.*

C A P U T XIII.

*2. Tim. 2. Nemo laicorum presbyteros ecclesiarum sua- rum turpi vilificatione, & secundum Apostolum seculari, & inhonestæ negotiacioni implicare, nec secum aliorum contra auctoritatem presumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogatur negligere. Quod si contra interdicta presumperit, excommunicetur. Melden. c. 49. Burch. lib. 2. cap. 146. Ivo part. 6. cap. 219. decret.*

C A P U T XIV.

*& honest. Gr. IX. & in 1. coll. Clerici arma portantes, & usurarii excommuni- centur. Pictav. cap. 10.*

T I T U L U S LXX.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLE- RICOS, QUI NON DEFERUNT TONSURAM.*

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XI.

T I T U L U S LXXI.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPI- SCOPOS, PRESBYTEROS, ET AB- BATES NEGLIGENTES.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VIII. quibus adde:

C A P U T I.

*Q* uotiescumque Archipresbyter, seu in vicino manerit, seu ad villam suam ambulaverit, unus lectorum, aut canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum una cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro testimonio. Septem tamen inter subdiaconos, & lectors, vel laicos habeat concessos, qui vicissim septimanas suas cum illo facere omnino procurent, & qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc presbyter negligens inventus fuerit, quod non hoc sic implere contendat, triginta diebus communione privetur. *Turon. II. cap. 20.*

T I T U L U S LXXII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLE- RICOS, QUI SUAS ECCLESIAS RE- LINQUUNT, ET IN ALIIS COMMO- RANTUR, AUT VAGANTUR, ET NON RESIDENT.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXXVII. & Lib. VI. Tit. XVIII. & XLIV. & Lib. VIII. Tit. XXXI. quibus adde:

C A P U T I.

*C*lericos in Ecclesia ministrantes, sicut jam *Dif. 71.e.4.* constituiimus, in alterius civitatis Ecclesia statutos fieri non oportet: sed contentos esse, in quibus ab initio ministrare meruerunt, &c. Si quis Episcopus post hanc definitionem suscepit clericum ad alium Episcopum pertinentem, placuit, & susceptum, & suscipientem communione privari, donec is, qui migraverit clericus, ad propriam fuerit regressus Ecclesian. *Chalced. cap. 20. Vernen. cap. 12. Tribur. cap. 28. Ivo part. 6. cap. 361. decret. Anselm. lib. 7. c. 97. Cæsar. lib. 4. cap. 100.*

C A P U T II.

Quia necessitatis causa de Portuensi Ecclesia Formosus pro vita merito ad Apostolicam sedem proiectus est, statuimus, & omnino decernimus, ut id in exemplum nullus alius nat, praesertim cum sacri canones hoc penitus interdicant, &c. Sed neque de gradu Ecclesiastico synodice ejusdem, & non canonice restitutum ad altiora provehere ullus presumat, &c. Si vero cuiuscumque sit ordinis, vel potestatis, contempto Deo, & calcatis sanctissimorum patrum statutis, id quoquo modo tempraverit, non solum Apostolico Ecclesiastico anathemate feriatur, sed etiam Imperiale indignationem experiatur. *Synod. Ravenn. sub Joann. IX. cap. 3.*

C A P U T III.

Nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transire sit liberum, &c. Si quis sua querens, non quæ Iesu Christi, ad plebem, & Ecclesiam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. *Leo epist. 84. ad Nicetam Aquilejen. Episcopum in fin.*

C A P U T IV.

Theodorum Episcopum, qui diu a sua Ecclesia absuerat, & alia crimina admiserat, Vigilius Ro-

## 544 Juris Pontificii Veteris Epitome

Romanus Pontifex excommunicat, & deponit.  
*post epist. 1. vel 6.*

### C A P U T V.

*Difl. 92. Si qui, c. 6.* Episcopus ordinatus, si non recipiatur in sua parochia, & alienam invadat, eiiciatque alium, & tumultum conciteret, excommunicetur. Si vellet manere ut presbyter, ubi ordinatus presbyter fuit, maneat, sed si contra Episcopum ibi moveat seditionem, deponatur a presbyteratu. *Anecyr. cap. 18. Mart. Bracar. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 36. Ivo part. 5. cap. 147. decret.*

### C A P U T VI.

Nisi Julianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eumdem clericum, quem fuerat auctoritate ordinare, revocaverit tuæ plebi, contra statuta concilii faciens, contumaciae suæ separatus a nobis, excipiet judicium. *Carth. c. 94. G. Afric. cap. 21. Carth. III. cap. 44. L. Burch. lib. 2. cap. 41. Ivo part. 6. cap. 142. decret.*

### C A P U T VII.

Si quis ex presbyteris, aut diaconis, qui neque in civitate, neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans, in oratorio sancto deserviens, celebret divina mysteria, festivitates principias, Domini Natale, Pascha, Pentecosten, & si quæ principales sunt festivitates reliquæ, nullatenus alibi, nisi cum Episcopo suo in civitate teneat. Quicumque sunt etiam cives natu majores pari modo in urbibus ad Pontifices suos in prædictis festivitatibus veniant. Quod si qui im proba temeritate contempserint, eisdem festivitatibus, quibus in civitatibus adesse despiciunt, communione pellantur. *Arvern. cap. 14. vide Aurel. IV. cap. 3. Burch. lib. 2. cap. 231. Ivo part. 6. cap. 306. decret.*

### C A P U T VIII.

Qui occasione barbaricæ persecutionis clerici fiunt, vel ex aliqua alia causa, & cessante persecuzione, vel causa secedunt, ad suas Ecclesiæ revertantur, & eas non derelinquant. Qui non fecerit, excommunicetur, donec revertatur: item Episcopus, qui eum retinet. *Trull. cap. 18.*

### C A P U T IX.

De Episcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione eorum, qualiter fuerit, placuit juxta instituta sanctorum patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant sine iussione Episcopi, cuius parochia est, &c. Et si ullus clericus, aut laicus tamē Episcopum, aut presbyterum defensaverit sine comitatu Episcopi, in cuius parochia est, excommunicetur usque ad emendationem. *Concilium apud Palatum Veronis, cap. 13. Vorm. cap. 61.*

### C A P U T X.

De clericis vagis, seu de acephalibus, id est, de his, qui sunt sine capite, neque sub Episcopo, neque sub Abate, sed sine canonica, vel regulari vita degentes, &c. præcipitus, ut Episcopi si ne ulla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos secundum desideria voluptatum suarum vivere permittant. Sin autem Episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur

usque ad judicium Archiepiscopi regionis illius.  
*Magunt. cap. 22.*

### C A P U T XI.

Ut monachi, quibus monasteriorum cura commissa non est, passim, & sine auctoritate palatium non adeant, nec in eo immoretur, vel ubi & ubi discurrere, ac pervagari presumant. Sed si tales quilibet fuerint, ut utiles, & necessarii Ecclesiæ, ac Principi reperiantur, cum auctoritate Episcopi canonice, ac religiose pergent, &c. Nec sub praetextu obedientiarum diutius villicationibus inferviant, &c. Hæc autem transgredientes sive prelati in faciendo, sive subditi in obtinendo, excommunicentur. *Meld. c. 57.*

### T I T U L U S LXXIII.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI SINE LITTERIS EPISCOPI DISCEDUNT, ET CONTRA EOS, QUI RECIPIUNT CLERICOS FUGITIVOS, AUT EIS FAVENT.*

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. LVIII. & Lib. VIII. Tit. XXX. quibus adde:

### C A P U T I.

*Q*ui Episcoporum, aut laicorum, post hoc *Difl. 71. c. 4.* constitutum, alterius Ecclesiæ clericum suscepit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi, & eum, qui suscepit, & qui susceptus est, quoisque clericum, qui translatus est, fecerit ad suam reverti Ecclesiæ. *Chalcedon. c. 20. Concil. Vernen. cap. 12. Aguisgran. c. 87. Tribur. c. 28. vide Nicæn. c. 16. Chalced. cap. 5. Cœ 10. Nicæn. II. c. 15. Ivo part. 6. c. 361. decret. Anselm. lib. 7. c. 97. Cæsar. lib. 4. cap. 100.*

### C A P U T II.

Si Episcopus, apud quem fugitivus moratur, eum ut clericum tractet, excommunicetur. *Ap. c. 16. vide Antioch. c. 3.*

### C A P U T III.

*Qui ab Ecclesiæ ad Ecclesiæ migraverint,* *7. q. 1. c. 45.* tamdiu a nostra communione alienos habemus, donec ad eas redierint civitates, in quibus primus sunt ordinati. *Damas. in ep. ad Paulinum, apud Theodoret. lib. 5. cap. 11. Cœ in Tripart. lib. 9. cap. 16.*

### T I T U L U S LXXIV.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI AD JUDICES SÆCULARES SE CONFERUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. X. & Lib. XIII. Tit. V. quibus adde:

### C A P U T I.

*S*i quis clericus accusans clericum in curiam introiverit, anathema suscipiat. *Syn. Rom. apud Silvestrum CCLXVII. Episcoporum.*

### C A P U T II.

Clericus, nisi ex permisso Episcopi, qui sæcularia judicia adierit, a communione alienus habetur. *Venet. c. 9.*

### T I T U L U S LXXV.

*EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NON DEFERUNT HONOREM, ET OBSERVANTIAM, QUAM DEBENT SUIS SUPERIORIBUS.*

CA-

C A P U T I.

*Vid. dif. 74. cap. 8.* **P**RIVATUR perceptione corporis Christi Nata-  
lis Episcopus Salonitanus, si non restituit  
in suam pristinam dignitatem Honoratum Archidiaconum, de qua re saepe admonitus, parere  
noluerat. *Gregor. lib. 2. regis. epist. 16. ad Antoninum Subdiaconum; vide ep. 14. & 15.*

C A P U T II.

*2. q. 6. c. 19. Quisquis.* Qui nolit judicibus obediens, primae sedis Episcopos det literas, ut nullus Episcopus eum communicet, donec obediatur. *Carth. c. 123. G. M. lev. c. 24. L. Ivo part. 6. c. 365. decret. & lib. 4. tit. 12. c. 8. panorm.*

T I T U L U S LXXVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA JUDICES, QUI NON PRÆSTANT MUNUS SUUM.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. VII. quibus adde:

C A P U T I.

*De judic. e. 5. Greg. IX. & in 1. coll.* **S**I qui Judæi se ad fidem converterint Christianam, a possessionibus suis nullatenus excludantur, &c. si autem secus factum fuerit, principibus, vel potestatibus eorumdem locorum sub poena excommunicationis injungimus, ut portionem hereditatis, & bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 26.*

C A P U T II.

De præsidibus, qui fideles ad præsidatum profiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipient Ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur, ut cum coeperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter, & de his fiat, qui rempublicam agere volunt. *Arelat. I. c. 7.*

C A P U T III.

Judices, aut potentes, qui pauperes opprimunt, si commoniti a Pontifice suo le non emendaverint, excommunicentur. *Turon. II. cap. 27. Trost. c. 7. ex Capitul. lib. 6. c. 418.*

C A P U T IV.

Judices oppressores viduarum, & pupillorum a communione suspendantur. *Matiscon. c. 12.*

C A P U T V.

Quicumque judex secularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, atque de junioribus absque audience Episcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre presumperit, anathema ab omnium Christianorum confortio habeatur. *Trost. c. 5. Ex Capitul. Caroli Imperat.*

T I T U L U S LXXVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI CLERICORUM MUNERA IMPEDIUNT.

C A P U T I.

**S**I Magistratus synodum fieri prohibeat, excommunicetur. *Nicæn. II. c. 6. Ivo part. 5. c. 573. decret.*

C A P U T II.

Si quis adversando ejus præpedire conatus fuerit. *Tom. VI.*

rit laborem (*loquitur de Bonifacio, qui predicandi Evangelii causa missus fuerat in Germaniam*) aut contrarius extiterit ministerio sibi credito, successorumque ejus eundem laborem intrantium, ex sententia divina anathematis vinculo percellatur, & perpetuæ damnationi subjaceat. *Greg. II. ep. 2. in fin.*

C A P U T III.

Si quæ parochiæ in potentatu domibus constitutæ sunt, & ab agentibus potentum, vel ab ipsis rei dominis ab agendo officio Ecclesiæ clerici prohibentur, autores nequitæ a sacris ceremoniis arceantur, donec subsecuta emendatione in pace Ecclesiastica revocentur. *Aurelian. IV. cap. 26.*

C A P U T IV.

Si quis contradixerit Episcopo, ne oratoria villarum disponat, communione privetur. *Capitol. cap. 14.*

T I T U L U S LXXVIII.

VARIE EXCOMMUNICATIONES.

C A P U T I.

**S**ERVOS sine voluntate dominorum monachi *16. q. 1. c.* non recipient. Si contra hæc venerit, ex. *12. Qui ve-*  
*communicatus sit. Chalc. c. 4. Ivo part. 7. c. 1. re, in fin.*  
*& part. 16. c. 46. decret. & lib. 3. tit. 16. c. 1.*  
*panorm. Anselm. lib. 5. c. 54.*

C A P U T II.

Definivit sancta hæc, & universalis synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate propria in inferiores abuti, & consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad Ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum, ac per hoc aggravare avaritiae modo conscientias patrum, & comministrorum suorum, &c. Quicquid Metropolitanorum post hanc definitionem nostram tale quid facere temptaverit, poenam a Patriarcha subeat, qui per tempus fuerit, secundum congruentiam injustitiae, ac avaritiae sue, & deponatur, & sequestretur ut sacrilegus, & ut idololatra factus, juxta magnum Apostolum. *Syn. Ephes. 5. a. VIII. gen. CP. sub Hadr. II. c. 19.*

C A P U T III.

Si aliquis consuetudines, que ratione juvantur, & sacris congruant institutis, irritare pre*cap. 1. de iis,* sumperit, donec congruam erit pre*que sunt a* intentiam, *majori parte* a Dominici corporis perceptione fiat alienus. *IX. & in 1. Alex. II. in concil. Lateran. c. 16. coll.*

C A P U T IV.

Prohibemus omnino, ne una, eademque civitas, sive diœcesis diversos Pontifices habeat, &c. *De offic. jud. oria. c. 14. Quoniam.* Sed si propter prædictas causas (*loquitur de diœcesi, in qua sunt populi permitti diversarum Linguarum*) urgens necessitas postulaverit, Pontifex loci Catholicum Præfulem nationibus illis conformem provida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subjectus. Unde si quis aliter se gesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussum, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 9.*

C A P U T V.

Districe præcipimus medicis corporum, ut

Z z z

cum

*Depenit.* & *remiss. c. 13.* *Cum infir-* *mitas. Greg.* *corum fuerit publicata, transgressor extiterit,* *IX. eod. tit.* *tamdiu ab ingressu Ecclesiae arceatur, donec pro* *in 4. coll. e. 1.* *transgressione hujusmodi satisfecerit competen-* *ter, &c. Sub interminatione anathematis prohi-* *bemus, ne quis medicorum pro corporali salute* *aliquid ægrotu suadeat, quod in periculum animæ* *convertatur. Innoc. III. in concil. gener. Later.* *cap. 22.*

## C A P U T VI.

*Difl. 79. c. 2.* *Si quis clericus Pontifice Romano incolumi* *cuiquam ad Pontificatum adspiranti adjutor vene-* *rit, communione privetur. Symm. in syn. Rom.* *I. cap. 3.*

## C A P U T VII.

*Difl. 13. c. 6.* *Item epistulam Leonis Papæ ad Flavianum* *Sancta, §.* *CP. Episcopum destinatam (recipiendam man-* *damus) cuius textum quispiam si usque ad unum* *jota disputaverit, anathema sit. Gelas. & LXX.* *Episcopi in syn. Burch. lib. 3. c. 220. Ivo part.* *4. c. 64.*

## C A P U T VIII.

*Difl. 92. c. 2.* *Præsenti decreto constituto, ut in sede hac sa-* *cri altaris ministri cantare non debeant, solum-* *que Evangelicæ lectionis officium inter missa-* *rum solemnia exsolvent. Psalmos vero, ac reli-* *quas lectiones censeo per subdiaconos, vel si ne-* *cessitas fuerit, per minores ordines exhiberi. Si* *quis autem contra hoc decretum venire tempta-* *verit, anathema sit. Et responderunt omnes, An-* *athema sit. Greg. in concil. Rom. cap. 1. lib. 4.* *regist. ep. 44. vel c. 88. Anselm. lib. 7. cap. 65.* *Tarrac. lib. 4. c. 22.*

## C A P U T IX.

*Præsenti decreto constituo, ut si quis Ecclesia-* *flicorum unquam titulos ponere, sive in rustico,* *sive in urbano prædio sua sponte præsumperit,* *anathema sit. Et responderunt omnes: An-* *athema sit. Is autem, qui Ecclesia præst., si* *hoc vel ipse fieri præcipit, vel sine sua præceptio-* *ne factum digna punire animadversione neglexe-* *rit, anathema sit. Et responderunt omnes: An-* *athema sit. Greg. in concil. Roman. cap. 3. ubi* *supra.*

## C A P U T X.

*Præsenti decreto constituo, ut feretrum, quo* *Romani Pontificis corpus ad sepeliendum duci-* *tur, nullo tegmine veletur, quam decreti mei* *curam gerere sedis hujus presbyteros, ac diaconi-* *nes censeo. Si quis vero ex eorum ordine hæc cu-* *rrare neglexerit, anathema sit. Et responderunt* *omnes: Anathema sit. Greg. in concil. Rom. c.* *4. ubi supra. Tarrac. lib. 4. c. 23.*

## C A P U T XI.

*18. g. 2. c.* *25. Perni-* *ciosam.* *Moniales, qui privata sibi ædificant recepta-* *cula, hospitesque minus religiosos excipiunt si* *non cessant, excommunicantur. Innoc. II. in syn.* *Rom. c. 20. al. 26.*

## C A P U T XII.

*Difl. 63. c.* *35.* *Obeuntibus sane Episcopis, quoniam ultra tres* *menses vacare Ecclesiæ sanctorum Patrum pro-*

hibent sanctiones, sub anathemate interdicimus,  
ne canonici de sede Episcopali ab electione Epi-  
scoporum excludant religiosos viros, sed eorum  
consilio honesta, & idonea persona in Episcopum  
eligatur. *Syn. Rom. sub Innoc. II. c. 22.*

## C A P U T XIII.

Artem illam mortiferam, Deo odibilem, ba- *e. unic. de fa-*  
listariorum, & sagittariorum adversus Christia- *gittar. Greg.*  
nos Catholicos exerceri, de cætero sub anathe- *IX. & in 1.*  
mate prohibemus. *Synod. Roman. sub Innoc. II.*  
*coll. cap. 23.*

## C A P U T XIV.

Si laicus se abscederit, in annos tres excom-  
municetur, ut suæ vitæ hostis. *Apost. cap. 23.*  
*G. 24. L.*

## C A P U T XV.

Si Episcopus, vel presbyter clero indigenti  
non præbeat necessaria, excommunicetur; si per-  
severat, deponatur, uti homicida fratri. *Apost.*  
*cap. 59.*

## C A P U T XVI.

Tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes *24. q. 3. c.*  
summam curam habere debent de his, qui pe- *14.*  
reunt, quatenus eorum redargutione aut corri-  
gantur a peccatis, aut si incorrigibiles apparue-  
rint, ab Ecclesia separantur. *Anaclet. epist. 3.*  
*ante fin. Burch. lib. 1. c. 136. Ivo part. 5. cap.*  
*250. decret.*

## C A P U T XVII.

Sponsa Episcopi (*quæ est Ecclesia*) illo vivente ei est alligata, eo vero defuncto soluta est, &c. Si eo vivente alteri nupserit, adultera judicabitur, similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulteriæ similitudinem & communione privabitur. *Callist.*  
*ep. 2. ante med.*

## C A P U T XVIII.

Munera propria Episcoporum nullus deinceps  
Chorepiscopus usurpet, qui noluerit a nostro sa-  
cerdotali collegio separari. *Damas. epist. 4.*  
*post med.*

## C A P U T XIX.

Ne presbyteri addubitent, si quidquam ad E-  
piscopale ministerium specialiter pertinens, suo  
motu putaverint exequendum, continuo se pre-  
sbyterii dignitate, & sacra communione privari.  
*Gelas. ep. 1. c. 8.*

## C A P U T XX.

Si Episcopus servum invito domino retinue- *Vid. difl. 54.*  
rit, aut Abbas intra monasterium receperit, com- *c. 12. Gene-*  
munione privetur. *Gelas. epist. 1. cap. 16. Ivo*  
*part. 6. cap. 100. & part. 16. cap. 47. decret.*  
*Anselm. lib. 7. cap. 196. in Rom. Cæsar. lib. 9.*  
*cap. 18.*

## C A P U T XXI.

Eum, qui contra iustitiae regulam in Archidi- *7. q. 1. c. 40.*  
aconatum alterius se provehi conseruit, ab ejus-  
dem Archidiaconatus honore deponimus. Qui  
si ulterius in loco eodem ministrare præsumperit,  
se participatione communionis sacrae noverit el-  
se privatum. *Greg. lib. 2. indict. 10. ep. 14. Ca-*  
*tal. Episc. Saloni. vide ep. 15. & 16. Ivo part.*  
*6. c. 342. decret.*

## C A P U T XXII.

Si quis contra suam professionem, vel conscri-  
ptio-

ptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur, si laicus anathematizetur. *Hadr. ad Episc. Med. cap. 57. Anselm. lib. 3. cap. 88. Capitul. lib. 7. cap. 158.*

### C A P U T XXIII.

Nullus audeat contra eandem vestram venire ordinationem, quæ dignante Deo ex nostra præceptione in vobis facta est, & hoc interdicentes, ut nullus audeat juxta sanctorum canonum traditionem, ex alio Episcopatu ibidem translatari, aut ordinare Episcopum (*loquitur de quibusdam diœcesisbus, quæ tunc in Germania fuerunt constituta*) post vestram de hoc sæculo evocationem, nisi is, qui Apostolicæ nostræ sedis in illis partibus præsentaverit vicem. Sed nec unius alterius parochias invadere, aut Ecclesiæ subtrahere præsumat, nam, quod non credimus, si quis ille fuerit, qui contra hanc nostram præceptionem temerario ausu venire temptaverit, sciat se æterno Dei judicio anathematis vinculo esse innodatum. *Zachar. ep. 1. in med.*

### C A P U T XXIV.

Magistratum anno, quo agit Duumviratum, prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohibeat. *Elib. c. 56.*

### C A P U T XXV.

Matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam sacerdotaliter pompam non dent. Et si fecerint, triennii tempore abstineant. *Elib. c. 57.*

### C A P U T XXVI.

\* *bello, al.* Qui arma proiciunt in pace\*, placuit abstinere eos a communione. *Arelat. I. c. 3.*

### C A P U T XXVII.

Qui contra suam possessionem, vel subscriptiōnem venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. *Carth. II. c. 13. L.*

### C A P U T XXVIII.

<sup>2. q. 6.c. 32.</sup> Qui caussam suam Catholicus sive justam, si Catholicus. ve injustam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur. *Carthag. IV. c. 87. L.*

### C A P U T XXIX.

\* *oblationibus* De obligationibus\*, vel agris, quos D. N. Rex Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel Deo inspirante contulerit, ipsorum agrorum, vel clericorum immunitate concessa, definitus, ut in reparationibus Ecclesiarum, alimonis sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptiōnibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adjutorium Ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis sacerdotum, seu minoris officii ad hanc curam minus sollicitus fuerit, ac devotus extiterit, publice a comprovincialibus Episcopis confundatur. Si non se correxerit, donec emendet errorem, communione fratrum habeatur indignus; minores vero, ut dignum est, distingantur. *Aurel. c. 7. vel 5.*

### C A P U T XXX.

Sine discussione, vel commendatione Episcoporum pro petendis beneficiis ad dominos nemini venire liceat. Quod si quisquam præsumperit, excommunicetur. *Aurel. c. 9. alias 7.*

### C A P U T XXXI.

Ut mulieres omnes Ecclesiæ Catholicæ fideles

a virorum alienorum lectione, & cœtibus separantur, nec ad ipsas legentes ali studio vel docendi, vel discendi convenient, quoniam & hoc Apostolus jubet. Ab universis Episcopis dictum est, <sup>1. Cor. 14.</sup> anathema futuros, qui hanc concilii tententiam non observaverint. *Cæsar. c. 1.*

### C A P U T XXXII.

Qui Episcopatum indebitè surripit, Ecclesiæ, cui indigneus præesse cupit, communione privabitur. *Arvern. c. 2.*

### C A P U T XXXIII.

Tribus mensibus se a charitate fratrum noverit esse sequestratum Episcopus, qui synodi judicium refugit. *Lugd. c. 1.*

### C A P U T XXXIV.

Si quis Apocalypsim deinceps non receperit, excommunicationis sententiam habebit. *Tolet. IV. c. 16.*

### C A P U T XXXV.

Si Episcopi aliquid in monachos canonibus interdictum præsumperint, aut usurpare quipiam de monasteri rebus temptaverint, non deerit abilis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis. *Tolet. IV. c. 50.*

### C A P U T XXXVI.

Placuit huic sancto concilio, ut si Episcopus Ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quidquid amicis, &c. de Ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit donasse, si triplam, aut multo plus patuerit esse, quod conscripsit in nomina Ecclesiæ, firmum teneat, quod distribuit, nec licebit succedeni Episcopo prioris sui irrumperem voluntatem. His etiam si causæ Ecclesiasticæ fuerint commissæ, & fideliter prosequentibus in rebus Ecclesiæ profetum visi fuerint facere, laboris sui consequuntur mercedem, &c. Si quis Episcoporum contra hujus sententiæ ordinem agens irrumperem voluerit, quod prior ejus fecit, & vocem amittat, & scripturæ, quæ facta est, pœnam adimplat, insuper & a cœtu fraterno excommunicatus maneat, ut excessus sui emendet causam. *Emerit. c. 21.*

### C A P U T XXXVII.

Nemo canat in ambone, qui non corona vata, & benedictionem a suo pastore acceperit: contra faciens excommunicatur. *Trull. c. 33.*

### C A P U T XXXVIII.

Eos, qui discunt leges civiles, gentilium moribus uti non oportere, & neque in theatrum venire, aut quæ volatbra dicuntur celebrare, neque præter usum communem sibi vestem induere aliquo tempore, aut cum ad finem ejus disciplinæ pervenient. Quod si quis posthac facere audebit, excommunicetur. *Trull. c. 71.*

### C A P U T XXXIX.

Excommunicentur, qui capillos ornant delicate, &c. *Trull. c. 97.*

### C A P U T XL.

Si quis pinxit picturas ad crimina commoventes, excommunicetur. *Trull. c. 101.*

### C A P U T XLI.

Ecclesiæ dirutæ reparentur ex tertiiis, quas antiqui canones de parochiis suis habendas Episcopis centuerunt. Ne plures Ecclesiæ uni presbyteri-

## 548 Juris Pontificii Veteris Epitome

so dentur. Episcopus transgressor duorum mensium soatio se noverit excommunicatione mulctari. *Tolet. XVL c. 5.*

### C A P U T XLII.

Illud cunctis volentibus confirmatum est, ut qui disciplina Ecclesiastica noxii, sive ingenui, sive servi coercentur, nulli audeant eos turri, & vindictam eorum in quoslibet ad potestatem Episcoporum pertinentium retorquere. Quod si qui deinceps presumplerint, & excommunicationem Ecclesiasticam, & motum indignationis regiae perpeccuros. *Syn. apud D. Medardum in suburbio Suezionensi c. 7.*

### C A P U T XLIII.

<sup>\* hoc est</sup> Illud sub anathemate præceptum est, ut nullus presbyterorum cuiquam poenitenti carnam\* dividere præsumat, si infirmitas non intervenierit. *Salegunt. cap. 17. Ivo part. 15. c. 183. decret.*

### C A P U T XLIV.

Qui se latronibus adversos obiciunt, si sint quidem extra Ecclesiam, a boni communione arcentur. Si sint autem clerici, a gradu deponuntur. *Basil. ad Amphiloch. cap. 55.*

### T I T U L U S LXXXIX.

**EXCOMMUNICATIONES QUÆDAM IN QUIBUS EXCOMMUNICATIS FIT POTESTAS COMMUNICANDI CUM ALIQUIBUS.**

### C A P U T I.

*Dif. 18. s.* *Placuit, 10.* **C**ommunione suæ Ecclesie contenti sint, qui non veniunt ad synodum, nisi rationem impedimenti sui apud suum Primate reddiderint, &c. *Carth. cap. 77. G. Carth. V. cap. 10. L. Afric. cap. 43.*

### C A P U T II.

*Dif. 18. s.* *Si quis.* Episcopus, qui alienum monachum clericum, vel Abbatem facit, ab aliorum communione separatus, sui populi communione contentus sit; & ille neque clericus, neque Abbas sit. *Carth. cap. 81. G. Carth. V. cap. 13. L. Afric. cap. 47. Cæsar. lib. 9. cap. 15.*

### C A P U T III.

Episcopi, qui hactenus tantam silentio consenserunt præsumptionis perniciem (*loquitur de Episcopis, qui laicos permittebant res omnes monasteriorum, ut Abbes administrare*) durius arguantur, & si deinceps istud sine vindicta dimiserint, aut agere in suis parochiis consenserint, tribus mensibus hoc synodali iudicio a misericordia solemnis se abstineant, & suæ tantum Ecclesie communione contenti fiant. *Melden. cap. 10. ex concilio Holonien.*

### T I T U L U S LXXX.

**DE MODO PRIVANDI COMMUNIONE JUDÆOS, ET PAGANOS.**

### C A P U T I.

*De usur. c.* *18. Quanto.* *ap. Gr. IX.* *&c. 3. eod.* *tit. in 4. coll.* **S**tatuimus, ut si de cætero quocumque prætextu Judæi a Christianis graves, & immoderatas usuras extorserint, Christianorum eis partis. *in 4. coll.* ticipiū subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisficerint competenter Christiani quoque si opus fuerit, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur ab eorum

commerciis abstinere, &c. Hac eadem poena Judæos decernimus compellendos ad satisfacendum ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas a Christianis de domibus, & possessionibus aliis percipere consueverunt, antequam ad Judæos quocumque titulo devenissent; ut sic Ecclesie conserventur indemnes. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 67.*

### C A P U T II.

Si quis officium publicum Judæis commiserit, *De Judæis*, *e. 16. ap. Gr.* *IX. c. 2. eod.* *tit. in 4. coll.* districtione, qua convenit, compescatur. Officiali vero hujusmodi tamdiu Christianorum communio in commerciis, & aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum, secundum providentiam diœcesani Episcopi convertatur, quidquid fuerit adeptus a Christianis occasione officii sic suscepit: & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumptum. *Hoc idem extendimus ad paganos. Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 69.*

### C A P U T III.

Donec Judæi usuras cruce signatorum remiserint, ab universis Christi fidelibus per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

### T I T U L U S LXXXI.

**DE ORDINATIS AB EXCOMMUNICATIS.**

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. XX. & Lib. X. Tit. XXXV.

### T I T U L U S LXXXII.

**COMMUNIA DE EXCOMMUNICATIONE.**

### C A P U T I.

**N**emo Pontificum deinceps aliquem Episcopum suis spoliatum rebus, aut a sede pulsum excommunicare, aut judicare præsumat: quia non est privilegium, quo possit spoliari jam nudatus. *Nicæn. cap. 28. apud Julium epist. 2. ante finem. Xyst. II. epist. 11. in med. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.*

### C A P U T II.

Certum est, quod qui impius demonstratus est, omnimodo separatus est a Deo, sicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius separatus est. Nihil aliud significat anathema, nisi Dei separationem. *Synod. V. CP. action. 5. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 9. vel 89. panorm. C part. 14. cap. 49. decret.*

### C A P U T III.

Prohibemus omnibus Christianis, & sub anathemate interdicimus, ne in terris Saracenorum, qui partes Orientales habitant usque ad quadriennium transmittant, aut transeant naves suas. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. ult.*

### C A P U T IV.

Ferro absindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter, & illi extores debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corrigantur, &c. *Syn. Rom. VI. sub Symmach. in fine.*

### C A P U T V.

Presbyteri, vel quicumque ordinati caste, & i. Cor. 5. prudenter se habeant, ut libere, & aperta fronte possint reprehendere errantem populum sibi commissum, & juxta Apostolum illos tradere

Sa-

Satanæ: excommunicare scilicet, & a liminibus Ecclesiæ sanctæ separare, qui vincula Christi disrumpunt, jugum scilicet disciplinæ abiiciunt, & prævaricatores legis existunt: pacis videlicet vio-latores, fures, adulteros, incestos, fornicatores, raptiores, perjuros, fidei proditores, sacrilegos, qui cœmeteria, & Ecclesiæ, earumque ministros, resque Deo, & eis dicatas violent, vel auferunt, falsos testes, fortilegos, haruspices, usurarios, &c. donec resplicant, & de his Deo, & sanctæ Ecclesiæ, & quibus nocuerunt, satisfaciant. *Greg. VII. in concil. Roman. ann. incert. cap. 25.*

C A P U T VI.

*3. q. 8. c. 1.* Non prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur Episcopus, quam duodecim judices eligantur, &c. *Zephyrin. epist. 1. ante med. Ivo part. 5. cap. 245. decret. Anselm. lib. 3. cap. 41. Cæsar. lib. 5. cap. 41. Tarrac. lib. 2. cap. 52.*

C A P U T VII.

*9. q. 3. o.* Nullus, i. Nemo alterius terminos usurpet: nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præsumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires illas habebit, &c. Nullus autem Primas, vel Metropolitanus dicecesani Ecclesiam, vel parochianum, aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio, vel judicio. Sed hoc observet, quod ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatum, &c. *Callist. epist. 2. post princ. Burch. lib. 1. cap. 66. O lib. 2. cap. 39. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. panorm. O part. 5. cap. 100. O part. 14. cap. 72. decret. Cæsar. lib. 5. cap. 18.*

C A P U T VIII.

*6. q. 1. o. 17.* Omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos infames esse dicimus. *Stephan. epist. 1. post med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. O part. 5. c. 291. decret. Deusded. cap. 3. Anselm. lib. 3. c. 5.*

C A P U T IX.

*2. q. 6. Ad Romanam, cap. 6.* Absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel spoliatione libere ire concedatur Episcopis ad Apostolicam sedem. *Marcelinus epist. 1. in princ. Anselm. lib. 2. cap. 3.*

C A P U T X.

Non solum Præfuli Apostolico facere licet, sed cuicunque Pontifici, aut qualibet, & quemlibet locum, secundum regulam hæreticos ipsius ante damnata, a catholica communione discerant. *Gelas. in monitorio ad Faustum.*

C A P U T XI.

De excommunicatione lata contra eos, qui malum dederunt consilium cuidam Episcopo. *Greg. lib. 7. registr. indict. 2. epist. 1.*

C A P U T XII.

Vestra excellentia potest pravorum hominum scandala cum maxima tranquillitate declinare: prius enim a vobis secreto vocandi sunt, ac ipsis ratio reddenda, & perversa quædam capitula, quæ tenere vos existimant, coram ipsis anathematizanda. Quod si etiam dari anathema fidei suscipiantur, etiam jurejurando firmandum est, vos eadem capitula nunquam tenere, nunquam te-

nuisse, &c. *Greg. ad Theodifistam in med. in registr. lib. 9. epist. 39.*

C A P U T XIII.

Mali segregandi sunt a bonis, & iniqui a justis, ut saltē rubore suo conscientias tuas recognoscant, & convertantur a pravitatis suis. Et si incorrigibilis apparuerint, segregentur a fideli-bus usque ad satisfactionem, juxta Domini Salvatoris sententiam, qua inter cetera de peccante in se fratre præcipiendo ait: *Si peccaverit in te Lue. 17. frater tuus, correipe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos; ut in ore duorum, aut trium testimoniū stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiā non audierit, sic tibi sicut ethnicus, & publicanus. His ergo, & aliis multis sanctorum patrum auторitatibus, segregandi sunt mali a bonis, ne pereant justi pro injustis, sicut scriptum est: Perit justus pro impio. Greg. epist. 32. Fælici Episcopo lib. 12. registr. cap. 31.*

C A P U T XIV.

Ait Cælestinus Papa Episcop's Orientalibus *24. q. 1. c.* scribens: „Si quis aut ab Episcopo Nestorio, aut *35.* ab aliis, qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare coepérunt, vel excommunicatus, vel exutus est, seu anistiis, seu clericis dignitate, hunc in nostra communione, & durasse, & durable manifestum est: nec judicamus eum remotum; quia non poterat quemquam ejus removere tentatio, qui se jam præbuerat ipse removendum“. Item idem ad clerum Constantinopolitanum: „Aperte (*inquit*) sedis nostra sensit auctoritas, nullum sive Episcopum, sive clericum, seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio vel ejus similibus, ex quo talia prædicare cooperunt, vel loco suo, vel communione dejecti sunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri: sed hi omnes in nostra communione & fuerunt, & hucusque perdurant; quia neminem vel deiicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat“. *Cælest. apud Nicolaum in epist. ad Michael. Imperat. cuius initium est: Proposueramus, ante med. Cælest. cap. 11. O 12. Græc. cap. 6. O 7. L. in concil. Ephes. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 11. O 12. panorm. O part. 14. cap. 58. O 59. decret.*

C A P U T XV.

Episcopum, placuit ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere. *Elib. c. 28.*

C A P U T XVI.

Qui pro delicto suo a communione separantur, quibuscumque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur. *Arelat. I. cap. 16.*

C A P U T XVII.

Si Episcopus quis iracundus (*quod esse non debet* *11. q. 3. c. 4.*) cito aut aspere commoveatur adversus presbyterum, sive diaconi suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, &c. ille Episcopus, qui aut juste, aut injuste eum rejicit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut aut probetur ejus,

# 550 Juris Pontificii Veteris Epitome

**e**ius, aut emendetur sententia. *Sardic.* c. 17. *Afric.* concil. in ep. ad Bonif. Papam. *Carth.* VI. cap. 6. *Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 4. panorm.* *C* part. 14. cap. 15. *decret.* *Anselm.* lib. 3. c. 68. *Cæsar.* lib. 5. c. 48.

## C A P U T XVIII.

**9. q. 3. c. 11.** Fuit semper vestrae sanctæ, & Apostolicæ sedi licentia, iuste damnatos, vel excommunicatos potestate, sua auctoritate restituere, & suis ea omnia reddere, & illos, qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, Apostolico punire privilegio, sicut etiam nostris, & anterioribus cognovimus actum temporibus. *Athanaf.* *C* alii ad *Felicem II.* in med. *Ivo part. 5. cap. 15.* *decret.*

## C A P U T XIX.

**4. q. 5. c. 11.** Quando communione privetur accusatus, vel accusans, & cum prohibetur Episcopus accusatus communione, ne in sua plebe communicet. *Carth.* c. 19. *G. Carth.* VIII. c. 7. *L. Tull.* post ep. synod.

## C A P U T XX.

**11. q. 3. c. 6.** Intra annum excommunicationis audiuntur *36. Rursus.* convicti, & condemnati clerici de aliquo crimen, non post annum. *Carth.* cap. 80. *G. Carth.* V. cap. 12. *L. Afric.* cap. 46. *Vormat.* cap. 71. *Anselm.* lib. 12. c. 28. *Burch.* lib. 2. c. 187. *Ivo part. 6. c. 232.* *decret.*

## C A P U T XXI.

**6. q. 2. c. Placuit,** Si Episcopus noluit communicare alicui, quod dicat sibi confessum fuisse crimen, & ille neget, ab aliis Episcopis ipsi Episcopo non communicetur. *Carth.* c. 113. 134. *G. Carth.* VII. cap. 5. *L. Afric.* c. 98. *Ivo part. 5. c. 363.* *decret.* *C* epist. 151. ad *Olivum fratrem.*

## C A P U T XXII.

Si Episcopus aliquem judicat abstinentem pro humiliatione, & correctione fratris, & assurgitur exorari a ceteris; acquiescat fratri, de quo agitur, correptione, & comminatione adhibita, &c. *Vasens.* c. 7.

## C A P U T XXIII.

**6. q. 2. Si tantum, c. 2.** Quamdiu probari nihil potest, reus in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permaneat. *Vasens.* c. 8. *Ivo part. 5. c. 364.* *decret.* *C* ad *Olivum ep.* 151.

## C A P U T XXIV.

**2. q. 7. c. 20.** Si quis ab Episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, si nihil convitii aut criminationis objicerit, eum pro sola conventione, a communione ecclesiarum non liceat submoveri. *Aurel.* c. 6. vel 8.

## C A P U T XXV.

Si quicumque Episcopus pro reatu aliquo quemquam a communione suspenderit apud omnes sacerdotes eatenus a communione habeatur alienus, usquequo ejus judicio debeat recipi, a quo meruerat pro reatu suo a charitate ecclesiastica sequestrari. *Lugd.* c. 4.

## C A P U T XXVI.

Anathema maranatha. *Vide Tolet.* IV. cap. 74. *Tolet.* VI. c. 5.

## C A P U T XXVII.

Vidimus quosdam, & elevimus, ex numero

culpatorum receptos in gratiam principum, extores extitisse a collegio sacerdotum, quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis, in quo se solvi licentius curat, ibi alios alligat, & quos in suam communionem videtur suscipere, a communione, & pace ecclesie eligit separare, ut qui cum illo convescuntur, sacerdotum communione sola priventur. Et ideo quia remissio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum in potestate solum regia ponitur, cui & peccasse noscuntur, ab eis nulla se deinceps abstinebit sacerdotum communio, sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam sacerdotum & popolorum conventus suscipere in ecclesiasticam communionem debet, ut quod jam principalis pietas habet acceptum, nec a sacerdotibus Dei habeatur extraneum. *Toletan.* XII. cap. 3.

## C A P U T XXVIII.

Quicumque ex clericis, vel monachis caussam contra proprium Episcopum habens, ad Metropolitanum acceperit, non debet a suo Episcopo damnari, antequam per judicium Metropolitani utrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosciri, alioquin in se illam noverit esse sententiam. Idem est, si a Metropolitanano gravatus ad vicinam accedat, vel si de duobus conqueritur, & venit ad Regem. Sed si prius excommunicatus fuit, maneat ita etiam coram Metropolitanano. *Tolet.* XIII. c. 12.

## C A P U T XXIX.

Poenitentiam agere juxta antiquam canonum constitutionem, in plerisque locis ab usu recessit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo servatur, ut a Domino Imperatore impetraretur adjutorium, qualiter, si quis publice peccat, publica mulctetur poenitentia, & secundum ordinem canonum, pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur. *Cabilon.* sub *Carolo* c. 25.

## C A P U T XXX.

Nonnulli Praefules gregis quosdam pro peccato a communione eiiciunt, ut poeniteant, sed quali sorte vivere debeant, ad melius exhortando non visitant, quibus congrue increpans ferme divinus comminatur: *Pastores, qui pascent populum meum, vos dispersistis gregem meum, eiecistis, C non visitatis eum: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.* *Iсид.* lib. 3. de summo bono cap. 46. *apud Aquisgr.* cap. 36.

## C A P U T XXXI.

Qui accusatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus, per scripturam accusari, vel reconciliatus commendari jubetur. *Syn. apud S. Medardum in causa Hincmari in princ.* *Burch.* lib. 2. c. 197. *Ivo part. 6. c. 269.* *decret.*

## C A P U T XXXII.

Ad memoratos excommunicatos sancta synodus litteras direxit, eisque usque ad proximam futuram synodus corrigendi spatium tribuit, monens ecclesiastica pietate, ut convertantur, & vivant, quia

quia nisi se correxerint ad futuram synodum generali unanimitate anathemate terribili ferientur. *Tull. c. 10.*

C A P U T XXXIII.

Pro criminibus (*homicidio, adulterio, &c.*) quæ superius exposita sunt, vos excommunicatos a quibusdam Episcopis comperimus, sed ipsis intercedentibus damus spatium, ut ad nostram piam admonitionem deponatis mortifera n locitatem, & peccatorum consuetudinem, ne forte si in vestra contumacia persistite i is, cogamur vos anathemate generali contra nostram voluntatem propter ministerii necessitatem ferire. *Syn. Tull. in ep. ad Rotbertum, & alios in fin.*

C A P U T XXXIV.

Quando Episcops aliquem excommunicaverit, eat publice ad ostium ecclesie, & ostium pro eo claudat. *Lemovicen. action. 2. post medium.*

C A P U T XXXV.

*21. q. 5. c. 2.* Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus excommunicatus in concilio injuste se queritur condemnatum, ad majorum Episcoporum concilium revertatur, ut eorum inquisitionem, & judicium expectans, si quas justas caussas habere putat, illis exponat. Si autem contempserit, & importunus palatio aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque spem futuræ reconciliationis habebit. *Mart. Brac. cap. 35. Antioch. cap. 12. In Antiochen. est mentio de deposito, & non de excommunicato.*

C A P U T XXXVI.

Si horribilis est Deo ille, qui impie agit, certe separatus est talis a Deo, & anathemati justè subiicitur, anathema enim nihil aliud significat, nisi a Deo separationem, sicut in veteri, & novo testamento judicium de anathemate significat. *Justinian. ad Joann. II. ante fin.*

T I T U L U S LXXXIII.

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICATIONE.

C A P U T I.

Communio suspensa restituitur demonstranti caussas, quibus id acciderat, jam esse deferas, & profitenti pacis conditiones impletas. *Innoc. ep. 16. in princ.*

C A P U T II.

Pelagiani, si aliquando in le Dei adjutorium quod hucusque negaverunt, provocaverint, & opus sibi ejus auxilium esse cognoverint, &c. damnent hæc, quæ hucusque fenserunt, & aliquando animum rectis disputationibus commondantes, ab hac aliquantulum labe correcti veris se sanandos consiliis tribuant, atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate Pontificum, istis aliquatenus subvenire, & talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis, cum resipuerint, ecclesia non negare; ut a suis revocati præcipitiis intra ovile Domini redigantur, ne foris positi, & tanto præsidio a fide munitiōnis exclusi, periculis omnibus exponantur, devorandi luporum dentibus, atque vexandi, quibus obsistere, hac, qua illos in se irritaverant, do-

ctrinæ perversitate non possunt *Inn. ep. 25. in fin.*

C A P U T III.

Jubemus sane, &c. ut si unquam ad sanum, deposito pravi dogmatis errore (*Pelagiani*) resipuerint, damnaverintque ea, quorum se ipsi \* ipsos. prævaricatione damnaverunt, eis medicinam solitam, id est, receptaculum suum ab ecclesia non negari, ne dum eos redeentes forsitan prohibemus, Vere extra ovile remanentes, expectantis hostis rapidis faucibus glutiantur, quos in semetipsos spiculis malæ disputationis armarunt. *Innoc. ep. 26. in fin.*

C A P U T IV.

Qui propter aliquod peccatum excommunicatur, & in eodem peccato ad mortem usque perseverat, non potest post mortem absolvī. *Gelas. in tom. de anathemate.*

C A P U T V.

*24. q. 2. c. 2.* Id ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua legione, quo documento, tive a majoribus nostris, sive ab ipsis Apostolis, quos potiores merito fuisse non dubium est, seu ab ipso Domino Salvatore, qui judicatur creditur vivos, & mortuos, sive factum est unquam, vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui certe hoc faciendi solus habuit potestatem, beato principaliter mandat Apostolo: *Quæ ligaveris super terram, ligata erunt & in cælis, & quæ solveris super terram, erunt soluta, & in cælis.* Super terram, inquit, nam in hac ligatione defunctum, nunquam dixit, absolvī. Quod ergo nunquam factum est, vel mente concipere formidamus, scientes in divino iudicio non posse penitus excusari. *Gelas. in commonitorio ad Faustum.*

C A P U T VI.

Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta synodus, qui ad injuriam sancti Episcopi sui Triferti, gravia, & multa congesserat, &c. propter quam caussam ab eo fuerat dominica comunione privatus, ut in ejus sit arbitrio restitutio ipsis, in cuius potestate, ejus fuit abjetio: hoc est, ut quando idem Exuperantius satisficerit, vel Episcopo Triferto visum fuerit, tunc gratia communionis accipiat. *Taurinen. cap. 5. vide cap. 3.*

C A P U T VII.

Si Episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum, aut poenitentem successori licebit absolvere. *Epaun. cap. 28. Burch. lib. 11. cap. 50. Ivo lib. 5. tit. 4. cap. 7. panorm. & part. 14. cap. 114. decret.*

C A P U T VIII.

Archiepiscopus (*domus Antiochie*) propter festivitatem ab excommunicatione (*Samuelis Cyrum, & alios*) absolvit, sub ea tamen definitione, ut non excederent Antiochiam, donec sententiam caussa perciperet. Si autem exirent, antequam finem caussa perciperet, majori poenæ essent damnationis obnoxii. *Synod. Antioch. let. inter acta concil. Beriten. in concil. Chalc. action. 10. post princ.*

CA-

## 552 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T . IX.

Interrogatur n<sup>o</sup> est de his, qui Ebboni (*excommunicato*) oratione, vel oblatione communicaverant, &c. Surrexerit Erpuinus, & porrexit rotulam canoniam, & Apostolicam auctoritatem continentem, qualiter libellari satisfactione sanari valeant, & debeant exorbitantes: unde, & in gessis Pontificum, & in decretalibus Apostolicis Papæ Leonis, & in libro epistularum Domini Gregorii, qui dicitur ex registro, & in ecclesiasticis historiis, & in decretis multorum Pontificum sufficienter est exemplis manifestissimis demonstratum, per quorum doctrinam libellari satisfactione, & decreto canonico manibus omnium roborato in electione canonica venerabilis Archiepiscopi Hincmari omnes Rhemorum ecclesiarum indicti sibi poenitentia, largita indulgentia, benedictione super effusa, communione sacra tributa purificata esse noscitur, & sanata, &c. *Syn. apud S. Medardum in causa Hincmari, in fin.*

### C A P U T . X.

Si quis ab Episcopo suo excommunicatus interfectus, aut obitu proprio mortuus absque reconciliatione fuerit, nullatenus Christianorum sepultura sepeliatur, nisi Episcopus, satisfacientibus pro eo amicis, vel parentibus, absolutionem & licentiam ex hoc concederit, sed neque pro eo oretur, nec facultas ejus in eleemosynam suscipiatur, quo usque ab Episcopo absolvatur. Similiter modo si vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus, poenitentiam ex corde petierit, vel esse monachus quæsierit, poenitentia ejus suscipiatur quidem, & viaticum ei pro misericordia tribuatur, nullatenus tamen sepeliatur, neque post mortem pro eo oretur, donec ab Episcopo absolvatur suo, dicente B. Gregorio in dialogorum lib. II. „ Tantam ecclesiam Christus largitus est virtutem, ut etiam, qui in hac carne adhuc vivunt, jam carne solutos absolvere valeant, quos vivos ligaverant “. *Lemovic. act. II. in med.*

### C A P U T . XI.

Dum Episcopus aliquem, absolverit, ambulet cum eo usque ad portas ecclesiarum, & aperiat ei, ut ingrediatur, aliter autem nullus excommunicatus ecclesiam ingrediatur: quia nefarium, & illicitum est. *Lemov. act. II. post med.*

### C A P U T . XII.

Rem justam fecerunt presbyteri in Gemino pago, si verum dicit, quæ desert litteras Eustathii. Dicit enim, quod Cyriadum facientem injuriam, nec ab ea desistere valentem a communione separaverunt: „ Quia ergo inveni, quod suo malo curam adhibens vult communicare, fac, ita se comparat, ut injuriam primum deponat, & poenitentiam agere in animum inducat, ut si sic intellexeris, quod legi Dei accedit synaxis desiderans, permittas, ei ut cum populis communicet “. *Theoph. Episc. Alexand. ep. ad Menam Episc.*

### T I T U L U S LXXXIV. VARIÆ EXCOMMUNICATIONES.

### C A P U T . I.

**S**i eunes ad comitatum Romam venerant, & sine formata Episcopi Romani ad comitatum venerint, communione priventur. *Carth. c. 109. G. Milev. c. 20. L. Afric. c. 73. L.*

### C A P U T . II.

Clerici, vel monachi sine commendatitiis Episcopi vagantes, a communione habeantur alieni. *Venet. c. 5. C. 6. Agath. c. 38. Burch. lib. 2. c. 141. C. 142. Ivo part. 6. c. 214. C. 215. decret. C. lib. 3. tit. 5. c. 26. panorm.*

### C A P U T . III.

Si quis clericus absque Episcopi sui permisso derelicta ecclesia sua ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur. *Turon. c. 11.*

### C A P U T . IV.

Qui suscipit alienum clericum, quamdiu non restituit, communione se privatum agnoscat. *Hispal. II. c. 3.*

### C A P U T . V.

Sancimus, ut omnes nos Episcopi infra nostram provinciam constituti, singuli nostrum Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primicerium habere debeamus. Sanctus quippe est ordinis, & a nobis per omnia observandus. Ideoque placuit huic magnæ synodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit, humilitatem Pontifici suo, & reverentiam præbeat, &c. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodierit, & quæ illi pro tali officio a suo Episcopo imperata fuerint, adimplere distulerit, pro ut causa patuerit, excommunicationis damno multandum se noverit. *Emerit. c. 10.*

### C A P U T . VI.

Placuit huic sancto concilio, ut tam a presbyteris, quam ab Abbatibus, sive etiam diaconibus Episcopo honor debitus impendatur: & quandocumque contigerit eum juxta canoniam sententiam visitandi \* suam parochiam, & digne eum suscipiant, & pro ut habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent, quæ fuerint necessarii. Id ergo per omnia servandum instituimus, ut nulli presbytero, vel diacono sine voluntate Episcopi sui, licentia sit sæculares peragere causas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia ferendū se noverit. *Emer. c. 11.*

### C A P U T . VII.

Nullus audeat clericorum ordinationem sui Episcopi contemnere, sed ubi ordinatus fuerit ambulare debet cum gratia, & obedientia, quæ injuncta fuerint, agere. Quod si sub cothurno superbiæ neglexerit implere, non solum a stipendio, sed anno uno a communione privetur. *Narbon. c. 10.*

### C A P U T . VIII.

Et honoris sui, & communionis sacræ lugeat amissione multatus, conciliis inobediens. Si pauciores in synodo dissentiant, aut commoniti plurimorum sententiarum cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant aut excommunicationis annua sententiam iuant. *Toletan. VIII. c. 11.*

CA.

## C A P U T IX.

Si Episcopus per desidiam, aut neglectum constituti temporis metas excederit, quibus nequeat Metropolitani sui obtutibus praesentari, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si regia iussione impeditum se esse probaverit. *Tolet. XII. c. 6.*

## C A P U T X.

Illi ex Pontificibus sententiam excommunicationis merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum admoniti a Metropolitano distulerint emendare, atque compescere; aut si admoniti, ut in judicium primae sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Tolet. XIII. cap. 8.*

## C A P U T XI.

Alterius clericum nemo sollicitet, neque sufficientem recipiat, nemo celet, nemo ordinet. Idem in monachis. Si quis tempore constituto fugitum non indicaverit, tamdiu excommunicatus

sit ipse receptor Episcopus, quamdiu fugitum apud se habeat. Qui confugiunt ad Metropolitanum ob querelas inferiorum Episcoporum, immunes sunt. *Tolet. XIII. c. 11.*

## C A P U T XII.

Presbyteri, vel quilibet clerici sine formata non suscipiantur. Criminati autem ab omnibus excludantur, & reiiciantur a parochiis, in quibus cupiunt immorari. *Meld. c. 50.*

## C A P U T XIII.

Placuit, ut sive in ministerio diaconii, vel presbyterii officio aliquis constitutus existat, si Episcopi, a quo ordinatus est, praecptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum, quoisque in vitio permanescit, & communione, & honore privetur. *Vormat. cap. 19.*

## C A P U T XIV.

Qui episcopum, aut presbyterum, sine forma-  
ta venientem defendit, excommunicetur. *Vormat. c. 92.*

## L I B E R U N D E C I M U S.

## De Ejectione, &amp; Interdicto.

## T I T U L U S I.

*EJECTIONES CONTRA HÆRETICOS,  
ET ILLORUM FAUTORES.*

## C A P U T I.

**E**OS, qui religiositatis speciem simulantes, Dominici corporis, & sanguinis sacramentum, baptisma puerorum, sacerdotium, & cæteros ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnant foedera nuptiarum, tamquam hæreticos ab ecclesia Dei pellimus, & damnamus, &c. Defensores quoque ipsorum ejusdem damnationis vinculo innodamus. *Syn. Rom. sub Innoc. II. c. 17. al. 14.*

## C A P U T II.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui nuptiis, carne, & vino, non continent, sed abominationis causa abstinent, resipiscant, aut deponantur, & ab ecclesia abiiciantur, &c. *Apost. c. 51.*

## C A P U T III.

Si clericus ob metum Iudei, Græci, vel hæretici negaverit nomen Christi, eiiciatur. *Apost. cap. 62.*

## C A P U T IV.

Si quis Episcopus, aut presbyter juxta praecptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sed in una persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, proiciatur de ecclesia Dei. *Vigil. ep. 1. c. 6.*

## C A P U T V.

Eustathius, & socii, qui hæreticas quasdam opiniones tuebantur, si non resipuerint, tamquam hæretici, & anathematizati, & damnati abiiciantur. *Gangr. in princ.*

*Tam. VI.*

## C A P U T VI.

Anathema sint, & eiiciantur tanquam alieni a Christiano catalogo, hæretici a sex synodis œcumenicis condemnati. *Trullan. cap. 2. vide Bracar. I. c. 40. lib. præced. tit. IX. c. 1. Si quis.*

## T I T U L U S II.

*CONTRA AUGURES, ET MALEFICOS,  
ET QUI IDOLA COLUNT.*

## C A P U T I.

**N**eidola in domibus suis habeant: si vim servorum metuant, vel se ipsos puros conservent: si non fecerint, alieni ab ecclesia habentur. *Eliber. c. 41.*

## C A P U T II.

Eiiciantur ab ecclesia clerici, qui magi sunt, *26. q. 5. o. 4.* aut augures \*, aut mathematici, aut astrologi, Non oportet qui faciunt phylacteria, quæ vincula sunt *incantatores.* animarum. *Laodic. c. 36. Agathen. c. 68. Mart. Brach. c. 60. Capitul. lib. 1. c. 21. Raban. c. 23. de poenit. Ivo lib. 8. sit. 5. c. 3. panorm. O' part. 11. c. 3. decret.*

## C A P U T III.

Omnibus annuntietur, quantum scelus sit idolatria, & qui hæc (*lapides, O' arbores*) veneratur, & colit, quasi Deum suum negat, & christianitati abrenuntiat, & tales poenitentiam inde debet suscipere, quasi idola adorasset, omnibusque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquid manus pro salute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad ecclesiam Domino Deo suo. Scriptum est enim: *Vovete, O' redditte Psalm. 75. Domino Deo vestro.* Novimus siquidem, quanta Dominus antiquo populo per prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacrificabant, & in excelsis iminolabunt. Si quis hoc transgressus fuerit,

Aaaa

rit,

# 554 Juris Pontificii Veteris Epitome

*1. Tim. 5. rit, fidem perdidit, & est infidelis deterior; & idcirco omnimodo a sancte ecclesie confortio abscondatur, & non, nisi digne pœnitentia, recipiatur. Nannet. c. 20. Burch. lib. 10. c. 10.*

## C A P U T IV.

*Qui sine magna necessitate fidem in Christum prodiderunt, & dæmoniorum mesam attigerunt, & græca sacra menta jurarunt, tribus quidem annis eliciantur, &c. Basil. ad Amphil. c. 80.*

## C A P U T V.

*Non licet clericos incantatores esse, & ligaturas facere, quod est colligatio animarum. Si quis haec fecerit, de ecclesia proiiciatur. Mart. Bracar. c. 60.*

*Vide Lib. XVII. Tit. V. Elib. c. 6. c. Augur. Carth. IV. c. 89. c. Auguriis. Agath. c. 42. c. Auguriis, vel divinat. Trull. cap. 61. cap. Qui se vatibus.*

## T I T U L U S III.

*CONTRA EOS, QUI JUDÆIS FAVENT.*

## C A P U T I.

*S*i quis patiatur fructus suos a Judæis benedici, penitus ab ecclesia eliciatur. Eliber. c. 49.

## C A P U T II.

*Quicumque deinceps Episcopus, clericus, laicus Judæis contra fidem Christianam lussugium, vel munere, vel favore præstiterit, ut protanus, & sacrilegus, anathema effectus ab ecclesia catholica, & regno Dei habeatur extraneus, &c. Tolet. IV. c. 57. Meldens. c. 73. in fin.*

## C A P U T III.

*Quisquis succendentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante condescendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta \*, pollicitus fuerit, hanc se catholicam non permisurum Judæos violare fidem, &c. Si ipse temetator hujus promissi extiterit, sit anathema maranatha in conspectu Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni. Similique cum eo damnatione percussi, quicumque sacerdotum, vel Christianorum ejus implicati fuerint errore. Tolet. VI. cap. 3.*

## T I T U L U S IV.

*CONTRA EOS, QUI SUMPTIONEM EUCHARISTIÆ AVERSANTUR.*

## C A P U T I.

*De conf. diff. 2. cap. Si quis, 18. Q*ui ingrediuntur ecclesiam Dei, & audiunt sacras scripturas, non vero communicant oratione cum populo, aut aversantur lumpionem eucharistiæ ob aliquam discordiam, effecti sunt ab ecclesia, quoad confiteantur, & ostendant fructus penitentiae, & supplicant, ut possint veniam consequi. Antiochen. cap. 2. Aquigran. c. 70. Mart. Brac. cap. 84. Capitul. lib. 7. c. 176. in addit.

## C A P U T II.

*Si quis suscepit a sacerdote eucharistiam non sumperit, velut sacrilegus propellatur. Tolet. I. c. 14.*

## T I T U L U S V.

*CONTRA EOS, QUI ECCLESIAE CENSURAS CONTEMNUNT, ET QUI CUM EJECTIS, AUT DEPOSITIS COMMUNICANT.*

*Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. IV. quibus adde:*

## C A P U T I.

*V*eteri quidem lege habetur, quicumque *Deut. 17. 11. q. 3. c. 14. Absit.* sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subiecta, contemptum expiabat crux. Nunc vero inobediens spirituali animadversione truncatur, & ejectus ab ecclesia rabido demum ore decerpitur. *Anter. ep. I. ante fin. vide Hieronym. ad Heliodor. ep. I.*

## C A P U T II.

*Qui merito ob crimina ab ecclesia ejectus est, si ab Episcopo, vel presbytero receptus fuerit in communionem, eodem criminis est obnoxius suscipiens, & suscepimus. Carth. c. 9. G. Carth. II. c. 7. L. Tull. post ep. syn. Burch. lib. 11. c. 43. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 18. panorm. & part. 14. c. 28. & 107. decret. Capitul. lib. I. c. 36.*

## C A P U T III.

*Scriptum est in canonibus, ut qui excommunicato communicaverint, omnes ab ecclesia respiciantur, maxime eos, qui sciebant eum esse dejectum. Syn. apud S. Medard. in fin.*

## T I T U L U S VI.

*CONTRA SIMONIACOS, ET USURARIOS.*

## C A P U T I.

*C*lericus usuras accipiens degradetur, & ab. *Dif. 47. c. 5. Si quis.* stineat. Laicus, si non cessaverit, cum corporatus fuerit, ab ecclesia sciatis se proiiciendum. Elib. c. 20. Ivo lib. 3. tit. 13. c. 1. panorm. & part. 13. c. 12. decret.

## C A P U T II.

*Si quis sacerdotium per pecunia nundinum execrabilis ambitione quæsierit, abiiciatur ut reprobus. Aurel. II. c. 4.*

## T I T U L U S VII.

*CONTRA EOS, QUI NON RESTITUUNT RES ECCLESIAE RELICTAS, ET QUI ECCLESIAE NON HABENT HONOREM.*

## C A P U T I.

*C*lerici vel saeculares, qui oblationes parentum donatas, aut testamento reliquias retinente persistirint, aut id, quod ipsi donaverunt ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum quoisque reddant ab ecclesiis excludantur. Agath. cap. 4. Burchard. lib. 3. cap. 140. Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 5. panorm. & part. 3. c. 206. decret.

## C A P U T II.

*Si quis saecularium per calumniam ecclesiam, aut clerum fatigare temptaverit, & viatus fuerit, ab ecclesiæ liminis, & a catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, coercentur. Agath. cap. 32. Vormat. cap. 24. & 61. Burchard. lib. 15. cap. 5. Ivo part. 16. cap. 6. decret. Anselm. lib. 3. c. 116.*

## C A P U T III.

*Qui oblationes defunctorum retinent, & ecclæsias tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abiiciendi. Valen. c. 4. vide Carth. IV. c. 95. Ivo part. 3. c. 153. decret. Deusdedit. cap. 4. Caesar. lib. 7. c. 2.*

CA.

C A P U T IV.

<sup>17. q. 1. c. 19.</sup> Nullus clericorum servum, aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audiat, vel flagellare presumat. Quod si fecerit, donec digne poeniteat, a loco, cui honorem non dedit, segetur. *Ilerd. c. 8. Ivo lib. 2. tit. 7. c. 5. panorm. C part. 3. c. 117. C part. 6. cap. 370. decret. Cæsar. lib. 7. c. 5.*

C A P U T V.

Quicumque clericorum, a maximo usque ad infra, contra sanctæ ecclesiæ utilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus, merito eiiciatur, qui fidem servare minime cognoscitur. *Narbon. c. 7.*

T I T U L U S VIII.

*CONTRA CONTUMACES, ET QUI LIBERIS ECCLESIASTICIS, IN REBUS GRAVIBUS PARERE NOLUNT.*

C A P U T I.

<sup>23. q. 8. c. 27. Si quis.</sup> E iiciatur non solum a communione, sed etiam a dignitate, quam obtinet, Episcopus, presbyter, clericus, qui sine voluntate, & litteris Episcoporum provinciæ, & præsertim Metropolitanus ad Imperatorem venerit. *Antioch. cap. 11. Aquisgr. c. 73. Capitul. lib. 1. c. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo part. 6. cap. 268. decret. Anselm. lib. 6. c. 115.*

C A P U T II.

Eiiciantur a sua parœcia, & ecclesia Episcopi, qui usurpantes alienas ecclesiæ, nolunt sèpius vocati ad synodus venire. *Carth. c. 54. G. Carth. III. c. 43. L. Afric. c. 20. L.*

Vide Lib. XVII. Tit. XXVII. Antiochen. cap. 1. Laici.

T I T U L U S IX.

*CONTRA EPISCOPUM, QUI INJUSSU SYNODI ECCLESIAM VACANTEM SURRIPIT.*

C A P U T I.

<sup>Dif. 92. c. 8. Si quis.</sup> S I Episcopus vacans ecclesiam vacantem surripiat sine perfecta synodo, in qua Metropolitanus intereat, eiiciatur, et si a plebe recipiatur. *Antioch. cap. 16. Mart. Brac. cap. 9. Chalced. action. 11. L. 12. G. Burchard. lib. 1. c. 39. Ivo part. 5. c. 150. decret. Cæsar. lib. 4. c. 88. Tarrac. lib. 6. c. 67.*

T I T U L U S X.

*CONTRA EOS, QUI PONTIFICIBUS INSIDIAS TENDUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. II.

T I T U L U S XI.

*CONTRA EOS, QUI NOLUNT IN GRATIAM REDIRE CUM INIMICIS.*

C A P U T I.

Dominicis, & festis diebus presbyteri, antequam missas celebrent, interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, & si inventi fuerint, statim reconcilientur. Quod si renuerint pacem suscipere, ab ecclesia eiiciantur, usque quo ad charitatem redeant. *Nanner. c. 1.*

T I T U L U S XII.

*CONTRA REGEM, QUI POTESTATE REGIA ABUTITUR.*

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. VI. maxime cap. 11.

T I T U L U S XIII.  
*CONTRA INCONTINENTES.*

C A P U T I.

Q UI peccant contra naturam, &c. clerici eiiciantur a clero, &c. laici excommunicatione subdantur, & a coetu fidelium sunt proflus alieni. *Alex. III. in concil. Later. c. 11.*

C A P U T II.

Cum uxore concubina habens si perseveraverit, & cum emendatione non emendaverit, perseverans ab ecclesia penitus amputetur. *Eugen. II. in syn. Rom. C. Leo IV. c. 37.*

C A P U T III.

Si presbyter duxerit uxorem, ab ordine amo-  
veatur: si fornicetur, vel adulter sit, eiiciatur,  
& ad penitentiam reducatur. *Neocæs. c. 1. Paris.*  
*Sub Ludov. C. Lothar. lib. 1. c. 35. Magunt. sub Arnulph. cap. 19. Mart. Brac. cap. 27. Burch. lib. 2. c. 108. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 8. panorm. C part. 6. c. 185. decret. Anselm. lib. 11. c. 95.*

C A P U T IV.

Quæ duobus fratribus nupserit, eiiciatur usque ad mortem. *Neocæs. c. 2. Mart. Brac. c. 80. Tribur. c. 44. Burch. lib. 17. c. 1. Ivo part. 9. c. 67. decret. Anselm. lib. 11. c. 95.*

C A P U T V.

Poenitentes, quæ defuncto viro, aliis nubere præsumplerint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate, se cum extraneo junixerint, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in penitentia positio placuit observari. *Arelat. II. c. 21.*

C A P U T VI.

Unica, vel uxore, vel concubina non contentus, abiiciatur, donec definat, & ad penitentiam revertatur. *Tolet. c. 17. Raban. c. 10. de pœnit. Ivo lib. 6. tit. 3. c. 6. panorm. C part. 8. c. 64. decret.*

*Dif. 34. c. 4. Is cui Con- cubina erat vera uxor, ritu tamen non solemniter introducta.*

C A P U T VII.

Si clericus relabitur ad conjugium, moresque facili, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privetur, & ut apostata a sanctæ ecclesiæ liminibus, & societate fidelium habeatur proflus exclusus, monasterii claustris, donec vixerit, sub penitentia retrudendus. *Tolet. VIII. c. 7. in fin.*

C A P U T VIII.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplina regulæ degunt, obstrutius munitis claustris, nullo pateant, nisi forte summa compellente necessitate, aditum viroru. Sed neque presbyteri, vel diacones, &c. sine permitta Episcopi civitatis, sibi licentiam tribuant ineundi, &c. Si quis post hanc definitionem hujus reverendi concilii de his, quæ consona voce, salubriterque statuta sunt, temerario ausu violare temptaverit, canonicis coerceatur vindictis, scilicet, aut juxta modum culpæ, excommunicatione mulctetur, aut anathematis vinculo penitus vinciat, aut certe honoris propriammissione nodatus, reus ab ecclesiæ gremio evellatur. *Foro jul. c. 12.*

C A P U T IX.

Episcopi incestuosos penitus investigare stude-

Aaaa 2 ant,

## 556 Juris Pontificii Veteris Epitome

**ant**, qui si pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. *Magnum. sub Rab. c. 28.*

### C A P U T X.

Si quis presbyter, aut diaconus fuerit fornicatus, aut moechatus, proiciatur, & agat pœnitentiam. *Mart. Brach. c. 27.*

### C A P U T XI.

De Jacob quærere oportet, si enim lector erat, & criminis fornicationis fuisse eum obnoxium, & a presbyteris ejectum fuisse ostensum sit, deinde is ordinatus est, eiiciatur accurata examinatione facta, non autem ex suspiris, vel maledictis orata suspicione. *Theophil. Episc. Alex. in commonitorio capite 5.*

### C A P U T XII.

Si clericus fornicationis accusatur ab accusatore fide digno, & crimen probatur productis fide dignis testibus, eiiciatur ecclesia. *Theophil. Episcop. Alex. in commonitorio c. 8.*

### T I T U L U S XIV.

#### VARIÆ EJECTIONES.

### C A P U T I.

**H**i, qui adversa eis (*loquitur de Episcopis*) in fin. moliuntur, sicut a sanctis patribus dudum statutum est, & hodie synodali, & Apostolica auctoritate firmatur, penitus abiiciantur, & exilio, suis omnibus sublati, perpetuo tradantur. *Syn. Rom. sub Symmach. in fin.*

### C A P U T II.

Qui sub observatione clericali cœlesti probatur servire officio, ex clero abiiciendum se norit, si prætermisso sacerdotum iudicio sacularem adierit potestatem. *Leo epist. 94. ad Episc. per Thraciam, in fin.*

### C A P U T III.

Catechumenus ingrediens templum in ordine aliorum ster, si peccet, genuflexiens audiat, si audiens peccet, eiiciatur. *Neoc. c. 5.*

### C A P U T IV.

Magistratus, quo anno agit Duumviratum, se ab ecclesia cohibeat. *Elib. c. 56.*

### C A P U T V.

Hi, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt, & post modum pœnitentia remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam jubemus ad clericatus officium non adiunxi. Et quicumque ille sit, post pœnitentiam, sæcularem habitum non præsumat. Quod si præsumperit, ab ecclesia alienus habeatur. *Arelat. II. c. 25.*

### C A P U T VI.

**D**icitur. Libertos legitime a Dominis suis factos ecclesias, si necessitas exigerit, tueatur, quos si quis ante audientiam pervadere, aut spoliare præsumperit, ab ecclesia repellatur. *Agath. c. 29. Ivo lib. 2. tit. 9. c. 1. panorm. O part. 3. c. 159. O part. 16. c. 51. decret. Tarrac. lib. 6. c. 254.*

### C A P U T VII.

Si clericus propter luxum, vanitatisque præsumptum, de officio sponte discesserit, & monachum se videri malit, quam clericum, ita de ecclesia repellendum, ut nisi rogando, atque obse-

crando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. *Cæsar. ang. c. 6.*

### C A P U T VIII.

Si Episcopus oculorum dolore detentus, maximum suam super presbyteros, & levitas posuit, & presbyter quidam illis benedictionem dedit, a gradu sacerdotali, vel levitici ordinis depositi æquo iudicio abiiciantur. *Hispalens. II. cap. 5. Burch. lib. 1. c. 3. Ivo part. 5. c. 212. O 213. O part. 6. c. 102. decret.*

### C A P U T IX.

Desperatione vitæ correpti, si evaserint laqueum, aut aliud mortis genus, duobus mensibus a catholicorum cœtu, & a corpore, & sanguine Christi maneant omnimodo alieni. *Tolet. XVI. cap. 4.*

### C A P U T X.

Si quis Episcoporum sine necessitate res ecclesiæ vendiderit, in iudicio Episcoporum deiiciatur auditus. *Mart. Brac. c. 14. Burch. lib. 1. c. 215. O lib. 3. c. 181. Ivo part. 3. c. 172. O 242. O part. 3. c. 329. decret. Cæsar. lib. 7. c. 73. Tarrac. lib. 6. c. 135.*

### T I T U L U S XV.

#### COMMUNIA DE EJECTIONE.

### C A P U T I.

**D**e iis, qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laico ordine ab Episcopis, per una inquamque provinciam sententia regularis obtineat, ut ii, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. *Nicæn. c. 5. Aquif. gr. c. 42. Tribur. c. 2. Burch. lib. 11. c. 36. Ivo part. 14. c. 100. decret. Anselm. lib. 6. c. 168. in addit.*

### C A P U T II.

Accusare non possunt Episcopos, qui sunt ob aliquas caussas ejeci, vel excommunicati, si ve clerici, sive laici sint. *CP. cap. 5. G. Nicol. in epist. ad Michael Imperat. ante med. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 20. panorm. O part. 14. c. 70. decret.*

### C A P U T III.

Abiectum clericum alia Ecclesia non admittat. *Syric. in synod. Rom. epist. 4. cap. 7. apud concil. Telen.*

### C A P U T IV.

Hoc etiam statuit synodus Nicæna, ut abiectum ab altero clericum altera Ecclesia non recipiat. *Innoc. ep. 2. c. 7. vide Nicæn. c. 16.*

### C A P U T V.

Si quis Episcopus iracundus, quod esse non debet, presbyterum, vel diaconum ab Ecclesia eiicere velit, videndum est, ne innocens damnetur, neve communione privetur, &c. Ejectus potest ad Metropolitanum configere: si is abest, ad proximum \*, qui diligenter causam examinet. Is vero Episcopus, qui eum juste vel injuste dejicit, ferat patienter causæ cognitionem, & ut confirmetur, vel mutetur sententia, &c. *Sardic. c. 14. G. 17. L. vide Nicæn. apud Carth. VI. cap. 6. O Afric. c. 101. Capitul. lib. 1. c. 1. Ivo lib. 5. tit. 5. c. 4. panorm. O part. 14. c. 15. decret. Anselm. lib. 3. c. 68. Cæsar. lib. 5. c. 48.*

### C A P U T VI.

Abiectum nemo recipiat ad communionem. *Taurin. c. 6.*

CA-

C A P U T VII.

*15. q. 7. e. 1.  
¶ ult.*  
Comperimus Tragitanum Cordubensis Ecclesiae presbyterum a Pontifice suo injuste olim dejectum, & innocentem exilio condemnatum, quem rursus ordini suo restituentes, id denuo adversus prælumptionem novam decrevimus, ut, juxta priscorum patrum synodalem sententiam, nullus nostrum sine concilii examine delicere quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat, &c. *Hispalen. II. c. 6. Hadrian. c. 25. ad Episc. Mediom. Capitul. lib. 7. c. 320.*

T I T U L U S XVI.

DE INTERDICTO.

C A P U T I.

*De privil. c.  
3. Greg. IX.  
¶ in 1. coll.*  
**F**ratrum, & coepiscoporum nostrorum con-  
questione comperimus, quod fratres tem-  
pli, & hospitalis, alii quoque religiosi contra E-  
piscopalem auctoritatem multa præsumunt, &c. Proponunt enim, quod Ecclesiæ recipiunt de  
manibus laicorum, excommunicatos, & inter-  
dictos ad Ecclesiastica sacramenta, & sepultu-  
ram admittant, &c. plures ex eis de una, sive di-  
versis domibus ad locum interdictum sæpius acce-  
dentes, indulgentia orivilegiorni in celebrandis  
officiis abutuntur, & tunc mori uos apud prædi-  
etas Ecclesiæ sepelire præsumunt, &c. excommuni-  
catos, & nominatim interdictos tam ab illis,  
quam ab omnibus aliis, juxta Episcoporum sen-  
tentiam statuimus evitandos, &c. Si vero tem-  
plarii, seu hospitalarii ad Ecclesiasticum interdi-  
ctum venerint, non nisi semel in anno ad Eccle-  
siasticum admittantur officium: nec tunc ibi cor-  
pora sepeliant defunctorum, &c. Si autem con-  
tra hoc institutum venerint, & Ecclesiæ, in qui-  
bus ista præsumplerint, subjaceant interdicto, &  
quod egerint irritum habeatur. *Alexand. III. in  
concil. Later. c. 9.*

C A P U T II.

*De sentent.  
excom. c.  
48. Gr. IX.  
cap. 1. eod.  
tit. in 1. coll.*  
Qui sine commonitione sententiam excom-  
municationis promulgaverit, etiam si justa fue-  
rit excommunicationis sententia, ingressum Ec-  
clesiae per mensem unum sibi noverit interdi-  
ctum, &c. *Innocent. III. in concil. gener. Later.  
cap. 47.*

C A P U T III.

*De privil. c.  
24. Gr. IX.  
eod. tit. c. 7.  
in 4. coll.*  
Sane quibusdam regularibus fides Apostolica  
indulxit, ut iis, qui eorum fraternitatem assump-  
tuerint, si forsan Ecclesiæ, ad quas pertinent, a di-  
vinis fuerint officiis interdictæ, ipsorumque mori  
contingat, sepultura Ecclesiastica non negetur,  
nisi excommunicati, vel nominatim fuerint inter-  
dicti, suosque confratres, quos Ecclesiarum  
Prælati apud Ecclesiæ suas non permiserint se-  
peliri, ipsi ad Ecclesiæ suas deferant tumulando-  
s. Hoc autem de illis confratribus intelligimus,  
qui vel adhuc manentes in sæculo eorum ordini  
sunt oblati mutato habitu sæculari, vel qui eis  
inter vivos sua bona dederint, retento sibi, quam-  
diu in sæculo vixerint, usufructu, qui tamen  
sepeliantur apud ipsorum regularium, vel alio-  
rum non interdictas Ecclesiæ, in quibus elegerint  
sepulturam. Eisdem est indultum, si qui fra-  
trum suorum, qui ab eis missi fuerint ad reci-  
piendas fraternitates, sive collectas, in quamli-

bet civitatem, castellum, vel vicum advenerint,  
si forte locus ille a divinis sit officiis interdictus,  
in eorum jucundo adventu semel in anno ape-  
riantur Ecclesiæ, ut exclusis excommunicatis di-  
vina ibi officia celebrentur. Sic intelligi volu-  
mus, ut in eodem loco una tantum Ecclesia eis  
semel aperiatur in anno, &c. ne si hoc modo sin-  
gulas ejusdem loci Ecclesiæ visitarent, nimium  
vilipendi contingere sententiam interdicti, &c.  
*Innocent. III. in concil. gener. Lateran. c. 57.*

C A P U T IV.

*De privil. c.  
25. Gr. IX.  
c. 8. eod. tit.  
in 4. coll.*  
Quod nonnullis est religiosis indultum, in fa-  
voreni pontificalis officii ad Episcopos extenden-  
tes concedimus, ut cum commune terræ fuerit  
interdictum, excommunicatis, & interdictis ex-  
clusis, possint quandoque januis clausis, & sup-  
presso voce, non pulsatis campanis celebrare of-  
ficia divina nisi hoc ipsum eis expresse fuerit in-  
terdictum. Verum hoc illis concedimus, qui cau-  
sam aliquam non præstiterint interdicto, nec  
quidquam dolii, vel fraudis ingesserint, tale com-  
pendium ad iniquum dispendium pertrahentes.  
*Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 58.*

C A P U T V.

*De privil. c.  
31. Gr. IX.  
c. 7. eod. tit.  
in 4. coll.*  
In Lateranensi concilio noscitur fuisse prohi-  
bitum, ne quilibet regulares Ecclesiæ, seu deci-  
mas sine consensu Episcoporum de manu præ-  
sumat recipere laicali, nec excommunicatos vel  
nominatim interdictos admittant aliquatenus ad  
divina, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later.  
c. 61. Alex. III. in concil. Later. c. 9.*

C A P U T VI.

*De simon. c.  
41. Gr. IX.  
c. 5. eod. tit.  
in 4. coll.*  
Audivimus de quibusdam Episcopis, quod de-  
cedentibus Ecclesiarum rectoribus, ipsas inter-  
dicto subiiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem  
institui, donec ipsis certa summa pecunia per-  
solvatur, &c. Cum igitur non solum a malo, sed  
etiam ab omni specie mali sit secundum Apolo-  
gum abstinendum, exactiones hujusmodi penitus  
inhibemus. *Innoc. III. in concil. gener. Later.  
cap. 65.*

C A P U T VII.

Universis Ecclesiarum Prælatis districte præ-  
cipimus, ut cruce signatos ad reddendum vota  
sua Domino diligenter moneant, & inducant,  
& si necesse fuerit, per excommunicationis in-  
personas, & interdicti sententias in terras eorum,  
omni tergiversatione cessante, compellant, &c.  
Qui acquiescere paci per quadriennium contem-  
plerint per excommunicationem in personas, &  
interdictum in terras arctissime compellantur,  
&c. Quod si forte censura Ecclesiastica vil-  
penderint, poterunt non im merito formidare,  
ne per auctoritatem Ecclesiæ circa eos, tam-  
quam perturbatores negotii Crucifixi, sæcularis  
potentia inducatur. *Innoc. III. in concil. gener.  
Later. cap. ultimo.*

C A P U T VIII.

In castellis, vel villis, in quibus sunt mona-  
chorum monasteria, postquam presbyteri a divi-  
no celsabunt officio propter excommunicatos,  
monachi portas Ecclesiæ omnes claudant, nisi  
unam ex parte claustrum, per quam ipsi intrent,  
&c. & signa non sonent: ne forte eis divinum

ce.

## 558 Juris Pontificii Veteris Epitome

celebrantibus officium aliquis excommunicatio-  
nis macula aspersus se inferat. *Gregor. VII. in  
concil. Rom. anni incert. c. 17.*

### C A P U T IX.

Eos qui pro Hierosolymitano, vel pro Hispano-  
nico itinere cruces sibi in vestibus posuisse no-  
cuntur, & viam postea dimisisse, cruces iterato as-  
sumere, & viam ab instanti pascha usque ad pro-  
ximum sequens pascha perficere. Apostolica au-  
toritate præcipimus, alioquin ex tunc eos ab in-  
troitu Ecclesie sequestramus, & in omnibus ter-  
ris eorum divina officia, præter infantibus baptis-  
mum, & morientibus poenitentiam, interdic-  
mus. *Callist. II. concil. Rom. c. 11.*

### C A P U T X.

Sanctimoniales, & mulieres, quæ canonice  
nominantur, & irregulariter vivunt, juxta bea-  
torum Benedicti, & Augustini regulam, vitam  
suam in melius corrigant, & emendent; super-  
fluitatem, & in honestatem vestium deserant, &  
in claustro assidue permanentes, refectorio, &  
dormitorio sint contentæ, & relictis præbendis,  
& aliis propriis, earum necessitatibus de commu-  
ni provideatur. Qod si usque ad proximum Apo-  
stolorum festum non adimpleverint, ex tunc in  
earum Ecclesiis, donec hoc nostrum mandatum  
adimpleant, divina prohibemus officia celebrari.  
*Eugen. III. in concil. Remen. c. 4.*

### C A P U T XI.

Si quis hæsiarchas, & eorum sequaces qui  
in partibus Gualconiæ, ac Provinciæ, vel alibi  
commorantur, de cætero retinere, vel ad alias  
partes proficiscentes eorum errori consentiens re-  
cipere forte præsumplerit; quo iratus Deus ani-  
mas percutit, anathemate feriatur, & in terris  
eorum, donec condigne fatisfiant, divina ce-  
lebrare officia interdicimus. *Eugen. III. in syn.  
Remen. c. 17.*

### C A P U T XII.

*De sponsa  
lib. c. 11. ap.  
Greg. IX. c.  
13. in 1. coll.*  
Regem Angelorum studiose fatis, & attente-  
monimus, eique dedimus in mandatis, &c. ut  
uxores filiorum infra quadraginta dies post litte-  
rarum nostrarum susceptionem restituere non post-  
ponat. Si vero eas post prædictum terminum vi-  
ris suis non restituerit, Apostolica auctoritate  
præcepimus, ut tota provincia, infra quam de-  
tinentur, & ad quam transferuntur, quamdiu  
ibi fuerint, donec viris suis non restituantur, ab  
omnibus divinis officiis, præter baptismata par-  
vuloru n, & poenitentias morientium cessent,  
&c. *Alexand. III. Episcopis, Abbatibus, &  
clericis in Anglia.*

### C A P U T XIII.

*De offic. &  
potest. judic.  
deleg. c. 11.  
ap. Gr. IX.  
in 1. coll. eod.  
tit. c. 16.*  
Judex (delegatus) secundum negotii qualita-  
tem temperate procedens Episcopo (conveniens)  
vel ingressum Ecclesiarum, vel sacerdotale offi-  
cium interdicat, aut etiam terram illius, qua: ad  
jurisdictionem tuam pertinet, specialiter inter-  
dicto supponat. *Alex. III. Carnot. Episcopo.*

### C A P U T XIV.

*De iis, que  
funt a ma-  
jor. part. capi-  
tuli, c. 2. ap.  
Greg. IX. &  
in 1. coll.*  
Quæsivit a nobis tuae diligentia probitatis,  
quid observare debeas, & Apostolicæ responsio-  
nis auctoritate statuere, super eo, quod Eccle-  
siam tuam quidam ex canonice, vel etiam mini-

mus qualibet occasione assumpta, vel quia pen-  
sio Ecclesie debita, sicut solitum est, non redi-  
ditur, vel quia nonnumquam clericus aliquis,  
vel parochianus delinquit, sine tuo, & aliorum  
canonicorū assensu, interdicto supponit per quod  
ipsius Ecclesie servitum deperit, & in populo  
scandalum non modicum generatur. Super hoc  
sic duximus respondendum, &c. ut videlicet inter-  
dictum in aliqua Ecclesia per aliquem, vel super  
alios ex canonice, sine tuo, & aliorum tuo-  
rum fratum assensu positum nullatenus debeas  
obsermare; nisi talis excessus, & tam gravis ex-  
titerit, propter quod merito Ecclesia silere\* de-  
beat. Nec sustineas, ut prætextu occasionis hu-  
jusmodi ab aliis interdictum observetur, nisi tu-  
us, & aliorum consensus canonicorum accesserit,  
&c. *Cœlest. III. Gilberto Claromont. Episc.*

### C A P U T XV.

*De verb. si-  
sæp contingat diversa loca interdicto supponi;  
gnif. c. 17.  
apud Greg.  
IX. & in 3.  
coll. eod. tit.  
cap. 1.*  
Cum in partibus vestris, peccatis exigentibus,  
contingat diversa loca interdicto supponi;  
quando generale, vel particulare dici debeat in-  
terdictum, apud vos accepimus in dubium revo-  
care: cum illi, qui ab Ecclesia Romana decorari  
privilegio meruerint, videlicet: ut cum gene-  
rale interdictum terræ fuerit, liceat eis clausis  
januis, non pulsatis campanis, exclusis excommu-  
nicatis, & interdictis, suppressa voce, divina of-  
ficia celebrare, interdicto particulari se afferant  
non arstari; afferentes illud interdictum genera-  
le dumtaxat, quando regnum, vel saltem provin-  
cia tota subiicitur interdicto: propter quod, &  
justitia sapientia deperit, & prælatorum sententiæ  
contemnuntur: cum in aliis provinciis interdi-  
ctis divina celebrent, & suspensis organis alio-  
rum, ipsi pulsatis campanis, & apertis januis,  
quoslibet passim recipient ad divina. Ne autem  
diversa interpretatio discordiæ caussam inter vos  
ulterius, & odii somitem valeat administrare, vel  
quod interdictum dici debeat generale, amodo  
in dubium revocetur. Significatione vobis præ-  
sentium intimamus; quod cum in privilegium de  
regno, vel provincia nihil expresse dicatur, no-  
mine terræ non solum regnum, vel provinciam  
intelligi volumus, verū etiam villam, & castrum:  
ut & in his locis habeat, quod & de generali  
dicitur interdicto: videlicet, ut villa, vel ca-  
strum generali subiicitur interdicto, præscripta  
privilegii forma debeat observari. *Innocent. III.  
Conimbric. & aliis Episcopis Portugalliae.*

### C A P U T XVI.

*De consuetu-  
dine, c. 5. ap.  
Greg. IX. &  
in 3. coll.  
cap. 3.*  
Interdicta civitate Cenomanensi ab Episcopo  
Ecclesie canonicorum sancti P. a Rege fundata  
tenetur interdictum obsermare, eti: contraria  
fuerit consuetudo: quia ex ea disrumperetur ner-  
vus Ecclesiastice disciplinæ, &c. *Innoc. III. De-  
cano, & capitulo Camerin.*

### C A P U T XVII.

*De sentent.  
excomm. c.  
43. ap. Gr.  
IX. & in 3.  
coll. eod. tit.  
cap. 16.*  
Responso nostro postulas edoceri, cum Ferrari-  
enses cives excommunicationis, & interdicti  
sententiis sunt ligati, an liceat tibi viros & mu-  
lieres semel in hebdomada, vel in mense apud  
aliquam Ecclesiam convocare, quibus prædictes  
verbū Dei, & eosdem ad correctionem inducas,  
&c. Respondemus, quod sine scrupulo conscienc-  
tia

tiæ hoc facere poteris, cum videris expedire; dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Præterea quæsivisti, cum Ferrariensis civitas interdicto sit, & excommunicationi supposita, & ideo sint ibidem, præter baptismata parvolorum, & poenitentiam morientium, universa sacramenta Ecclesiastica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo tibi duximus respondendum, quod sicut baptizari pueri possunt, sic, & baptizati ad confirmationem in frontibus a te possunt sacro chrismate deliniri. *Innoc. III. Ferrarien. Episcopo.*

### C A P U T XVIII.

*De excess. prelat. c. 7. ap. Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. c. 3.* Quæsivisti, qualiter puniri debeant clerici, vel monachi, nec non & moniales Ecclesiarum conventionalium, qui post latam sententiam in locis suppositis interdicto, præsumperunt haetenus, & adhuc non verentur, divina officia celebrare, quamvis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breviter respondemus, quod clerici, qui talia præsumperunt, sunt Ecclesiasticis beneficiis expoliandi: monachi vero, vel moniales in arctioribus monasteriis ad peragendam sunt pœnitentiam recludendi. *Innocent. III. Decano & Priori Colonien.*

### C A P U T XIX.

*De privil. c. 20. ap. Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. cap. 5.* Petitis per sedem Apostolicam edoceri, utrum cum per hospitalarios, vel templarios civitas vestra generali supponitur interdicto, eisdem ipsum non servantibus, vos illud teneamini observare. Ad quod sic duximus respondendum: quod illorum excessus vobis non præbet licentiam exce-  
dendi: sed si prædicti hospitalarii, vel templarii, privilegiorum suorum fines excesserunt, violando temere interdictum, quod pro illis fuerat promulgatum; ne ipsi videantur de aliorum fletu ride, vos in pœnam prælumptionis illorum, quamdiu ipsi violaveriat interdictum, de nostra licentia celebretis. *Innoc. III. Episc. & Capitulo Trapolitano.*

### C A P U T XX.

Decrebit sancta synodus, ut nullus Episcopus, Abbas, presbyter, vel quælibet persona de clero accipiat de manu Regis, vel comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Episcopatus, vel Abbatia, vel ecclesia, vel aliquarum ecclesiasticarum rerum, &c. Si vero laici decretis canonis resistentes, ecclesiæ violenter tenere præsumperint, ipsi excommunicentur. In ecclesiis vero illis nullum divinum officium fiat, nullus ibi oret, lumen non ponatur, mortuus non sepeliatur. Tantum baptisi gratia ibi non negetur: infirmis remedio pœnitentia, & communionis subveniatur. *Pictav. c. 1.*

### C A P U T XXI.

Sub anathemate prohibemus, ne de cætero clericis gratia testandi abutentes, cum de rebus ecclesiæ nullum possint condere testamentum, fructus beneficiorum ecclesiasticorum spuriis suis, vel concubinis suis dimittant, &c. Qui autem testamentum tale manu tenere voluerint, & per quorum manus personis illis fructus præbenda fuerint ministrati, ipso facto sciant se excommunicatio-

nis vinculo innodatos, & quamdiu fructus hujusmodi contra hanc institutionem ipsis ministrati fuerint, Ecclesia ipsa sit sub interdicto posita. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Cardinali c. 5.*

### C A P U T XXII.

Quoniam in quibusdam locis Alemaniæ, fundatores Ecclesiarum, vel heredes iplorum, protestate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum Ecclesiasticarum, in quibus jus obtinent patronatus, sibi retinentes ex pacto, representant clericos ad easdem, huic vulneri cancroso, & simoniaco censuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo confiterit patronum hujusmodi flagitium perpetrale, anathemate feriatur, & ejus terra supponatur Ecclesiastico interdicto, donec Ecclesiam liberam cum suo jure dimitat. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Card. cap. 9.*

*Vide Lemovicen. act. 2. post med.*

### T I T U L U S XVII. DE CESSATIONE A DIVINIS.

#### C A P U T I.

*S*i canonici, absque manifesta, & rationabili causa, maxime in contemptum Episcopi ceſſaverint a divinis, Episcopus nihilominus, si voluerit, celebret in Ecclesia eadem\*, & Metropolitanus ad querelam ipsius, tamquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos per censuram Ecclesiasticam, cognita veritate, castiget, quod pœnae metu talia de cætero non præsumant. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 7.*

#### C A P U T II.

Sententiam cessationis a divinis a Decano Al-  
tisiodorensi contra Episcopum latam revocat. *In-  
noc. III. in ep. ad Episcopum Cantuarien. &  
Archidiac. Trec.*

#### C A P U T III.

Perlatum est ad nos, quod inter heredes, Ec-  
clesiæ in rebus propriis constitutæ dividantur, &  
tanta per eandem divisionem simultas oriatur,  
ut unius altaris quatuor partes fiant, & singulæ  
partes singulos habeant presbyteros. Unde nobis  
vixum est, quod hujuscemodi Ecclesiæ inter heredes  
dividi non debeant, & si in contentionem  
venérint, & simultates inter eos surrexerint, per  
quas sacerdos suo officio canonice fungi non  
possit, præcipiatur ab Episcopo civitatis, ut nullo  
modo ibi missarum solemnia celebrentur, do-  
nec illi ad concordiam redeant, &c. *Cabilon. sub  
Carolo c. 26. Burch. lib. 3. c. 42. Ivo part. 3. c.  
46. decret.*

#### C A P U T IV.

Quæcumque ecclesia a compluribus coheredi-  
bus sit obseissa, concordi unanimitate undique  
procuretur, ne propter alias disceptationes ser-  
vitium Dei minuatur, & cura populi irreligiose  
agatur. Si vero contingat pro ea complices  
dissidere, & sub uno presbytero nolle eam pro-  
curare, & propterea jurgia, & contentiones tam  
inter ipsos, quam inter clericos incipiunt frequen-  
tare, quia juxta Apostolum servos Dei non opor-  
tet

*De affr. jud. ordin. c. 13. Greg. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. coll. \* cathedra- li.*

*De appelle. 55. ap. Gr. IX. & in 3. coll. c. 13.*

*Ibid. c. 2. 1. ap. Gr. IX. & in 1. coll.*

\* mythe  
rium, i.

tet litigare, Episcopus tollat inde reliquias, & sub magna cura honorifice collocet eas, atque ejusdem ecclesiae claudat ostia, & sub sigillo consignet ea, ut sacram ministerium \* nullus celebret in ea, antequam concordi unanimitate unum omnes eligant presbyterum, &c. Triburicca. c.

32. Burchar. lib. 3. cap. 224. Ivo part. 3. cap. 283. decret.

Vide Callist. II. c. Eos qui. Eug. III. c. Sanctoriales, &c. Si quis. Alex. III. c. Regem. Innoc. III. c. Responsio. Pictavien. c. Decrevit; tituli præcedentis.

## LIBER DUODECIMUS.

## De depositione, privatione officii, &amp; beneficii.

## TITULUS I.

**DE NUMERO EPISCOPORUM, QUIDAMNATORUM DEPOSITIONI, AUT DEPOSITORUM RESTITUTIONI INTERESSE DEBENT.**

## CAPUT I.

Dicitur. c. 2.  
Regula.

**Q**uod scripsisti, non eum posse pauciore numero Episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est, nec hæc regula orthodoxorum sanctæ Ecclesiæ est Episcoporum, sed Arianorum, lociorum videlicet vertrorum, hec ad inventio ad perditionem orthodoxorum Episcoporum contexta est. Nam ut nobis a veraçibus est testibus relatum, quando Antiochiae pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata, fuiſtis congregati, odio prædicti Athanasii hanc regulam protulisti, quæ nullas habet vires, nec habere poterit. Quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit. Jul. epist. 2. c. 29. vide Antioch. c. 12. & de clericis depositis, qui non possunt restituiri, c. Si quis a suo. Anselm. lib. 2. c. 47.

## CAPUT II.

Felix III.  
8. c. ult.

Veteres synodi statuunt, ut si quis Episcopus accusetur, & non possint plures Episcopi convenire, ne in reatu diu maneat, a duodecim Episcopis audiatur (*extra synodum*, L.) presbytera sex Episcopis, & a suo Episcopo, diaconus a tribus. Carth. c. 12. G. Carth. II. c. 10. L. Tripolitanus presbyter a quinque Episcopis, diaconus a tribus, præsidente Episcopo proprio. Carth. c. 14. G. Corpus canon. Carth. cap. 12. & 14. Tribur. c. 10. Tull. post epist. synod. refert. Carth. c. 12. & Burch. lib. 1. cap. 149. Ivo part. 5. c. 262. decret. Anselm. lib. 3. c. 42. sine inscriptione. Capitul. lib. 6. c. 235.

## CAPUT III.

15. q. 7. c. 1.  
& ult.

Episcopus presbyterum injuste dejicit, & innocentem condemnavit. Nos ordini suo eum restituentes decrevimus, ut juxta prisorum patrum decretum synodali sententia nullus Episcopus sine concilii examine, deiicere quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat, &c. Episcopus enim sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enī dominus libertatem servo dedit, eam adiunere postea non potest, nisi publice apud prætorem accuset. Hispal. II. c. 6.

## CAPUT IV.

Placuit, ut nullus Episcoporum presbyterum, vel diaconum, vel Archimandritam in dispensio honoris condemnare præsumat, absque hujus veneranda sedis consultu. Si quis post hæc prohibita, temerarius usurpare temptaverit, non erit ambiguus de sui honoris periculo. Foro jul. c. 7.

## CAPUT V.

Statutum est in hac sancta, & universali synodo, ut nullus Episcopus deponatur, nisi a duodecim Episcopis, presbyter a sex, diaconus a tribus. Tribur. c. 10.

## TITULUS II.

**DE VESTIBUS, QUIBUS CLERICI NUDANTUR, CUM DEPONUNTUR, ET QUIBUS INDUUNTUR, CUM POST DEPOSITIONEM AD PRISTINUM DIGNITATIS GRADUM RESTITUUNTUR.**

## CAPUT I.

**D**e Macario Patriarcha Antiocheno hæretico Monothelita, qui cum a synodo depeneretur, nudatus fuit pallio. Vide syn. VI. gen. CP. act. VIII. post med.

## CAPUT II.

Episcopi depositi, cum restituebantur, accipiebant superhumeralia; presbyteri, & diaconi oraria. Syn. VIII. gen. sub Hadr. II. act. 2. post medium.

## CAPUT III.

Cum depositus restitutor a synodo, recipit Episcopus orarium, annulum, & baculum, presbyter orarium, & patenam, diaconus orarium, & albam, subdiaconus patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus recipiunt, quæ cum ordinarentur, perceperant. Toler. IV. c. 27. Burchard. lib. 2. cap. 192. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 5. panorm. & part. 3. c. 367. & part. 6. c. 237. decret. Anselm. lib. 8. c. 27.

## CAPUT IV.

Quando Episcopus presbyterum deposuerit, sic agat: Jubeat eum prius indu omnibus sacerdotalibus indumentis, deinde manu sua auferat manipulum, deinde casulam, deinde medianam stolam de collo reflecat, & inter scapulas sub latere dextero, & depositus est a presbyteratu, & diaconatu. Lemou. act. 2. post med.

## TITULUS III.

**PONTIFICIS MAX. EST DEPONERE EPISCOPOS.**  
Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XIV. quibus adde:  
CA.

## C A P U T I.

**Q**uod absentes Papa possit deponere: Quod absque synodali conventu possit Romanus Pontifex Episcopos deponere, & reconciliare. *Greg. VII. lib. 2. regis. in dictato.*

## T I T U L U S IV.

**PONTIFEX MAXIMUS POTEST RESTITUERE EPISCOPOS, QUOS SYNODUS DEPOSITUS.**

Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XI. quibus adde:

## C A P U T I.

**D**epositus judicio Episcoporum Provinciae si velit iterum se defendere (*Romæ, L.*) non alter in ejus sede substituatur, donec Romanus Episcopus definierit causam. *Sardicens. cap. 4. G. 5. L. vid. Nicen. c. 19. apud Jul.*

## C A P U T II.

*2. q. 6. c. 35.* Si quis Episcopus accusetur, & Episcopi ejus Provinciae moverint eum a gradu suo, & is appellans ad Rom. Ecclesiæ Episcopum configiat, & velit ab eo audiri, si justum putaverit renovari examen ejus causæ, scribat Episcopis vicinis, ut hi diligenter singula videant, & juxta fidem veritatis decernant; si vero is, qui renovari causam suam petit, impetrat a Romano Pontifice, ut presbyteros a latere suo mittat, in ejus voluntate erit, an mittere velit, qui cum Episcopis judicent, ex ejus auctoritate, qui eos misit: si vero sufficere credat ad causæ cognitionem Episcopos, fiat, quod sapientissimo ejus judicio videatur. *Sardic. c. 5. G. 7. L. vide Nicen. apud Zosimum. Carth. VI. c. 3. L. C. ante canones Carth. Greg. Nicen. cap. XIX. apud Julium. Ennod. pro Symmach. Ivo part. 5. c. 27. decret. Anselm. lib. 2. c. 57.*

## C A P U T III.

*2. q. 6. c. 35.* Si quis Episcoporum judicio Provinciali depositus fuerit, Romanum Papam, si placet, rursum appellat, & ipse, si videtur, reparat judicia in opitulatione damnati. *Ennod. pro Symmac. Sard. c. 5. Ivo part. 5. cap. 27. decret. Anselm. lib. 2. c. 57.*

## T I T U L U S V.

**CONTRA HÆRETICOS, ET QUI NOMEN CHRISTI NEGANT.**

## C A P U T I.

*Dif. 81. c. 5.* **Q**uicumque ex lapsis per ignorantiam ordinati sunt, aut etiam scientibus, qui ordinarunt, non præjudicant regulæ Ecclesiastice, nam cum primum compertum fuerit, deponentur. *Nicen. c. 10.*

## C A P U T II.

Clerici, qui Nestorii, aut Celesti opiniones sequuntur, sint depositi. *Ephes. c. 4.*

## C A P U T III.

De Nestorii depositione. *Synod. Ephesina in actis.*

## C A P U T IV.

De hæreticis Messalianis, & Enthusiastis, qui si resipiscere nolunt, deponuntur, & excommunicantur. *Vide concil. Ephes. in def. contra Euchetas, quam refert. VII. synod. act. 1. post princ.*

*Tom. VI.*

## C A P U T V.

De depositione Eutychis hæretici. *Vide syn. CP. sub Flaviano apud syn. Chalced. act. 1. ante med. quæ in eadem syn. confirmatur.* De depositione Diocori hæretici Eutychiani. *Vide syn. Chalc. act. 3.*

## C A P U T VI.

De Anthimo Eutychiano deposito a synodo CP. V. sub Menna, qui prius depositus fuerat ab Agapeto Pont. Max. *Vide eand. Syn. V. act. 4. in fin.*

## C A P U T VII.

De depositione Macarii Patriarchæ Antiocheni hæretici Monothelitæ. *Vide syn. VI. gen. CP. act. 8. post med. vide item act. 15. ejusdem syn. in fin. in qua deponitur Polychronius ejusdem hæresis sectator.*

## C A P U T VIII.

De depositione Petri Fullonis. *Vide Felic. III. in syn. in ep. 1. ad eundem Petrum, cuius initium est, Quoniam, C. in ep. ad Zenonem Imp. incip. Convenit.*

## C A P U T IX.

Episcopus, aut presbyter juxta Domini constitucionem non baptizans in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, sed in tribus sine principio, vel tribus Spiritibus sanctis, deponatur. *Apost. c. 49.*

## C A P U T X.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus nuptiis, carne, & vino non abstinentia, sed abominationis causa abstineat, &c. deponatur, & ab Ecclesia abiiciatur. *Apost. c. 51.*

## C A P U T XI.

Si Episcopus, presbyter, diaconus diebus festis non suscipit carnem, & vinum, abominationis, non abstinentia causa, deponatur, quasi cauteriam habens conscientiam, & causam scandali multis sit. *Apost. c. 53.*

## C A P U T XII.

Si clericus ob metum humanum, ut Judæi, Graci, vel hæretici, negaverit nomen Christi, abiiciatur: si vero nomen clerici, deponatur, post poenitentiam vero, ut laicus recipiatur. *Apost. cap. 62.*

## C A P U T XIII.

Inveniuntur clerici quidam hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa Catholicorum viscera assertione suis hæreticorum partes adjuvantes, in quibus deturbantur, si frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, segnior invenerit. Dignamini pro fide vestra etiam istam Ecclesiæ praestare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam urbis habitatione pellantur. *Leo epist. 73. ad Leonem Imperat. in fin.*

## C A P U T XIV.

Presbyteri, & diaconi, qui carnis, ut ma- *Dif. 30. c. lis, abstinent, neque olera abominationis causa ult. in fin.* cum carne cocta comedunt, cessent ab ordine suo. *Ancyr. c. 14. Mart. Brac. c. 59. Burch. lib. 13. c. 15. Ivo part. 4. c. 48. decret.*

## C A P U T XV.

Ab hæresi venientes non ordinantur, ordinati deponantur. *Elib. c. 51.*

B b b b

CA-

## 562 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T XVI.

**Dif. 51.c.5.** De Euphrata Colonensi Episcopo deposito in Concilio Agrippinensi, quia Christum Deum esse negabat. *Vide syn. Agripp.*

### C A P U T XVII.

**Dif. 51.c.5.** Qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum: „Qui in aliquo crimen detecti sunt, &c. Qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, &c.“ Si quis deinceps contra prædicta verita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit. *Tolet. IV. c. 18.*

### C A P U T XVIII.

Qui in hymno, ubi ter *sanc&tu*s dicitur, adderit *crucifixus pro nobis*, & anathematizatur, & ab antiquis hæreticus est declaratus. Nos eum, si clericus sit, nudari Ecclesiastica dignitate, si laicus, vel monachus, excommunicari jubemus. *Trull. c. 82.*

### C A P U T XIX.

Si clerici lapsi fuerint, licet postea pugnaverint, amittunt cleri officium, sed communionem retinent. *Petrus Archiepiscopus Alex. C' martyr. in serm. de pœnit. c. 10.*

### C A P U T XX.

Quod adversus clericos statutum est, canones indefinite ediderunt, unum in iis, qui lapsi sunt, supplicium decerni jubentes, a ministerio scilicet monitionem, sive sint in gradu, sive etiam in ministerio, quod non impositis manibus datur, perseverent. *Basil. ad Amphilioc. cap. 51. vide cap. 32.*

### T I T U L U S VI.

#### *DEPOSITIONES CONTRA FAUTORES HÆRETICORUM.*

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. XXII. & Lib. XVII. Tit. IX. quibus adde:

### C A P U T I.

**S**I Metropolitanus provinciæ deficit a sancto generali concilio, & adjunxit se apostatarum cœtui (*loquitur de Nestorianis*) vel in posterum se adjunxerit, aut cum Celestio sensit, aut in illius sententiam transierit, is contra Episcopos Provinciæ nullo modo aliquid agere, efficere poterit, cum jam dehinc ex omni Ecclesiastica communione concilium eum ejecerit, & ob id nullam potestatem, aut jus agendi quidquam habeat. Quia etiam ipsis provincialibus Episcopis, item finitimis, & undique vicinis Metropolitanis, qui recte sentientis Ecclesiæ partes sequuntur, obnoxius erit, ut etiam penitus ubique excidat a gradu Episcopali. *Ephes. c. 1.*

### C A P U T II.

Si aliqui provinciales Episcopi se cum apostatis conjunxerunt, vel postea quam confeuerunt in depositionem Nestorii, recurrerunt ad cœtum apostatarum, his proorsus ubique ex decreto sancti concilii sacerdotium abrogatur, de gradu quoque efficiuntur. *Ephes. c. 2.*

### C A P U T III.

Si qui ex clericis defecerint, & ausi fuerint, vel privatim, vel publice Nestorii, Celestiiive se qui opiniones, ut ii quoque depositi sint, sacrum

concilium æquum esse judicavit. *Ephes. cap. 4.*

### C A P U T IV.

Episcopi, sive presbyteri, qui talibus (hæreticis) fortiter non restiterint, officii sui privatione\* mulcentur, donec misericordiam Apostolicę \* suspensio-sedis obtineant. *Alex. III. in concil. Later. cap. ne ult. in fin.*

### C A P U T V.

Si quis Episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in loco ipsius alter substituatur idoneus, &c. *Ibid. Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 3.*

### C A P U T VI.

Habe cum his hæreticis, quos libenter amplecteris, portionem (*loquitur cum Acacio Episcopo CP.*) ex sententia præsenti, quam per tuæ tibi direximus Ecclesiæ defensorem, sacerdotali honore, & communione Catholica, nec non etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen, & manus ministerii sacerdotalis agnoscere, sancti Spiritus judicio, & Apostolica auctoritate damnatus. *Felix III. cum LXVII. Episcopis ad Acacium CP.*

### C A P U T VII.

Episcopus, aut presbyter, qui hæreticorum baptismum, aut sacrificium admittit, deponatur. *Quid enim Christo cum Belial? quid fidei cum infideli? Apost. c. 46.*

### C A P U T VIII.

Episcopus, aut presbyter vere baptizatum baptizans, vel ab impiis tinctum non baptizans deponatur, uti crucis, & mortis Domini irritor, & qui bonos a falsis sacerdotibus non discernit. *Apost. c. 47. Burch. lib. 4. c. 56. Ivo part. I. cap. 250. decret.*

### C A P U T IX.

Si quis falsas scripturas impiorum, ut sancta, in Ecclesia publicaverit in pestem populi, & clerici, deponatur. *Apost. c. 60.*

### C A P U T X.

Amittat Episcopatum, qui falso dixerit, Donatistas communicasse, cum sciat non communicasse. *Carth. c. 225. G. M. lev. c. 25. L.*

### C A P U T XI.

Quicumque in clero cibo carnium non utuntur, pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tantum prægustare cogantur. Quod si contemplerint, &c. necesse est hujusmodi excommunicatos ab officio omnino removeri. *Brac. c. 32. Mart. Brac. cap. 59. vide Ancyrr. c. 14.*

### T I T U L U S VII.

#### *CONTRA CLERICOS, QUI SERVANT CEREMONIAS JUDÆORUM, ET GENTILIUM, VEL EIS FAVENT.*

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. XI. quibus adde:

### C A P U T I.

**C**lericus deponatur, laicus excommunicetur, qui festa more gentili facit, &c. *Trull. c. 62. C' 65.*

CA-



## 564 Juris Pontificii Veteris Epitome

gos, aruspices, &c. consulens, ab honore dignitatis suæ depositus, monasterii censuram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, fœlhus admissum facile legi solvat. *Tolet.* IV. c. 28. *Rab.* cap. 23. de pœnit. *Burch.* lib. 10. cap. 48. *Ivo lib.* 3. tit. 15. cap. 3. *C lib.* 8. tit. 5. cap. 4. *panorm.* *C part.* II. cap. 5. 73. *decret.* *Anselm.* lib. 11. c. 122.

### T I T U L U S XI.

*DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI REBAPTIZANT, AUT REBAPTIZANTUR, ET QUI IN CONFERENDO BAPTISMO ECCLESIAE RITUM NEGLIGUNT.*

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. XXVI. & seq. & Lib. XVI. Tit. XV. quibus adde:

### C A P U T I.

<sup>1. q. 7. c. 10.</sup>  
Qui in quo-  
libet.

**D**e suo ordine, & communione videbitur ferre judicium, quilibet hoc violaverit institutum (*prohibentur hoc canone rebaptizanti, aut baptizari opud hereticos sacris initiari*) vel qui non removerit eum, quem ex ejus coetu ad ministerium clericale obrepisse cognoverit. *Fælix III. in syn. Rom.* c. 5. *Burch. lib.* 4. cap. 99. *Ivo part.* I. c. 293.

### C A P U T II.

*De conf. dist.* Episcopus, aut presbyter non peragens tres 4. c. Si quis, immersiones unius mysterii, sed unicatu in mortem Domini, deponatur, non enim dixit Dominus : *in mortem meam baptizate, sed : euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* *Apost.* cap. 50. *Burch. lib.* 4. c. 23. *Ivo lib.* 1. tit. 2. c. 51. *panorm.* *C part.* I. cap. 128. *decret.* *Cæsar.* lib. 12. c. 41.

*De conf. dist.* Deponatur clericus, qui sine licentia Episcopi intra domum in oratoria domo sacrificat, vel baptizat. *Trull. c. 31.* vide *Laod. c. 57.* *G. 58.* *L. Carth.* II. c. 9. *L.*

### C A P U T IV.

Intra privatas ædes baptismus non præstetur: qui contra fecerit, si clericus est, deponatur. *Trull. c. 59.*

### T I T U L U S XII.

*DEPOSITIONES CONTRA EOS, Q'N IN MISSÆ SACRIFICIO, AUT IN HORIS CANONICIS ECCLESIAE RITUM NON SERVANT.*

### C A P U T I.

*De conf. dist.* *4. cap. 14.* **N**ullus presbyter missas celebrare præsumat, nisi in sacratis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cætero voluerit esse sacerdotii. *Sil. vest. in syn. Rom. CCLXVIII. Episcoporum. Capitul.* lib. 6. c. 198. *Anselm.* lib. 7. c. 125. *Tarrac.* lib. 3. c. 85.

### C A P U T II.

Si Episcopus, vel presbyter obtulerit in sacrificio mel, lac, vel pro vino siceram, confessâ (siceram, & confessâ quædām, L.) aut aves, aut animalia, aut legumina, deponatur. *Apost.* cap. 3.

### C A P U T III.

Si presbyter inconsulto Episcopo agenda \* in

quolibet loco celebret, ipse honori suo contrarius existit. *Carth.* II. c. 9.

### C A P U T IV.

Si quis non jejunus missas celebret, dignitatem amittat honoris. *Matisc.* II. c. 6.

### C A P U T V.

Quisquis sacerdotum, vel subiacentium clericorum orationem Dominicam quotidie in publico, aut in privato officio præterierit, propter superbiam judicatus, ordinis sui honore privetur. *Tolet.* IV. c. 9. *in fin.*

### C A P U T VI.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, qui *alleluja* in quadragasma, vel Kalendis Januar. dixerit, ordinis officio carere cogatur, & communione ejusdem paſchæ privetur. *Toletan.* IV. cap. 10.

### C A P U T VII.

Presbyter, qui non jejunus, sed quocumque cibo præsumpto oblationem consecraverit in altari, continuo ab officio suo privatus, a proprio deponatur Episcopo. *Brac.* 2. c. 10.

### C A P U T VIII.

Deponatur clericus, qui aliud offert, quam est constitutum, ne uvas quidem. *Trull. c. 28.*

### C A P U T IX.

In domibus oratoriis intra ædes clerici neque ministrent \*, neque baptizent sine licentia Episcopi ejus loci: qui non servaverit, deponatur. *Trull. c. 31.*

### C A P U T X.

Si Episcopus, aut presbyter non juxta traditum ab Apostolis ordinem, vinum aqua mixtum obtulerit, deponatur. *Trull. c. 32.*

### C A P U T XI.

Quicumque sacerdotum, vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare divinum vestibus sacratis exuere præsumperit, aut qualibet alia lugubri ueste accinxerit, seu etiam si consueta lumina-riorum sacrorum obsequia de templo Domini subtraxerit, vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque, quod pejus est, occasionem nutrierit, unde de templis Domini aut officia consueta desint, aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defraudari; si eum antea vera pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, & loci sui dignitate se noverit, & honore privari: illis personis ab hac ultione separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subver- sionem sanctæ fideli metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferentes, seu etiam divinorum iudiciorum sententiam metuentes, talia fecisse contigerit. *Tolet.* XVIII. c. 71.

### C A P U T XII.

Plerique sacerdotum Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis studient celebrare hominibus non ob aliud, nisi ut is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrificandi libaminis interventu, mortis, ac perditionis incurrat periculum, &c. Ob id nostra elegit unanimitas, ut si quis sacerdotum deinceps statua

\* id est  
Missam.

*Vide de conf. dist. 2. Didi-  
cimus, c. 6.*

*De conf. dist.  
1. c. Cleri-  
cos, 33.  
\* sacrific-  
cent.*

*26. q. 5. c.  
13.*

*16. q. 5. c.  
13. Quicun-  
que.*

lia perpetrasse fuerit deprehensus, a proprii deponatur ordinis gradu, &c. *Tolet. XVII. c. 5.*

## C A P U T XIII.

Plerique presbyteri, neglectis basilicis Deo dicatis, in domibus, & hortis missarum celebratio[n]es facere præsumunt, &c. Si quis presbyterorum ab hinc, excepto quando in itinere pergitur, & locus basilicæ procul est, & id in altaribus ab Episcopo consecratis fieri necessitas compellit, Missarum celebrationes in hujuscemodi illicitis locis facere attemptaverit, dignum est, ut gradus sui periculum incurrat, &c. Presbyteri, qui, inconsultis Episcopis suis, altaria in talibus locis erigere præsumunt juxta censuram canonica[m] gradus sui periculum incurtere merentur. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. I. c. 47.*

## T I T U L U S XIII.

*DEPOSITIONES CONTRA SACERDOTES, QUI IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTI PÆNITENTIAE GRAVITER PECCANT.*

## C A P U T I.

*c. 12. de pænit. Greg. IX. c. 2. eod. sit. in 4. coll.* **Q**UI peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectū præsumperit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitiam in arctum monasterium detrudendum. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 21.*

## C A P U T II.

*9. q. 2. c. 2. de pænit. d. 6. c. ult.* Placuit, ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdotum ad pœnitentiam suscipere sine ejus consentu, cui se prius commisit, nisi per ignorantiam illius, cui pœnitens prius confessus est. Qui vero contra h[ec] statuta facere temptaverit, gradus sui ordinis periculo subjacebit. *Hibern. sub Leone III.*

## T I T U L U S XIV.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NON VENERANTUR RES SANCTAS.*

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. V. & Lib. XVII. Tit. IV. Part. I.

## T I T U L U S XV.

*DEPOSITIONES CONTRA SIMONIACOS.*

Vide in Part. II. Lib. XIV. Tit. VIII. & Lib. XVII. Tit. XX. quibus adde:

## C A P U T I.

*I. q. 1. c. 8. I. q. 3. c. Salvator, 8.* **S**I quis Episcopus per pecuniam ordinaverit Episcopum, Chorpiscopum, presbyterum, diaconum, clericum, vel constituerit oeconomicum, defensorem, paramonarium, vel alium ex canone, convictus de suo gradu periclitetur: ordinatus nihil consequatur: mediator clericus cadat a gradu suo; laicus, vel monachus anathematizetur. *Chalc. c. 2. refertur. Nicæn. II. c. 5. Brac. III. c. 7. Paris. sub Ludov. lib. I. cap. 11. Nannet. c. 7. Capitul. lib. I. cap. 19. Burch. lib. I. c. 112. Ivo lib. 3. tit. 9. c. 3. panorm. & part. 5. cap. 118. decret. Cæsar. lib. 4. cap. 21. Anselm. lib. 6. c. 81.*

## C A P U T II.

*\* pænit.* Qui donatione auri ordinaverunt, in Ecclesia ultimum gradum habeant sui ordinis; si perleverant, pœnis\* suis corrigantur: serveturque

canon Apostolorum, ut si quis ob pecunias fiat Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur, & is, & qui ordinoavit, &c. *Nicæn. II. c. 5. Capitul. lib. I. c. 19.*

## C A P U T III.

Episcopus, Præpositus, clericus vel ceslet a simonia in datione ordinum, vel susceptione monachorum, vel deponatur, &c. *Nicæn. II. c. 19.*

## C A P U T IV.

Quia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas cauſas ecclesiasticas sub anno pretio consti-tuuntur, &c. Id ulterius fieri, districius prohibitus. Quod si quis fecerit, removeatur a clero. *Alex. III. in concil. Turon. c. 7.*

## C A P U T V.

Monachi non pretio recipientur in monaſte-rio, &c. Si quis autem exactus pro sua receptio-ne aliquid dederit, ad sacros ordines non alcen-dat, is autem, qui acceperit, officii sui privatio-ne mulctetur, &c. Prioratus quoque, sive Obe-dientiæ pretii datione nulla tradantur, alioquin, & dantes, & accipientes a ministerio fiant ecclesiastico alieni. *Alex. III. in concil. Later. c. 10.*

## C A P U T VI.

In quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecunia quantitate Episcopalem Jurisdictionem exercent Sta-tuimus, ut qui de cætero id præsumperit, officio suo privetur, & Episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat. *Alex. III. in concil. Later. cap. 15.*

## C A P U T VII.

Pro licentia docendi nullus omnino pretium exigat, &c. Qui vero contra hoc venire præsumperit, a beneficio ecclesiastico fiat alienus. *Alex. III. in concil. Later. c. 18.*

## C A P U T VIII.

Cavere oportet unumquemque sacerdotum, ne præmis videatur consecrari ut non exemplo Simonis magi in condemnationem, & laqueum incidat diaboli: quia tam factus, quam etiam faciens honore adepto debite sunt condemnandi, sicut Chalcedon. aliorumque patrum habe-tur concilio. *Eugen. II. in syn. Rom. & Leo IV. cap. 2.*

## C A P U T IX.

Erga simoniacos nullā misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus, &c. ac deponendos esse Apostolica auctoritate sancimus, &c. Si quis hinc in posterum ab eo, quem simoni-acum esse non dubitat, se consecrari permiserit, & consecrator, & consecratus non disparem damnationis sententiam subeat; sed uterque depositus pœnitentiam agat, & privatus a propria dignitate persistat. *Nicæn. II. in syn. Rom. CXIII. Episcop. ante fin. Deusded. c. 2. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 9. panorm. & part. 5. c. 79. decret. Cæsar. lib. 4. cap. 14. & 15. Tarrac. lib. I. c. 52. & lib. 6. cap. 23.*

## C A P U T X.

Nullus Episcopus gravamen, seu servile ser-vitum ex usu contra ecclesiasticam normam

*Ne prelat. vice suas, c. 2. Gr. IX. & in 1. coll.*

*De flat. mo-nach. c. 2. Greg. IX. & in 1. coll.*

*vices suas, c. 1. Gr. IX. & in 1. coll.*

Ab-

# 566 Juris Pontificii Veteris Epitome

Abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium pretio interveniente restituat. Quod si fecerit, officii sui periculum subeat. *Gregor. VII. in synod. Rom. anni 6. cap. 10. Tarrac. lib. 5. c. 54.*

bus modis removemus. *Greg. VII. lib. 2. regift. epist. 67.*

## C A P U T XVIII.

Episcopum, qui per præmia ordinatus fuerit, statuimus removendum. *Aurel. V. c. 10.*

## C A P U T XIX.

Si accusetur simoniacus, suscepito honoris gradu privetur, &c. Munerum acceptores clerici honoris amissione mulctentur, &c. *Tolet. VIII. c. 3. Anselm. lib. 6. cap. 78. Ivo part. 5. cap. 83. decret.*

## C A P U T XX.

Cum quisque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus acceperit, sacramenti exactione astringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuslibet præmii collationem vel aliquando dedit, vel dare procuret in futurum. Sicque mundus consecrationem accipiat, aut publicato hoc scelere, manifeste depudatus coram Ecclesia, ad honorem, quem mercari voluit, non accedat. Quos autem post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuit, sub definitis poenitentiæ legibus, ut vere simoniacos ab Ecclesia separandos, &c. si digna eos satisfactio poenitentiæ commendaverit, peracto indictæ poenitentiæ tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus separati fuerant, restituendi sunt. *Tolet. XI. c. 9.*

## C A P U T XXI.

Quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotali gradu, aut munus quodcumque, aut promissiones munieris, antequam ordinetur, acceperit, vel postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumperit muneri, sive qui dederit, si veille, qui acceperit, juxta sententiam Chalcedon. concilii, gradus sui peculum sustinebit. *Brac. III. c. 7. vide Chalc. c. 2. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 2. panorm. Cæsar. lib. 4. c. 20. Tarrac. lib. 1. cap. 61.*

## C A P U T XIV.

*I. q. 1. c. 4. Eos, 21.* Si Episcopus, presbyter, diaconus per pecuniam fiat, deponatur, & qui eos fecit &c. *Apost. c. 29. G. 30. L. vide Chalc. c. 2. Nicen. II. cap. 5. Bituricen. act. 2. Tarrac. CP. in epist. ad Joann. presbyt. ante VII. synod. Capitul. lib. 1. cap. 19. Ivo part. 5. cap. 78. decret. C. lib. 3. tit. 9. cap. 1. panorm. Cæsar. lib. 4. c. 20. Tarrac. lib. 1. cap. 61.*

## C A P U T XIV.

*I. q. 1. c. 99.* Baptizandis, consignandisque fidelibus preter nulla presbyteri præfigant, &c. Nihil a prædictis exigere moliantur, &c. Quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subiuri sint proprii honoris. *Gelas. ep. 1. c. 7. Burch. lib. 4. c. 71. Ivo part. 1. cap. 72. C. 265. decret. Cæsar. lib. 4. c. 37.*

## C A P U T XV.

Euphemium, atque Thomam, qui pro defenda accusatione sacros ordines acceperunt, eisdem privatos ordinibus esse, atque ita sicut sunt depositi, volumus permanere. *Greg. lib. 4. reg. epist. 50. ad Joann. Corinth. Episc. Anselm. lib. 8. cap. 36.*

## C A P U T XVI.

Qui simoniace, videlicet per interventionem pecuniæ, sunt promoti, ut absque ulla spe prourationis deponatur, Apostolica censura statuimus. *Greg. VII. lib. 2. regift. ep. 62.*

## C A P U T XVII.

Illud fraternitati tuæ notum esse volumus contra simoniacam hæresim in synodo confirmasse, &c. ut neque ecclesiæ ullatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur. Quod si hoc modo ordinatus aliquis fuerit, eum a missæ celebratione, & Evangelii lectione omni-

ob pecuniam ordinati Episcopi, non ob vitæ qualitatem, deponantur, & qui eos ordinarunt. *Trull. c. 22.*

## C A P U T XXIII.

Qui communionem dans percipit pecuniam, vel speciem aliquam, deponatur, ut Simonis amator. *Trull. c. 23. Ivo part. 2. c. 92. decret.*

## C A P U T XXV.

Quicumque presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodo deponatur. *Turon. sub Nullus, Carolo cap. 15. Magunt. sub Rabano c. 12. Magunt. sub Arnulph. c. 5.*

## C A P U T XXVI.

Quicumque presbyter per pretium gradum, & Ecclesiam acquisiuerit deponatur. *Remen. cap. 21. Magunt. sub Raban. c. 12.*

## C A P U T XXVII.

Sacri canones simoniacam hæresim damnant, & eos

& eos sacerdotio privari præcipiunt, qui de largiendis ordinibus pretium querunt, &c. *Paris.*  
*sub Ludov. C. Loth. lib. I. c. 11.*

C A P U T XXVIII.

Nullus quocumque manere, aut favore corruptus, clericum alterius parochiæ latenter, ac furtive ad ordinationem subintroducere præsumat. Quod si fecerit juxta Chalcedon. decretum, is, qui ordinatus est, donum Spiritus sancti, quod furari conatus est, amittat, & qui mediator extitit, si clericus est, proprio gradu decidat, &c. *Nannet. c. 7.*

C A P U T XXIX.

*Dif. 24. c. 5.* Episcopus elatere suo dirigere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, &c. qui ordinandorum vitam, genus, &c. diligenter investigent. Ante omnia, si fidem Catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus afferere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illestant, a vero devient, ut indignum, & minus idoneum ad sacros ordines suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indigne accessit, ab altari removebitur, & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati Ecclesiastica dignitate carebunt. *Nannet. c. 11. Burch. lib. 2. c. 1. Ivo part. 6. c. 21. decret.*

C A P U T XXX.

Quidam, qui propter presbyterii gradum pecuniam dederant, & alii, qui duas uxores ante diaconatum habuerant, &c. dictum de his in concilio est, nulla illis misericordia potest tribui quin omnes deponantur. *Lemovicen. act. 2.*

C A P U T XXXI.

Quoniam in quibusdam locis Alemaniæ fundatores Ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate sua abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum Ecclesiasticarum, in quibus obtinent jus patronatus, sibi referentes ex parte, repræsentant clericos ad easdem, &c. Qui cæca cupiditate duici, taliter a patronis præsentationem receperint, officio, beneficioque priventur; nec ad beneficium vel actus Ecclesiasticos admittantur, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum. *Corc. habitum in Germania sub Conrad. Cardin. c. 9. C. 10.*

C A P U T XXXII.

Sit, & est abdicatus, & ab omni sacerdotali dignitate, & ministerio alienus, & anathematis maledictionis obnoxius, tam qui se sacerdotium pecuniis acquirere posse putat, quam qui se pecuniis id præbere pollicetur, sive sit clericus, sive laicus. *Gennad. Patriarcha CP. in synod. apud Tarasium in ep. ad Hadrian.*

C A P U T XXXIII.

Si quis presbyter inventus fuerit alicui clero vel laico munera dare, aut dedisse, ut Ecclesiam alterius presbyteri surripiat, deponatur, aut agat pœnitentiam. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 16.*

T I T U L U S XVI.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI NOVUM SYMBOLUM COMPONUNT.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. I.

T I T U L U S XVII.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI CONFERUNT ORDINES, AUT RECIPIUNT CONTRA LEGES ECCLESIAE.

C A P U T I.

*P*Aulianistæ conversi rebaptizentur, clerici eorum probabiles, rebaptizati a Catholicis E. quis, &c. 57. pisco, ordineatur, si in examine minus idonei reperiantur, deponantur. Idem de diaconissis, & cæteris ex clero. *Nicæn. c. 19.*

C A P U T II.

De Maximo Cyanico, & propter eum perturbatione, quæ Constantinopoli orta est, statutum est, ut neque Maximus fuisse, aut etiam putetur esse Episcopus, neque ii, qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet, quæ circa eum, vel ab eo gesta sunt, in irritum revocatis. *CP. c. 4. al. 6.*

C A P U T III.

Si præter hanc definitionem nostram (definitivit synodus, ne laicus subito ad Patriarchatus honorem consenseret) quisquis ad jam fatum supremum honorem proiectus extiterit, reprobaretur, & ab omni sacerdotali operatione prosrus abiiciatur, utpote qui extra canones sit promotus. *Syn. VIII. gen. sub Hadrian. II. c. 5.*

C A P U T IV.

Nullus in Episcopum, nisi canonice electum consecret. Quod si præsumptum fuerit, consecrans, & consecrator \* absque recuperationis spe deponatur. *Callist. II. in concil. Rom. c. 10.* \* consecratus, f.

C A P U T V.

Presbyterorum filios a sacri altaris ministeriis removendos decernimus, nisi aut in coenobii, aut in canonicis religiose fuerint conversati. *Syn. Rom. sub Innoc. II. c. 14. vel 15. Urban. II. in concil. apud Melfiam c. 14. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 10. panorm. C. part. 6. c. 410. decret. Caesar. lib. 8. c. 54.*

C A P U T VI.

Si Episcopus, sine voluntate propria Episcopi, extra fines suos ad alias urbes, & vicos ordinaret, & ordinans, & ordinati deponantur. *Apost. c. 35. G. 36. L.*

C A P U T VII.

Episcopus, presbyter, diaconus, qui iterum ordinatur, deponatur cum ordinatore, nisi constiterit, quod ab heretico ordinatus sit. *Apost. cap. 68.*

C A P U T VIII.

In dato nobis libello monstratum est Modestū quandam multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad Episcopatus apicem eum tendere, &c. Si vero constiterit talem, qualelibet libellus affirmat, non solum ab Episcopatus ambitione, sed etiam a clericatus removeatur officio. *Innoc. epist. 6. ad A. gapetum, C. alios.*

C A P U T IX.

Dilectionis vestrae maturitas providere debet, ut tantæ usurpationi saltem nunc finis ne- *Dif. 51. A- liquantes, sup. 1. cef.*

## 568 Juris Pontificii Veteris Epitome

cessarius imponatur, eo videlicet constituto, ut quicunque tales (*curiales, aut qui in forensi exercitatio versati sunt, aut milites*) ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. *Innoc. ep. 23. c. 2. ad synod. Tolet.*

### C A P U T X.

Post hanc si quis adversus formas canonum, vel ad Ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire temptaverit, una cum ordinatoribus suis, ipso, in quo inventi fuerint, ordine, & honore priventur. *Innoc. epist. 23. c. 3. ad synod. Tolet.*

### C A P U T XI.

*Dif. 26. Qui Ecclesiastici, c. 2. ep. 27. c. 1. & nuper a nobis interdictum constat, ne quis penitus contra patrum præcepta, qui Ecclesiasticis Ecclesiastici disciplinis imbutus per ordinem non fuisset, & temporis approbatione d'vinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret, & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum, &c. Sciet quisquis hoc, postposita patrum, & Apostolicæ sedis auctoritate, neglexerit a nobis distictius vindicandum, ut loci sui minime dubitet sibi non constare rationem, si hoc potat post tot prohibitiones, impune posse temptari. Contumeliaz enim studio fit, quidquid interdictum toties usurpatur. *Zosim. ep. 1. c. 1. Ivo part. 5. c. 102. decret. Anselm. lib. 6. c. 24.**

### C A P U T XII.

*Dif. 31. c. 3. Facilius est ut hanc dignitatem (Pontificiam) tali dando (fuerat data cuidam homini scelerato) ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus, cui convicto sociabitur, qui sibi eum creditit largiendo pontificium, sociandum, qualis enim ipse sit, quisquis talem ordinaverit, offendit. *Celest. epist. 2. cap. 3. vide lib. IV. tit. VIII.**

### C A P U T XIII.

Relatio nos vestræ dilectionis instruxit, & gestorum series plenius intimavit. Gaudentium Auñiensis Ecclesiae sacerdotem, contra statuta canonum, ac nostra præcepta ordinationes illicitas perpetrasse, quarum illi totam penitus auferri præcipimus potestatem, &c. ita ut hi, qui illicite ab eodem sunt provesti, ab Ecclesiasticis ministeriis sint remoti. *Simplic. ep. 3. Burch. lib. 1. c. 110. Ivo part. 5. c. 212. decret.*

### C A P U T XIV.

*Dif. 54. Generalis, c. 12. Si Episcopus servum invito domino ordinaverit, aut Abbas intra monasterium receperit, deponatur. *Gelas. ep. 1. c. 16. Ivo part. 6. c. 100. C. part. 16. c. 47. decret. Anselm. lib. 7. c. 196. in Rom. Cæsar. lib. 9. c. 18.**

### C A P U T XV.

De his, qui se ipsos absindunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt; dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi. *Gelas. epist. 1. cap. 19.*

### C A P U T XVI.

*Dif. 61. c. 16. Obitum. Ut laicum fieri Episcopum non permittat, ne*

si permiserit, periculum sui ordinis incurrat. *Greg. lib. 11. ep. 16. Barbaro Episc.*

### C A P U T XVII.

Diaconi, qui cum ordinarentur, tacuerint, neque contestati sint, se velle uxores ducere, si eas duxerint, cessent a diaconatu. *Ancyr. c. 10. Diaconi, Mart. Brac. c. 39. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 4. C. 14. ep. 8. panorm. C. part. 6. c. 376. decret.*

### C A P U T XVIII.

Chorepiscopi suo munere sint contenti, & Ecclesiis suis. Leñores, subdiaconos, & exorcistas ordinent; non presbyteros, & diaconos, sine Episcopi ejus arbitrio consensu. Si quis his contraveniat, deponatur ab honore, quem gerit. *Antioch. c. 10. Capitul. lib. 1. c. 9.*

### C A P U T XIX.

Episcopus, qui in aliena Ecclesia ordinat clericos, non vocatus a Metropolitano, & ab Episcopis illius provinciæ, depositus esse censetur. *Antioch. cap. 13. Mart. Brac. cap. 7. Burchard. lib. 1. cap. 108. Ivo part. 5. cap. 210. decret. Anselm. lib. 6. cap. 198. Capitul. lib. 1. c. 11.*

### C A P U T XX.

Si per ignorantiam Episcopi pœnitens ordinatus fuerit, deponatur a clero, quia se ordinatus tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talem, etiam ipse ab Episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur. Simili sententiæ subjacebit Episcopus, si sciens ordinaverit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam. *Carth. IV. c. 68. C. 69. Burchard. lib. 2. cap. 35. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 19. panorm. C. part. 6. cap. 136. C. part. 15. c. 5. decret. Anselm. lib. 7. c. 20. Cæsar. lib. 15. c. 32.*

### C A P U T XXI.

Si quis contra statuta majorum (*alienum*) ordinaverit, qui ordinatus fuerit, sacerdotii honore privabitur, qui ordinaverit, auctoritatem in ordinationibus, & conciliis non retinebit. *Taurin. cap. 2.*

### C A P U T XXII.

Energumeni non solum non assumendi sunt ad ullum ordinem clericatus, sed & illi, qui ordinati sunt, ab imposito officio sunt repellendi. *Arauf. cap. 16. Burch. lib. 2. c. 34. Ivo part. 6. cap. 135. decret.*

### C A P U T XXIII.

Episcopus in diœceses alienas ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, remotis iis, quos ordinaverat, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum anno a missarum celebrazione cessabit. *Aurel. III. c. 15.*

### C A P U T XXIV.

Duo si præsumpserint ordinare Episcopum in nostris provinciis, placuit de præsumptoribus, ut sicubi contigerit, duos Episcopos invitum Episcopum facere, auctoribus damnatis, unius eorum Ecclesiæ ipse, qui vim passus est, substituatur, si tamen vita respondeat; & alter in alterius dejetti loco nihilominus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, serventur. *Arauf. c. 7. in 1. coll.*

*c. 21.*

e. 21. Burch. lib. I. c. 30. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 13.  
panorm. C part. 5. c. 141. decret.

C A P U T XXV.

Qui contra decreta canonum deinceps ordinaverint, nullum ordinare jam audeant, & qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. *Ilerd. c. 12.*

C A P U T XXVI.

Qui invitus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non a communiione pellatur. *Aurel. III. c. 7.*

C A P U T XXVII.

Sicut antiqui canones decreverunt, nullus invitatis detur Episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum, ad consensum faciendum cives, aut clerici, quod dici nefas est, inclinetur. Quod si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violentiam, quam per decretum legitimius ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Aurel. V. c. 11.*

C A P U T XXVIII.

Nulli deinceps laicorum liceat ad Ecclesiasticos ordines, praeter canonum præfixa tempora, aut per sacra regalia, aut per confessiones cleri, vel plebis, vel per electionem, assensionemque Pontificum ad summum sacerdotium aspirare, vel provehi, sed cum per canonum conscripta tempora Ecclesiasticos per ordines, spirituali opere desudando, probatae vitæ adminiculo comitante, confunderit gradus, ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino, provehatur. Ita tamen ut duobus, aut tribus, quos consensus cleri, & plebis selegent, Metropolitani judicio, ejusque coepiscopis presentatis, quem fors, præente Episcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis adcumulet. Alter deinceps, quod absit, præsumptum, & ordinatores, & ordinatos proprii honoris depositio subsequatur. *Barcin. II. c. 3.*

C A P U T XXIX.

*Dif. 23. c. 13. C 14. Quorum-dam.* Agabrensis diaconi relatu deductum est de quibusdam iplius Ecclesiæ clericis, quorum dum unus ad presbyterium, duo ad levitarum ministerium sacrarentur, Episcopus eorum, oculorum dolore detenus, fertur manum suam super eos tantum poluile, & presbyter quidam illis contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedit, &c. Decrevimus, ut a gradu sacerdotalis, vel levitici ordinis, quem perverse adepti sunt, depositi, ex quo iudicio abiiciantur, tales enim merito judicati sunt removendi, quia prave inventi sunt constituti. *Hispal. II. c. 5. Burch. lib. I. c. 111. Ivo part. 5. c. 213. C part. 6. c. 102. decret.*

C A P U T XXX.

*Dif. 52. c. 5.* Qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum. Qui in aliquo crimen detegi sunt, qui infamæ nota aspersi sunt, qui scelerata aliqua per publicam poenitentiam se ad nescire confessi sunt, qui in heresim lapsi sunt, vel qui in heresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipios abscederunt, aut naturaliter defecit membrorum, vel defecione, aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ uxoris conjunctio nem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequen-

*Tom. VI.*

taverunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici sunt, qui seculari militiae dediti sunt, qui curiae nexibus obligati sunt, qui incisi litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus Ecclesiasticos non accesserunt\*, qui a mbitu honore querunt, qui munieribus honorem obtinere moluntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum assensus non exquisivit. Quicumque deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, & in his exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit & examinatus, probabilis vitæ, atque doctrinæ extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta cum omnium clericorum, vel civium voluntate, ab universis comprovincialibus Episcopis, aut certe a tribus in sacerdotem die Dominica consecrabitur: convenientibus cæteri, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia Metropolitani. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus elegerit: Metropolitanus autem in civitate Metropoli, & comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotij indignus alpirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit. *Tolet. IV. c. 18.*

C A P U T XXXI.

Presbyter triginta annorum, diaconus xxv. *Dif. 77. Subdiaconi xl. hypodiacaonus xv. ordinatur. His diaconus, annis minor, deponatur. Trull. c. 14. C 15.*

C A P U T XXXII.

Ordinatus, & ordinans sine litteris dimissoriis sui Episcopi in alia Ecclesia, deponantur. *Trull. c. 17.*

C A P U T XXXIII.

Si quis in locis illis se Episcopum eligat fieri, ubi Episcopus numquam fuit, anathema sit in conspectu Dei omnipotentis, & insuper tam ordinator, quam ordinatus gradum sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum patrum decreta, sed Apostolica ausus est convellere instituta. *Tolet. XIII. c. 4. Burch. lib. I. c. 33. Ivo part. 4. c. 144. decret.*

C A P U T XXXIV.

Judicatum est a synodo secundum sacros canones, sicut scriptum est, ut qui presbyteri sine examinatione per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem sunt proiecti, cum fuerint cogniti, deponantur, quia quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia. *Synod. apud D. Medardum in fin. vide Nicæn. c. 9.*

C A P U T XXXV.

Si quis homicidii aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscientis fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venient, deliciatur, &c. *Mars. Bracar. c. 26. Anselm. lib. 7. c. 198.*

*Cccc*

*CA-*

# 570 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T XXXVI.

Purgate Ecclesiam indignos ab ea expellentes : & deinceps quidem examine, & suscipite; in numerum autem ne referte priusquam ad nos retuleritis : vel scitote, quod erit laicus, qui siue nostra sententia in ministerium admissus est. *Basil. ad Chorepisc.*

## T I T U L U S XVIII. *CONTRA CLERICOS, QUI INJURIA AFFICIUNT REGEM.*

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. II.

## C A P U T I.

\* Regem.

**Q**UI injuria afficerit Imperatorem\*, aut Magistratum poenas lovit, & si clericus est deponatur; si laicus excommunicetur. *Apost. cap. 84.*

## T I T U L U S XIX. *DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS FURES, ET IN PRIMIS CONTRA EOS, QUI EPISCOPI, AUT ECCLESIARUM RES SURRIPIUNT, AUT ALIENANT.*

## C A P U T I.

22. q. 2. c.  
47. Non li-  
ceat.

**D**e suo ordine clerci periclitentur, qui post mortem Episcopi, ejus bona surripuerint, ut antiquis canonibus prohibetur. *Chalcedon. c. 22. Aquisgr. c. 88. Vorm. c. 75.*

## C A P U T II.

Episcopus ab Episcopatu, Praepositus a monasterio eiiciatur, qui vendunt prædicti Episcopatus, vel monasterii, præsertim potentibus, etiam inutilia. *Nicæn. II. c. 12. vid. Apost. c. 40. Ivo part. 5. c. 375. decr.*

## C A P U T III.

39. q. 3. c. 5.  
Quoniam.

Clerici, qui pia loca usurpat, & non restituunt in priorem formam, deponantur. Laici, vel monachi, excommunicentur. *Nicæn. II. c. 13. Anselm. lib. 7. c. 172.*

## C A P U T IV.

12. q. 2. c.  
13. Aposto-  
licos.

Quisquis apparuerit post hanc definitionem nostram contrarium quid huic sanctæ, & universalis synodo agere, deponatur, ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum; cassata videlicet omnino, quæ facta est in scriptis, vel sine scriptis ab Episcopo venditione, vel emphyteutica traditione, aut alia quavis alienatione cymeliorum, & salariorum\* locorum. *Syn. VIII. gen. CP. sub Hadrian. II. c. 15. Cæsar. lib. 7. c. 74. Anselm. lib. 6. c. 169.*

## C A P U T V.

Metropolitanus, qui aliis Episcopis commissas Ecclesiæ gravare, vel ambire non formidat, si post hanc definitionem nostram tale quid facere temptaverit, poenam subeat a Patriarcha iniuriae, ac avaritiae suæ, & deponatur, & sequestretur, ut sacrilegus, & ut idololatra factus juxta magnum Apostolum. *VIII. syn. gener. CP. sub Hadr. II. c. 19.*

## C A P U T VI.

De detin. c.  
17. Gr. IX.  
C. e. 2. sed.  
tit. in 2. coll.

Si quis alicui laico in seculo remanenti Ecclesiæ, decimamve concesserit, a statu tuo tamquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet, ruinae suæ subjaceat prostratus. *Alex. III. in concil. Turon. c. 3.*

## C A P U T VII.

Quicumque oblitus Dei, & decreti hujus im- 17. q. 4. c.  
memor, cuius Romanæ civitatis fæcrodotes vo- Quicumque, 1.  
lum religiosis nexibus devinciri, in constitu-  
tum præsens committens, quidquam de jure titu-  
lorum, vel Ecclesiæ superius præstatæ quolibet  
modo, præter aurum, argentum, vel gemmas,  
vestes quoque, si sunt, vel si accesserint, aliqua  
mobilia, ad ornamenta divina minime pertin-  
entia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat sub præfa-  
ta conditione domibus, alienare temptaverit,  
donator, alienator, ac venditor honoris sui amissio-  
nem multetur. *Synod. Rom. III. sub Symmac.  
cap. 6.*

## C A P U T VIII.

Non licet presbyteris urbis Romæ, titulo-  
rum suorum prædia, seu quidquid juris eorum  
fuerit, quolibet alienare commento: qui vero  
hoc agere temptaverit, ordinis sui amissione ple-  
ctatur. *Syn. Rom. III. sub Symmac. c. 6.*

## C A P U T IX.

Nullus Abbas, nullus Archipresbyter, nullus  
Præpositus Ecclesiæ audeat possessiones Ecclesiæ  
suæ vendere, com mutare, vel in feudum dare si-  
ne communis fratrum consensu, vel Episcopi pro-  
priæ civitatis, alioquin ordinis sui periculum pa-  
tiatur. *Syn. apud Guardastall. sub Paschal. II.  
cap. 4.*

## C A P U T X.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, in *Dif. 81. c.*  
furto deprehensus deponatur. *Apost. c. 25.* 12. Presby-  
ter.

## C A P U T XI.

De iis, qui scripturas sanctas tradidisse dicun-  
tur, vel vata dominica, vel nomina fratrum suo-  
rum, quicumque eorum ex actis publicis fuerit  
detectus, vel\* verbis nudis, ab ordine cleri amo-  
veatur. *Arel. I. c. 33.* \* al. non.

## C A P U T XII.

Rem Ecclesiæ nemo vendat: quod si aliqua 17. q. 4. c.  
necessitas cogit, hanc insinuandam esse Primi-  
Provinciæ iplius, ut cum statuto numero Epi-  
scoporum, utrum faciendum sit, arbitretur. Quod  
si tanta urget necessitas Ecclesiæ, ut non possit  
ante Primatem consulere, saltum post factum,  
curiositatem habeat, & vicinis Episcopis hoc ante  
judicare, & ad concilium referre eas suæ Eccle-  
siæ necessitates. Quod si non fecerit, reus concilio  
vendor (honore amissio) teneatur. *Carth. cap.  
26. G. Carth. V. c. 4. L. vid. Corp. canon. Ivo  
part. 3. c. 153. decr. Anselm. lib. 5. c. 45.*

## C A P U T XIII.

Episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque 12. q. 3. c. 1.  
clericci, qui nihil habentes ordinantur, & tempo-  
re Episcopatus, vel clericatus sui agros, vel quæ-  
cumque prædia nomine suo comparant, tanquam  
rerum dominicarum\* invasionis criminis teneantur  
obnoxii, nisi admoniti, ecclesia eadem ipsa  
contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid libe-  
ralitate alicujus, vel successione cognationis ob-  
venierit, faciant inde, quod eorum proposito con-  
gruit. Quod si a suo proposito retrosum exorbita-  
taverint, honore ecclesiastico indigni, tanquam  
reprobi, judicentur. *Carth. cap. 32. G. Carth. III.  
cap. 49. L. Magunt. sub Rab. cap. 8. Burchard.  
lib. 3.* \* divina-  
rum.



## C A P U T IV.

*c. 1. de cler. excommunic. Greg. IX. & iu. 1. coll. c. 28. G. 29. L. vide Antioch. c. 4.*

Si Episcopus, presbyter, diaconus juste depo-  
situs ob manifesta crimina ausus sit in suo mini-  
sterio permanere, absindatur ab ecclesia. *Apost.*

## C A P U T V.

*i. Tim. 5. \* clamet.*

Comperimus nonnullos in ipsis ordinibus con-  
stitutos, gravibus delinquentes facinoribus non  
repelli; cum, & Apostolus mandet\*, nemini ci-  
to manus imponendas, neque communicandum  
peccatis alienis, & majorem veneranda constituta  
pronuntient hujusmodi, etiam si forte surre-  
pserint, tam qui ante peccaverunt, detectos  
oportere repelliri, quam sacrae professio sis oblitos,  
prævaricatoresque sancti propositi, proculdubio  
submovendos. *Gelas. ep. 1. c. 20.*

## C A P U T VI.

Si quis presbyteros, qui de laicis promoti fue-  
rint, & antea criminalibus caussis obvoluti, ce-  
lantes peccatum suum ordinati sunt, postmodum  
vera, & manifestata est eorum iniqua actio, hoc  
sacerdotali habitu privatos penitentias submitte.  
*Zachar. ep. 5. ant. fin.*

## C A P U T VII.

Quicumque sub ordinatione vel diaconatus,  
vel presbyterii, vel Episcopatus mortali criminis  
dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinibus  
submovendos esse (*censuimus*) reos scilicet, vel  
veri confessione, vel mendacio falsitatis, &c.  
Decretum est submovendos protinus esse ab eo  
gradu, quem ab omni scando liberum esse de-  
cet. *Valent. Gallie c. 4. & in ep. ejusdem con-  
ciliis ad clerum Foro juliensem. Toletan. X. in  
causa Potamii Episcopi paulo ante fin.*

## C A P U T VIII.

*Diplo. 50. c. 7.*

Si Episcopus, presbyter, diaconus, capitale cri-  
men commiserit, aut chartam falsaverit, aut te-  
stimonium falsum dixerit, ab officii honore de-  
positus in monasterium retrudatur, & ibi quan-  
diu vixerit, laicam tantummodo communio-  
nem accipiat. *Agath. c. 50.*

## C A P U T IX.

Si diaconus, aut presbyter crimen capitale  
commiserit, ab officii honore depositus in mona-  
sterium retrudatur, ibi tantummodo, quan-  
diu vixerit, communionem sumendo. *Epaun. c. 22.*

## C A P U T X.

*7. q. 1. in princ.*

Nullus vivente Episcopo aliis ordinetur Epi-  
scopus, nisi in ejus locum, quem capitalis culpa  
dejecerit. *Aurel. V. c. 12. Burch. lib. 1. c. 186.  
Ivo part. 5. c. 302. decret.*

## C A P U T XI.

*Diplo. 51. c. 5.*

Qui non promoteantur ad sacerdotium ex re-  
gulis canonum, &c. Qui in aliquo crimen dete-  
cti sunt. Qui infamia nota aspersi sunt: qui sce-  
lera aliqua per publicam prænitentiam se admi-  
fisse confessi sunt, &c. Si quis deinceps contra  
prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotii  
indignus aspirare contenderit, cum ordinatori-  
bus suis adepti honoris periculo subjacebit. *Tolet.  
IV. cap. 81.*

## C A P U T XII.

Qui peccatum ad mortem peccant clerci, a  
gradu quidem deponuntur, a laicorum autem

communione non arcentur. *Basil. ad Amphil.  
cap. 32.*

## T I T U L U S XXV.

*CONTRA CLERICOS, QUI EPISCOPIS,  
AUT ALIIS GRAVES INJURIAS  
INFERUNT.*

## C A P U T I.

*C*onjuraciones, & collegia ab externis legi-  
bus prohibentur, multo magis in ecclesia.  
Si clerici, vel monachi id fecerint, & contra E-  
piscopos, vel clericos conspiraverint, a gradu suo  
cadant. *Chalced. c. 18. Trull. c. 34. Vorm. c. 74.  
Trullen. post ep. syn. Raban. cap. 19. de pœnit.  
Burch. lib. 10. c. 68. Ivo part. 12. c. 87. decret.  
Anselm. lib. 8. c. 16.*

## C A P U T II.

Tarasius ait, si intulerit qualiscumque etiam  
Episcopus verbera, aut plagas viris Deum ti-  
mentibus, &c. indignus est Episcopatu. Sancta  
synodus ait, indignus est. *VII. syn. gen. Nicæn.  
II. att. 3. in princ.*

## C A P U T III.

Universa synodus dicit: Episcopalem perse-  
cutionem, & ecclesiarum abscessionem, vel vasta-  
tionem, atque servorum Dei infectationem, ful-  
ti prædicta auctoritate, & omnium sanctorum  
patrum prohibitione, vestraque consolatione ve-  
raciter amputantes, &c. sanctimus, ne unquam  
talia a quoquam nostris, aut futuris temporibus  
præsumantur, &c. Si quis hæc, quæ hodie in hac  
sancta synodo prohibita sunt, infringere præsum-  
perit, aut voluntarie transgredi temptaverit, si  
clericus est grada proprio penitus careat. *Synod.  
Rom. V. sub Symm. in fin.*

## C A P U T IV.

Statuimus, ut nullus futuris temporibus Epi-  
scopis vim inferre, vel eos temere lacerare præ-  
sumat, quatenus cum ad synodum convenierint,  
libere eis tractare, & statuere liceat, & quæ san-  
ctorum patrum canonica censura decrevit. Nul-  
lusque eos lacerare, &c. absque status sui pericu-  
lo pertemptet. *Ravenn. sub Joann. IX. c. 2.*

## C A P U T V.

Si clericus injurya afficerit Episcopum depo-  
natur: *Præfecto enim populi tui non maledices.*  
*Apost. c. 55.*

## C A P U T VI.

Statuimus, ut si aliquis clericorum suis Epi-  
scopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque crimi-  
nari voluerit, ut mox ante examinatum judici-  
um submotus a clero curia tradatur, cui diebus  
vitæ lux deserviat, & infamis absque ulla resti-  
tutionis spe permaneat. *Fabian. ep. 2. Greg. VII.  
lib. 7. regist. ep. 2. Deusded. part. 4. Anselm.  
lib. 7. c. 159. Tarrac. lib. 2. c. 23.*

## C A P U T VII.

Clericus, qui Episcopum suum accusaverit,  
aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus,  
quia infamis est, & a gradu debet recedere, aut  
curia tradi servitur. *Steph. epist. 2. in med.  
Greg. VII. lib. 7. regist. ep. 2. in med. Deusded.  
part. 4.*

## C A P U T VIII.

Patres sancti synodum congregaverunt gene-  
ra-

ralem in Nicæa, &c. leges posuerunt, quas sacros canones appellamus, quibus multa perniciosa ad statum ecclesiæ sanctæ Dei, & supplementum columnarum ejus, id est Episcoporum, qui eum propriis humeris gestant, sunt decreta, & nouamenta eorum prohibita, ita ut qui talia agere temptaverint, aut eis nocere præsumperint, si quidem clerici fuerint, a proprio gradu decidant.

*Jul. ep. 1. ad Episcopos Orientis ante med.*

#### C A P U T IX.

Arsacium, quem pro magno Joanne (*loquitur de Joanne Chrysostomo ab inimicis in exilium pulso*) in thronum Episcopalem produxit, et iam post obitum exauktoratus, una cum omnibus, qui consulto cum eo excommunicaverunt, Episcopis, cuius etiam nomen sacro Episcoporum albo non inscribatur, indignus enim eo ordine est, ut qui Episcopatum quasi adulterio polluerit, &c. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, &c. *Innoc. epist. ad Arcad. Imperat. apud Nicephor. lib. 13. cap. 34.*

#### C A P U T X.

Si quis clericus in demolendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditis, a clericatus ordine submoveri, & poenitentia triennio deputari. *Tolet. IV. c. 45. Burch. lib. 11. cap. 63. Ivo part. 13. c. 44. decret.*

#### T I T U L U S XXVI.

**DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS HOMICIDAS, ET QUI MEMBRUM ABSINDUNT, AUT PLAGAS IMPONUNT.**

#### C A P U T I.

*Difl. 45. c. 4. Si quis.* **S**i clericus se castraverit, deponatur uti sui homicida. *Apost. cap. 22. G. 23. L. Nicæn. cap. 1. ubi est, cesser. Mart. Brac. cap. 21. Tarrac. lib. 3. c. 37.*

#### C A P U T II.

*Difl. 47. c. 7. Episcopum.* Episcopus, presbyter, diaconus fideles peccantes, aut infideles, etiam delinquentes verberans, ut ab eis timeatur, deponatur. *Apost. cap. 27. G. 28. L. Anselm. lib. 6. c. 159.*

#### C A P U T III.

Si clericus in pugna quem percussit, isque ex uno iecu moriatur, propter temeritatem deponatur. *Apost. c. 66.*

#### C A P U T IV.

De iis, qui se ipsos absindunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt: dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi. *Gelas. ep. 1. c. 19.*

#### C A P U T V.

*ut eris.* Qui male conceptos ex adulterio fecerint, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrem potionibus aliquibus colliserint, &c. Si clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat, attamen in choro psallenti a tempore receptæ communionis intersint. *Ilord. cap. 2. Anselm. lib. 11. c. 51. Ivo part. 10. c. 182.*

#### C A P U T VI.

*Difl. 51. c. 5.* Qui non moveantur ad sacerdotium ex re-

gulis canonum. [Qui in aliquo criminis detestantur, &c. qui semetiplos abscederunt, aut naturaliter defectu membrorum, vel defectione aliquid minus habere nosecuntur, &c. Si quis deinceps contra predicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indigens aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjebit. *Tolet. IV. c. 18.*

#### C A P U T VII.

Si quis Episcoporum magnatis ejusquam uxorem, filiam, neptiem, vel propinquam adulterina pollutione foedaverit, honoris proprii gradum amittat, &c. Hanc sane, & illi sententiam merebuntur, qui volentes homicidium fecerint. *Tolet. XI. c. 5.*

#### C A P U T VIII.

Si quis clericus, quamvis nimium coactus, *Logitur de* homicidium fecerit, sive sit presbyter, sive diaconus, deponatur. Legimus in canonicis Apostolorum, quod Episcopus, presbyter, & diaconus, qui fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur quanto magis; is, qui hoc inmane scelus fecerit, ab ordine cessare debet? *Tribur. c. 11. vid. Apost. c. 25.*

#### C A P U T IX.

Si quis sanus, non per disciplinam religionis, & abstinentiam, sed per abscessionem plenaria Si quis pro Deo corporis, existimans posse a se carnales concupiscentias inputari, castraverit se, non enim admitti decernimus ad aliquid clericatus officium. Quod si jam ante fuerit promotus ad clericum, prohibitus a suo ministerio deponatur. *Mart. Brac. c. 21. vide Nicæn. c. 1.*

#### C A P U T X.

Qui se latronibus adversos obiciant, si sint clerici, a gradu deponantur. *Bijl. ad Amphib. cap. 55.*

#### T I T U L U S XXVII.

**DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS GULÆ, ET EBRIETATI DITOS.**

#### C A P U T I.

**E**piscopus, presbyter, diaconus aleæ, & ebrietati deditus, cesser, vel deponatur. *Apost. c. 42. Raban. c. 28. de penit. Burch. lib. 14. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 15. cap. 4. panorm. C part. 13. cap. 73. decret. Cæsar. lib. 8. c. 50. C 100.*

#### C A P U T II.

Per semetipsum Veritas generaliter in evangelio protestatur, dicens: *Cavete a crapula, ebrietate, & curis hujus seculi.* Unde & in ecclæstico canone sententialiter constat decisum, aut cessare ab hujuscemodi vitii ingurgitatione, aut certe perseverantes honoris jactura periculi debere. *Forojul. c. 3.*

#### C A P U T III.

Quicumque ebrietati deseruit, aut desinat, aut deponatur. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 1. cap. 6.*

#### C A P U T IV.

De collectis, vel confratribus, quas consortia vocant, sicut verbis monachus, & nunc scriptis expressi: pre ipius, ut tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem, & utilitatem, atque ad la-

salutem animarum pertinet, &c. Pastos autem, & comediones, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, indebitae exactiones, & turpes, ac inanes latitiae, &c. accidere solent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decreta agere presumperit, si presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur. *Nannet. c. 15.*

## TITULUS XXVIII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS,  
QUI VESTIBUS PROHIBITIS, VEL  
ARMIS UTUNTUR.

## CAPUT I.

<sup>21. q. 4. c.  
ult.</sup> **P**ræcipimus, quod tam Episcopi, quam clerici, in statu mentis, in habitu corporis Deo, & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate fissura\*, aut colore vestium, nec in tonsura, intuentum, quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum, sed potius, quod eorum deceat sanctitatem. Quod si moniti ab Episcopis emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficiis. *Syn. Rom. sub Innoc. II. c. 3. post Ivo panorm.*

## CAPUT II.

<sup>21. q. 4. c.  
ult.</sup> **P**ræcipimus, ut tam Episcopi, quam clerici neque superfluitate, seu inhonestâ varietate colorum, aut fissura vestium, neque in tonsura, intuentum, quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum, sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem ianocentiae, conversatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericalis. Quod si moniti ab Episcopis suis infra quadraginta dies non obtemperaverint, ecclesiasticis beneficiis eorumdem Pontificum auctoritate priventur. *Eugen. III. in syn. Remens. c. 2.*

## CAPUT III.

<sup>23. q. 8. c. 5.  
\* factiose.</sup> **C**lerici, qui in quacumque seditione\* armis volentes sumperint, amissio ordinis sui gradu, in monasterium contradantur penitentiae. *Tolet. IV. cap. 44. Anselm. lib. 7. c. 187. Tarrac. lib. 6. c. 3.*

## TITULUS XXIX.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS,  
QUI NON SERVANT GRAVITATEM, ET MODESTIAM.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXIV. quibus adde:

## CAPUT I.

**N**ullus clericus, subdiaconus, diaconus, vel presbyter in plateis resideat, & fabulis diversis commisceatur. Quod si quis facere presumperit, repellatur omnino ab officio. *Narbon. cap. 3.*

## TITULUS XXX.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS,  
QUI NEGOTIIS SECULARIBUS  
DANT OPERAM.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXXIX. & Lib. IV. Tit. LXXXIII. quibus adde:

## CAPUT I.

**C**lerici, qui sine licentia vagantur, deponantur. Item si cum licentia clerici honorati res recenserunt, sed curis secularibus implicantur. *Nicen. II. c. 10.*

## CAPUT II.

**P**rava consuetudo, prout accepimus, & destabilis inolevit, quoniam monachi, & regulares canonici post suscepsum habitum, & professionem factam, spreta beatorum magistrorum Augustini, & Benedicti regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiscunt, &c. Ne hoc ulterius presumatur Apostolica auctoritate interdicimus. Episcopi autem, Abbates, & Priors tantæ enoritati consentientes, & non corrigentes, propriis honoribus spolientur\*, & ab ecclesiæ liminibus arceantur. *Syn. Rom. sub Innoc. II. c. 6. post Ivo panorm.*

## CAPUT III.

Clerici, qui relicto clero, se ad sæcularem militiam, & ad laicos contulerint, non injuste ab ecclesia, quam reliquerunt, amoveantur. *Andegav. c. 8.*

## CAPUT IV.

Clericus, qui examinationi reorum, aut infestationi interfuerit, defraudatus honesti honoris stola gregibus examinatorum societur. *Mariac. II. c. 19.*

## CAPUT V.

Si quis sacerdotum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum. *Tolet. IV. c. 30. Burch. lib. 2. c. 149. Ivo part. 6. c. 222. decret.*

## CAPUT VI.

A quibus Domini sacramenta tractanda sunt, judicium sanguinis agitare non licet, &c. Quod His, si quisquam id fecerit, ordinis honore privetur, & loco; & sub perpetuo damnationis teneatur religatus erga stolo, &c. *Tolet. XI. cap. 6. Raban. c. 30. de pœnit. Burch. lib. 1. c. 201. Ivo part. 5. c. 315. decret. Cæsar. lib. 5. c. 62. Tarrac. lib. 4. c. 69.*

## CAPUT VII.

Clericus, qui tabernæ officinam habet, aut ccesset, aut deponatur. *Trull. c. 9. Nulli.*

## TITULUS XXXI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS,  
QUI APUD SE FEMINAS HABITARE  
PERMITTUNT, PRÆTER MATREM,  
ET PROPINQUAS, AUT QUI CUM  
ILLIS SERMONES FAMILIARES CONFERUNT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. XXXVIII. & Lib. VI. Tit. XXX. & XXXI.

## CAPUT I.

**M**onasteria sanctimonialium si quisquam si-  
ne manifesta, & necessaria caulla frequen-  
tare presumperit, per Episcopum arceatur, &  
si non desiterit, a beneficio ecclesiastico redda-  
tur immunis. *Alex. III. in concil. Later. c. 11.*

## CAPUT II.

Clericus, presbyter, diaconus, Archidiaconus, *Dif. 81. c.* qui eum femina secreta colloquia miscet, depo-  
natur, ea vero a liminibus arceatur ecclesiæ. *c. 8. Gr. IX.*  
*Clem. ep. 2. ante med. Ivo part. 6. c. 89. decret.*  
*Anselm. lib. 7. c. 139.*

## CAPUT III.

Clericus loci sui dignitate privetur, qui famili-

iliarius cum propinqua ejus curæ commissa conversatur. *Tarrac.* c. 1.

C A P U T IV.

Qui habet familiaritatem extranearum, si post primam, & secundam commotionem non se emendaverit, officii sui dignitate privetur, si se corixerit, sancto ministerio restauretur. *Herd.* c. 15.

C A P U T V.

Nullus clericus a gradu subdiaconatus, & supra in confortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam. Post datam hanc admonitionem, quisquis earum confortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium catholicorum, clericorum, vel laicorum communione privari, nulla prorsus vel colloquii consolatione relista. *Tolet.* II. c. 3.

C A P U T VI.

Nullus clericorum, non Episcopus, non presbyter, non diaconus, non subdiaconus extraneam mulierem in domo sua habere presumat, &c. Si quis Episcopus ad distingendum eos, qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, sententiam predecessorum canonum se incurtere omnino cognoscat, sic tamen, ut tam Metropolitanus suis comprovincialibus, quam comprovinciales Metropolitano suo, si resistere, aut contemnere Episcopum clerici sui presumperint, dent omnino solarium, &c. Quicunque pro causa Dei, fratri suo solarium commonitus dare distulerit, usque ad synodum removeatur. *Turon.* II. c. 10. ¶ 12.

C A P U T VII.

Nemo clericus suspectam domi habeat mulierem, vel ancillas, inculpatum se ipsum præbens; si fecerit, deponatur. Idem ab eunuchis servetur. Contravenientes clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull.* c. 5.

T I T U L U S XXXII.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS SACRIS INITIATOS, Q'II AB UXORIBUS NON ABSTINENT.*

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XXIX. quibus adde:

C A P U T I.

*Dif. 81. c. 6.* **M**aximilianus filius noster non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse, &c. Si convicti fuerint, a sacerdotali removeantur officio. *Innoc.* ep. 5. *Ivo part.* 6. cap. 96. *decret.* *Anselm.* lib. 8. c. 15.

C A P U T II.

Si quis post acceptam benedictionem levitatem cum uxore sua incontinens inveniatur, ad officio abiciatur. *Araus.* c. 23.

C A P U T III.

Episcopi, presbyteri, vel honoratores clerici, si conjugibus suis post ordines copulentur, omni in perpetuum, quam admissi jam criminis perdidere, dignitate privabuntur. *Matisc.* c. 11.

T I T U L U S XXXIII.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CUM SACRIS SINT INITIATI, UXORES DUCUNT.*

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XXVIII. & Lib. VII. Tit. XVI.

T I T U L U S XXXIV.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS ADULTEROS, VEL FORNICANTES.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. XLI. & Lib. VI. Tit. XXXIII. quibus adde:

C A P U T I.

**N**ullus sacerdos, aut diaconus, vel subdiaconus, sed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adjunga. Quod si fecerit quis, a canonica omnino arceatur. *Urban.* II. in concil. *Claromont.* c. 9.

C A P U T II.

Habuisse te concubinam manifesta veritate *Dif. 33. c. 7.* comperimus; de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio: sed quia in rebus ambiguis absoluto non debet esse judicium, hoc tue conscientiae eligimus committendum. Quia de te si in sacro ordine constitutus ejus te permisso esse recolis maculatum, sacerdotii honore deposito, ad ministrandum nullo modo presumas accedere; sciturus in animæ tue periculo te ministrare, & Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si hujus sceleris conficius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris. *Greg.* lib. 2. regis. ep. 44. *Andree Tarentino Episcopo.* *Burch.* lib. 1. cap. 195. *Ivo part.* 5. cap. 310. *Tarrac.* lib. 6. cap. 242.

C A P U T III.

Pervenit ad nos quoddam de sacris ordinibus *Dif. 50. c. 9.* lapsos, vel post poenitentiam, vel ante ad officium suum revocari: quod omnino prohibitus, & in hac re sacratissimi quoque canonis contradicunt. Qui igitur post acceptum sacram ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ultra non accedat. *Gr.* lib. 3. regis. ep. 26. id Januar. *Episc.* *Caralit.* *Anselm.* lib. 8. cap. 20. *Ivo part.* 6. e. 78. *decret.*

C A P U T IV.

De Paulo Episcopo de corporali crimine accusato, & deposito. *Greg.* lib. 10. regis. ep. 35. *ad Joannem Episcopum prime Justinianæ.*

C A P U T V.

Subdiaconi, qui ante ordinem fuerint moechati, amoveantur. *Eliber.* cap. 30. *Ægida censoria,* que jam non est in usu.

C A P U T VI.

Qui altario Dei serviant, si subito in flenda carnis fragilitate corrumpant, & digne poenitentiant, maneat in potestate Pontificis, veraciter afflitos non dia suspendere, &c. Quod si iterato velut canes ad voluntum reversi fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipient. *Herd.* cap. 5. *Rabin.* cap. 1. de pœnit. *Burch.* lib. 19. cap. 74. *Ivo part.* 15. cap. 87. *decret.*

C A P U T VII.

Si quis clericus adulterasse aut confessus fuerit, vel convictus, depositus ab officio, communione concessa, in monasterio, toto vita suæ tempore, trudatur. *Aurel.* III. cap. 7. *Ivo lib.* 3. tit. 11. cap. 11. *panorm.* ¶ part. 8. cap. 285. *decret.*

CA-

## C A P U T VIII.

Placuit sanctæ, & venerabili synodo, ut presbyteri, qui ex hæresi Ariana ad sanctam catholicam ecclesiam conversi sunt, qui sanctam, & puram fidem, atque castissimam tenuerint vitam, accepta deuuo benedictione presbyteratus sancte, & pure ministrare debeant. Cæteri vero, qui hanc suprascriptam viram adimplere, vel tenere neglexerint, ab officio depositi sint in clero. Ita & de diaconibus, sicut & de presbyteris constitutum est. *Cæsar aug. II. cap. 1.*

## C A P U T IX.

Si quis presbyter, aut diaconus castitatem violaverit, tali sorte coeretur, ut gradu dejectus Deo amplius non ministret. *Toler. sub Recaredo Rege, cap. 1.*

## C A P U T X.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum muliere in balneo lavatur. *Trull. cap. 78. vide Laodic. cap. 30.*

## C A P U T XI.

Eos, qui ad animarum lapsus meretrices cogunt, & alunt, si sint quidem clerici, deponi, si vero laici, segregari debent. *Trull. cap. 87.*

## C A P U T XII.

Si quis clericorum deinceps fuerit deprehensus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publice concubinam; nisi post admonitionem canoniam illam a se prorsus expulerit, ex tunc tam beneficio, quam & officio spoliatur, &c. Qui vero remotas resumere prælumperint, decrevimus eos beneficiis esse, privatos. De clericis ruralibus concubinariis expressus rigor superius observetur. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Card. cap. 2. G. 3.*

## C A P U T XIII.

Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessaverit, ad legendum recipietur, manens non ulteriorius promovendus. Quod si absque desponsatione furtim coierit, cessabit a ministerio, &c. *Basil. ad Amphilioc. cap. 68.*

## T I T U L U S XXXV.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI FEMINAS RAPIUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. IV. Part. VI.

## T I T U L U S XXXVI.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CONSECRATAS VIRGINES VIO-LANT, AUT EIS VALDE FAMILIA-RITER UTUNTUR.*

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXIII. quibus addet:

## C A P U T I.

<sup>27. q. 1. c.</sup> <sup>28. infin.</sup> **I**S, qui cum hujusmodi feminis (*loquitur de Janitomialibus lapsis*) in aliqua fuerit iniuitate repertus, &c. si clericus est, a suo remoto officio pro suis continuo lugendis excessibus in monasterium detrudatur. *Greg. lib. 3. registr. epist. 9. Januario Episc. Caralitano. Ivo part. 7. cap. 123. Cæsar. lib. 10. cap. 118.*

## C A P U T II.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplina regulæ degunt, obstrictius munitis claustris, nullo

pateant, nisi forte summa compellente necessitate, aditu virorum. Sed neque presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, vel etiam archimandritis quasi visitationis, vel prædicationis caussa sine permisso Episcopi civitatis sibi licentiam tribuat ineundi. Quin etiam nec Episcopus absque sacerdotibus, vel clericis suis, ut decet, & honeste convenit, adire illuc licentius se existimet, &c. Si quis post hanc definitionem hujus reverendi concilii, de his, quæ consona voce, salubriterque statuta sunt, temerario ausu violare temptaverit, canonicis coeretur vindictis: scilicet aut juxta modum, & qualitatem culpæ excommunicatione mulctetur, aut anathematis vinculo punitus vinciatur; aut certe honoris proprii amissione nudatus, reus ab ecclesiæ gremio elevatur. *Foro juli. cap. 12.*

## T I T U L U S XXXVII.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CUM MARIBUS CONCUMBUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. V. Part. VII.

## T I T U L U S XXXVIII.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI MUNUS SUUM PRÆSTARE CONTEMNUNT.*

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XLVI. quibus addet:

## C A P U T I.

**S**i Episcopus, vel presbyter neglexerit clerum, vel populum suum docere religionem, excommunicetur, perseverans in eadem negligencia deponatur. *Apost. cap. 58. vide Trull. c. 19.*

## C A P U T II.

Si Episcopus, vel presbyter clerico indigenti non præbeat necessaria, excommunicetur; si perseverat, deponatur, uti homicida fratris sui. *Apost. cap. 59.*

## T I T U L U S XXXIX.

*DEPOSITIONES CONTRA CHOREPISCOPOS, ET PRESBYTEROS, QUI EPISCOPORUM MUNERA EXERCERANT.*

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. I. quibus addet:

## C A P U T I.

**V**itentur hujusmodi (*loquitur de chorepiscopis, qui Episcoporum munera exercebant*) & a talibus se abstineant, qui noluerint, una cum eis a sacerdotali ministerio, ut rebelles, fiant alieni. *Damas. epist. 4. in fine. Joann. III. epist. unic. in fin.*

## C A P U T II.

Presbyteri, si Episcopalia munera exequantur, presbyteri dignitate priventur. *Gelas. ep. i. c. 8.*

## C A P U T III.

Si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam, aut altarium consecrare, a suo officio deponatur. *Brenaren. I. cap. 37.*

## T I T U L U S XL.

*DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI SE DIS APOSTOLICÆ, VEL CONCILIORUM STATUTA CONTEMNUNT.*

Vide in Part. II. Lib. I. Tit. XVII. & Lib. V. Tit. X. & XLI. quibus addet:

CA.

C A P U T I.

**S**i qui voluerint ea, quæ de quaue re aucta sunt in sacro concilio Ephesino, quocumque modo rescindere, ac labefactare, sanctum concilium constituit, ut si utique Episcopi, vel clerici fuerint, de suo gradu proflus excidant, ac destruantur, &c. *Ephes. cap. 6.*

C A P U T II.

Si quis deprehensus fuerit hanc definitionem nostram spernens, atque prævaricans, siquidem clericus est a proprio gradu decidat, laicus vero sequestretur. *Synod. XIII. gener. CP. sub Hadrian. II. cap. 6.*

C A P U T III.

Nullatenus habeant potestatem, qui principum domorum, aut suburbanarum rerum curam gesserint, inter clerum magnæ ecclesiæ colligi, vel constitui, &c. Si vero quis præter definitionem, quam nunc protulimus, promotus fuerit in quocumque magnæ ecclesiæ gradu, se probetur omnimodis, & ab omni ecclesiastico gradu, tanquam qui contra magnam synodus proiectus extiterit. *Synod. VIII. gener. sub Hadrian. II. cap. 13.*

C A P U T IV.

De presbyteris, diaconibus, seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actionibus interpellationem facere, nisi suo Episcopo. Et si forsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat, juxta canonum statuta: & si minime convenerit, ut decidatur inter eos intentio, apud Apostolicam veniat sedem. Si quis præter statuta agere præsumplerit, gradus sui honore privetur, & ab ecclesia pellatur, quoisque causa suscepit finem. *Zachar. in synod. Roman. cap. 12.*

C A P U T V.

*Dif. 60. c. 3.* Præcipimus, ut nullus in Archidiaconum, vel Decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, Decani, vel Præpositi, qui infra ordines prænotatos existunt, si inobedientes ordinari contemplerint, honore suscepit priventur. *Synod. Roman. sub Innoc. II. cap. 8. Eugen. III. in synod. Remen. cap. 6. vel 9.*

C A P U T VI.

Transgredi Apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. *Joann. epist. 1. post med.*

C A P U T VII.

Placuit sancto concilio, ut omnis potestas Episcopalis modum ponat suæ iræ, nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia ecclesiæ aliquid corporis membrorum sua ordinatione præsumat stirpare, aut auferre. Quod si talis emerget culpa, advocato judice civitatis, ad examen ejus educatur, &c. Similiter & presbyteri, quia conperimus aliquos ægritudine accidente familiæ ecclesiæ suæ crimen imponere dicentes; ex ea homines aliquos maleficium fecisse, eosque sua potestate torquere, &c. Decernimus, ut si presbyter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducat Episcopi, ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo, judicem hoc jubeat querere, &c.

*Tom. VI.*

Si quis sententia hujus ordinem non observaverit, excommunicationis sententia feriendus erit, & a clero abiiciendus. *Emerit. cap. 15.*

T I T U L U S XLI.

*DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI IN REBUS GRAVIBUS SUPERIORES CONTEMNUNT.*

C A P U T I.

**Q**uisquis Metropolitanorum proprium Patriarcham contemplerit, &c. & per totos duos menses post notitiam vocationis ad proprium venire Patriarcham minime festinaverit, &c. segregetur. Si vero intra unum annum eandem contumaciam, & inobedientiam demonstraverit, deponatur omnimodis, & ab omni sacerdotali operatione decidat, atque a dignitate & honore, qui Metropolitanis convenit, propellatur, &c. *Synod. VIII. gener. sub Hadrian. II. cap. 17.*

C A P U T II.

Concilii, quod adversum hanc sedem aënum est, cuncta decernimus exemplaria a posterioribus suis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari, nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem unum iota, vel unum apicem, nisi quis totius clericatus, immo totius nominis christiani, anathemate percussus, carere voluerit. *Hadrian. II. in epist. relata in synod. VIII. gener. action. 1. in med. vide cap. 4. synod. Rom. sub Hadrian. II.*

C A P U T III.

Si quis relictis sacerdotibus sua provinciæ ad alias provincias, vel aliorum Episcoporum iudicium experitur, ab officio cleri sub notus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. *Innoc. ad Victor. epist. 2. c. 3. Capit. lib. 6. c. 28. C lib. 7. cap. 109. Tarrac. lib. 1. cap. 148. C lib. 2. c. 20. Anselm. lib. 2. cap. 53. C lib. 3. c. 75. Caesar. lib. 5. cap. 10.*

C A P U T IV.

Censemus, ut quicunque præter nullo sacerdote ecclesiæ sua ad disceptationem venerit sacerdularium, sacrissimis nubibus expulsus a caelesti arceatur altario, &c. Qui sub observatione clericali caelesti probatur servire officio, ex clero abiiciendum se norit, si præter nullo sacerdotum iudicio seculari adierit potestatem. *Leo epist. 94. ad Episcopos C presbyteros Thracie.*

C A P U T V.

De presbyteri, & diaconi depositione, qui suum Episcopum contemnit, seque ab ipso separat, & ei obedire non vult. *Antioch. cap. 5. Carth. II. cap. 8.*

C A P U T VI.

Si clerici, vel diaconi noluerint obedire Episcopis eos promovere volentibus ob ecclesiæ necessitates ad maiores honores in eisdem ecclesiis, nec in eo quidem gradu minorantur, quem relinquerent noluerunt. *Carth. cap. 31. G.*

C A P U T VII.

Ut presbyteri, vel diaconi, vel quolibet ordine clerici, ita Episcopo suo obedientia devozione subjaceant, ut nec alibi dies feriatos nisi in obsequio illius liceat tenere, aut celebrare. *Quod*

D d d d

*3. q. 6. c. 14.  
Non licet.*

## 578 Juris Pontificii Veteris Epitome

Si quis per quamcumque contumaciam, aut per cuiuscumque patrocinium hoc facere distulerit, ab officio legregetur. *Matiscon. cap. 10.*

### T I T U L U S XLII.

#### *DEPOSITIONES CONTRA EPISCOPOS, QUI NON VENIUNT AD SYNODUM.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXV.

### T I T U L U S XLIII.

#### *DEPOSITIONES CONTRA DIACONOS, QUI PRESBYTERIS NON CEDUNT.*

Vide in Part. II. Lib. VII. Tit. VIII.

### T I T U L U S XLIV.

#### *DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI INJUSSU SUPERIORUM AD IMPERATOREM SE CONFERUNT.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXXVIII. & Lib. XVII. Tit. VIII.

### T I T U L U S XLV.

#### *DEPOSITIONES CONTRA EPISCOPOS, ET PRESBYTEROS, QUI APUD EXCOMMUNICATOS FACIUNT SACRUM.*

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. II.

### T I T U L U S XLVI.

#### *DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CENSURAS ECCLESIAE CONTEMNUNT.*

Vide in Part. II. Lib. XVI. Tit. IV. quibus adde:

### C A P U T I.

**N**ullus fratum, & coepiscoporum nostrorum, &c. constitutus presbyteros, aut quemlibet alium clericum in Ecclesiis, quæ sibi subiectæ non sunt, præter voluntatem Episcopi, cui Ecclesia illa commissa est; sed neque quicquam presbyterorum, vel diaconorum, qui sacris officiis dediti sunt, ultro ac per se ecclesiæ ingrediens sacram aliquod operetur, in quibus ab initio sortem minime consecutus est. Quisquis post hanc definitionem nostram visus fuerit faciens aliquid eorum, quæ nunc interdicta sunt, separetur, &c. & presbyter ille, vel diaconus segregatus sit, donec ab aliena recedat Ecclesia. Quod si & segregationem contempserit, omnimodis deponatur, & ab omni honore sacrato deliciatur. *Syn. VIII. gen. sub Hadr. II. c. 23.*

### C A P U T II.

*e. i. de treug. & pace. Gr. IX. & in 1. coll.*  
Si quis treuam frangere temptaverit, post tertiam monitionem, si non satisficerit, Episcopus suus sententiam excommunicationis dicet, & scriptam vicinis suis annuntiet; Episcopus autem nullus excommunicatum in communionem suscipiat, immo scriptam susceptam sententiam quicque confirmet. Si quis autem hoc violare presumperit, ordinis sui periculo subjaceat. *Alex. III. in concil. Later. gener. cap. 21. Innoc. II. in concil. Rom. c. 9. post Ivo panorm.*

### C A P U T III.

*De vita, & bono state elec. cap. 13. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.*  
Si quis hac de causa (propter incontinentiam) suspensus, divina celebrare presumperit, non solum Ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro hac dupli culpa perpetuo deponatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 14.*

### C A P U T IV.

Presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam spiritalem commatrem, nullus sibi presumat per nefaria conjugia copulare. Qui hujusmodi opus perpetraverit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum, &c. Quicumque sacerdotum eos communicare presumperit, eorum consortio condemnatus sacerdotii sui honore privetur. *Zach. in syn. Rom. c. 5. vide concil. Rom. sub Greg. II. c. 1. 2. 3. 4.*

### C A P U T V.

Quicumque seu Episcopus, sive presbyter Nortmannis, donec excommunicati fuerint, divinum officium fecerit, a sacerdotali officio perpetuo submovemus. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. 5.*

### C A P U T VI.

Si quis clericus, vel monachus receperit sciens excommunicatum, quod peccaverat excommunicatus, emendabit, qui recepit, si aliter non poterit recipi, & periculo subjacebit. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 18.*

### C A P U T VII.

Si quis clericus orat cum deposito, ut cum clericico, deponatur. *Apost. c. 11. G. 12. L.*

### C A P U T VIII.

Segredo te, & illam a perceptione immaculatorm mysteriorum Christi Dei nostri (*logitur cum Arcadio Imperatore, & Eudoxia uxore, qui Jo. Chrysostomum Constantinopoli ejecerant*) Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui administrare, aut exhibere, ea vobis ausus fuerit, ab ea hora, qua præsentis vinculi mei legeritis litteras, dignitate sua excidisse decerno. *Innoc. epist. ad Arcad. Imper. antefin. apud Nicephor. Callist. lib. 13. cap. 34.*

### C A P U T IX.

Qui excommunicatum nesciens suscepit, & post probaverit, ad penitentiam mox recurrit in conspectu, & judicio Episcopi sui. Qui autem scienter id egerit, sive in vita, sive in morte, sive aliquid de facultate damnati in eleemosynam probatus fuerit suscepisse, ab ordine presbyter cesseret, nec gradum recipiat, nisi satisfactus ab Episcopo suo sacris vestimentis reinduatur. *Le- mov. act. 2. post med.*

### T I T U L U S XLVII.

#### *DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI LAPPOS NON SUSCIPIONT.*

### C A P U T I.

Si Episcopus, vel presbyter non suscipit revertentem a peccato, sed expellit, deponatur, &c. *Apost. c. 52.*

### T I T U L U S XLVIII.

#### *DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NUPTIIS PROHIBITIS FAVENT.*

### C A P U T I.

Deiis, qui sponsas alienas rapiunt, vel sine consensu parentum suscipiunt, antiqua, & synodalis sententia observetur, &c. Si vero, quod non optamus, de gradu Ecclesiastico talibus nuptiis se consenserem, vel interventorem manifeste prodi-

diderit, a proprio gradu repellatur. *Meldens.* cap. 68.

**TITULUS XLIX.**  
**DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI**  
**ECCLESIAS A LAICIS ACCIPIUNT.**

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. X. quibus adde:

**CAPUT I.**

**Q**ui de monachis per manum laici obedientiam regularem suscepit, gravioris culpe vindicta puniatur, &c. Si autem monachus contemnens, gradum Ecclesiasticum habuerit, eo privetur. *Meldens.* c. 10.

**TITULUS L.**  
**DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI**  
**PLURA HABENT BENEFICIA.**

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XLIII. quibus adde:

**CAPUT I.**

**C**adat a gradu suo, si clericus in duabus ecclesiis duarum urbium ordinetur, & restituatur in eam, in qua prius ordinatus est. Si vero jam translatus est in aliam ecclesiam, nihil attingat ex priore ecclesia, neque ex prochis, xenodochiis, & martyriis ei subjiciis sub eadem pena. *Chalced.* c. 10. *Aquisgran.* cap. 50. *Burchard.* lib. 2. cap. 96. *Ivo lib.* 3. tit. 6. cap. 5. *panorm.* *O'part.* 6. c. 173. *decret.* *Anselm.* lib. 7. c. 96. *Cesav.* lib. 8. c. 14.

**TITULUS LI.**  
**DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI**  
**NON RESIDENT IN SUIS ECCLESIIS.**

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XVIII. & Lib. XV. Tit. V. quibus adde:

**CAPUT I.**

**A**nastasium iam nuper excommunicatum presbyterum tituli S. Marcelli, qui propria parochiam relinquens in aliena per multa tempora nititur immorari, a sacerdotali ministerio modis omnibus renovemus, ita ut locum restitutionis nequaquam inveniat. Si quis autem contra hanc definitionem nostram quocumque tempore agere presumperit, aut eum restituere in sacro officio temptaverit, sit ei a sanctis patriarchis, & a nobis omnibus anathema. *Syn. Rom.* sub Leone IV. in fin.

**CAPUT II.**

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo relicta sua parochia in aliam abscesserit, & cum penitus transierit, praeter sui Episcopi sententiam in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare jubemus, maxime, si eum adhortante Episcopo, ut rediret, non paruerit in contumacia, & insolentia perseverans. Ita tamen, ut laicus communicet. *Apost.* c. 14.

**CAPUT III.**

Si Ireneus Episcopus ad ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non judicio, sed humanitate præstabilitur, removendum se ab Episcopali confortio esse cognolcat. *Hilar.* epist. 1. ad *Ascan.* *Tarrac.* *Episcop.* c. 5.

**CAPUT IV.**

Presbyteri, aut diaconi, qui relictis locis suis, in quibus ordinati sunt, ad alium locum se de-

ferre voluerint, deponantur. *Arclat.* I. cap. 22. *Burch.* lib. 2. c. 95. *Ivo lib.* 3. tit. 6. c. 4. *panorm.* *O'part.* 6. c. 172. *decret.*

**CAPUT V.**

Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco, in quo ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactiōnem veniam ab Episcopo noluit promereri. *Telet.* c. 5. *Mart.* *Brac.* c. 63.

**CAPUT VI.**

Vagus, atque instabilis clericus, si Episcopi, a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependeat assiduum, quousque in vitio permanserit, & communione, & honore privetur. *Valent.* *Hisp.* c. 5.

**CAPUT VII.**

Placuit, ut si in ministerio diaconii, vel presbyterii officio aliquis constitutus existat, si Episcopi, a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit & communione, & honore privetur. *Format.* c. 19.

**TITULUS LII.**

**DEPONUNTUR EPISCOPI, QUI SUAS**  
**ECCLESIAS DERELINQUUNT.**

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXXXIX. & Lib. IX. Tit. XXX.

**TITULUS LIII.**

**DEPOSITIONES QUEDAM PROPRIÆ**  
**PATRIARCHARUM, ARCHIEPISCO-**  
**PORUM, ET EPISCOFORUM.**

**CAPUT I.**

**S**i Metropolitanus, nisi quod ad suum parochiam pertinet, sine consilio, & voluntate omnium comprovincialium Episcoporum aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit, irritum habebatur. *Nicæn.* c. 91. apud *Jul.* ep. 2. c. 23. *Lucius* ep. unic. cap. 3. *Callist.* ep. 2. c. 3.

**CAPUT II.**

Cadat a gradu suo Episcopus, qui conatur, ut una provincia in duas dividatur, ut sint duo Metropolitani. *Chalced.* c. 12. *Burch.* lib. 1. c. 35. *Ivo part.* 5. c. 146. *decret.*

**CAPUT III.**

Non solum haeretici, sed orthodoxi, ac legitiimi Patriarchæ a sacerdotali catalogo propriæ manus scripta facere ad propriam tuiclam, favoremque suum, & quasi stabilitatem exigunt, & compellunt. *Vilsum* est huic sanctæ, & universalis synodo, nequaquam id ex hoc a quoquam fieri &c. Quisquis aulus fuerit solvere hanc definitiōnem nostram, & aut experierit, aut paruerit expertentibus, honore proprio decidat. *Syn. VIII.* gen. sub *Hadr.* II. c. 8.

**CAPUT IV.**

Definivit sancta hæc, & universalis synodus nullum Archiepiscoporum aut Metropolitanorum relinquere propriam ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate propria in inferiores abutti, & consumere reddi-

D d d 2

tus,

*Dis. 101. c.*  
*unic.*

tus, qui apud illos inveniuntur ad ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum: ac per hoc aggravare avaritiae modo conscientias patrum, & comministrorum nostrorum, &c. Quisquis Metropolitanorum post hanc definitionem nostram tale quid facere temptaverit, pœnam a Patriarcha subeat, qui per tempus fuerit, secundum congruentiam injustitiae, & avaritiae suæ, & deponatur, & sequestretur ut sacrilegus, & ut idololatra factus juxta magnum Apostolum. *Syn. VIII. gen. sub Hadrian. II. c. 19.*

## C A P U T V.

Si quis Episcopus, aut Metropolita præter hanc definitionem nostram abstulerit aliquem locum (*in emphyteosim datum*) a quoquam, putans quod ecclesiam propriam defendat, sequestretur a proprio Patriarcha per aliquod tempus, dans primo, quod per potestatem suam abstulit, vel sumpsit. Si vero contentiosus quis præstiterit, non obediens iis, quæ sanctæ, ac universali synodo visa sunt, deponatur omnimodis. *Syn. VIII. gen. sub Hadrian. II. c. 20.*

## C A P U T VI.

Quisquis Metropolitanorum, &c. non per se, &c. debita ministeria in propria civitate, sed per suffraganeos Episcopos suos efficere temptaverit, pœnas exolvat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. *Syn. VIII. gener. sub Hadrian. II. c. 24.*

## C A P U T VII.

Quisquis Episcopus præter definita sibi tempora se pallio induerit, aut monasticarum vestium schema deposuerit, aut corrigatur, aut a Patriarcha proprio deponatur. *Syn. VIII. gen. sub Hadrian. II. c. 27.*

## C A P U T VIII.

*e. 1. de treug. & pace. Gr. violationem treugæ in communionem recipiat, I. & in 1. coll.* Episcopus nullus excommunicatum (*propter* *treugæ*) in communionem recipiat, immo scriptam suscepitam sententiam quisquis confirmet. Si quis autem hoc violare præsumperit, ordinis sui periculo subjaceat, &c. Præcipimus, ut Episcopi, &c. ad pacem firmiter tenendum mutuum sibi consilium, & auxilium præstent, &c. Quod si quis in opere Dei tepidus fuerit inventus, damnum dignitatis suæ incurrat. *Alex. III. in concil. Lateranen. c. 21. Innoc. II. in syn. Rom. c. 9.*

## C A P U T IX.

*De offic. ord. e. Quoniam, 14. Gr. IX. e. 2. eod. tit. in 4. coll.* In plerisque partibus intra eandem civitatem, atque diocesim permisisti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus, & mores, &c. Si propter prædictas caussas urgens necessitas postulaverit, Pontifex loci catholicum Præfulem nationibus illis conformem provideda deliberatione constitutat sibi vicarium in prædictis, &c. Si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussum, & si nec sic resipuerit, ab omni ecclesiastico ministerio deponatur, exhibito, si necesse fuerit, brachio saeculari ad tantam insolentiam compescendam\*. *Innoc. III. in concil. gen. Laser. c. 9. dam.*

## C A P U T X.

*9. q. 2. c. 3.* Nullus Primas, Metropolitanus, aut alias Episcopuses alterius adeat possessionem, vel civi-

tatem, vel parochiam, nisi vocatus ab eo, cuius juris esse dignoscitur, aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Si aliter præsumperit, damnabitur non lolum ille, sed cooperatores, atque conscientes. *Callist. ep. 2. post princ. Burch. lib. 1. c. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. c. 2. panorm. & part. 5. cap. 101. decret. Anselm. lib. 6. c. 119. Tarrac. lib. 3. c. 75.*

## C A P U T XI.

Si qui Episcopi constituti non recipiantur in illa parœcia, in qua nominati sunt, & in alias parœcias veniant, & vim inferant ordinatis, & contra eos seditiones moveant, excommunicentur. Si velint in presbyteratu manere, ubi prius erant presbyteri, non auferatur ab eis honos. Sed si cum Episcopis ibi ordinatis contendant, auferatur ab eis honos presbyterii, & sint ejeci. *Anccyr. c. 18. Mart. Brac. c. 18. Burch. lib. 1. c. 36. Ivo part. 5. c. 147. decret.*

## C A P U T XII.

De qualitate, & modo ordinandi Episcopum, *Dif. 51. c. 5.* &c. Si quis contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis, adepti honoris periculo subjacebit. *Tolet. IV. c. 18.*

## C A P U T XIII.

Episcopus, si in urbe ad se non pertinente publice docuerit, abiis, quæ sunt Episcopatus, cefset; quæ presbiteratus sunt, faciat. *Trull. c. 20.*

## T I T U L U S L I V.

## VARIÆ DEPOSITIONES.

## C A P U T I.

**N**emo peccantem clericum cæde attingat, &c. sed si ita caussa exigit clerici, triduo \* \* suo privetur honore, ut penitens redeat ad matrem ecclesiam. *Silvest. in synod. Rom. CCLXXXIV. Episcoporum c. 17.*

## C A P U T II.

Si quis clericus, Papa incolumi, alicui Romanum Pontificatum ambienti faverit, loci sui dignitate privatur. *Symm. in syn. Rom. II. c. 3.*

## C A P U T III.

Episcopus, presbyter, diaconus, si religionis *Dif. 28. Si quis, c. 14. & d. 31. c. 6.* prætextu uxorem ejicerit, excommunicetur: si perleverat, deponatur. *Apost. cap. 5. G. 6. L. 10. §. 1. Trull. c. 13. Burch. lib. 1. c. 78. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 30. panorm. & part. 5. c. 184. decret.*

## C A P U T IV.

Si quis ab Imperatore cognitionem judiciorum publicorum detierit, honore proprio privatur; si judicium Episcopale, non puniatur. *Carthag. c. 107. G. Milev. c. 19. L. Afric. c. 71.*

## C A P U T V.

Presbyter, vel diaconus, qui suam uxorem *Dif. 31. occasione religionis ejicit, excom nuncetur, Quoniam, cap. 13.* perseverans deponatur. *Trull. c. 13. Apost. c. 5. G. 6. L. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 3. panorm.*

## C A P U T VI.

Nullus presbyter, fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ de alterius presbyteri parochia persuadeat, ut ad suam ecclesiam concurrat, relicta propria ecclesia, & suas decimas sibi dent, &c. Quisquis contra hanc constituta venerit, aut his mo-

nitis nostris reniti tempraverit, aut gradum se sciat amiserum, aut in carcere longo tempore detinendum. *Theod. ad presbyt. Arel. c. 44.*

TITULUS LV.

**DE CLERICIS DEPOSITIS, QUI NON POSSUNT RESTITUI.**

CAPUT I.

**D**E quodam presbytero, & aliis subdiaconis lapsis nunquam in pristinum dignitatis gradum restituendis. *Greg. lib. 4. ep. 16. Venatio Episc. Lunensi.*

CAPUT II.

**D**icitur. Siblapsis ad suum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor proculdubio frangitur disciplinae, dum pro reversionis spe pravae actionis desideria quisque concipere non formidat. Fraternitas siquidem vestra nos consuluit, si Amandinus ex presbytero, & Abbatte, qui a suo est decelore rectula exigente depositus, in eo quo fuerat ordine constitutus, debeat revocari: quod quidem nec licet, nec fieri posse aliqua ratione decernimus, &c. Illud praेस omnibus stude, ut lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare suadeat, ne hujusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta. *Greg. lib. 4. epist. 17. ad Constantium Mediol. Episc. Ivo part. 6. c. 80. decret. Anselm. lib. 8. c. 35. Tarrac. lib. 6. c. 106.*

CAPUT III.

**S**i quis a suo Episcopo depositus presbyter, vel diaconus, aut Episcopus a synodo molester aures Imperatoris, ad majorem Episcoporum synodus convertatur: & quae justa esse putat, proferat pluribus Episcopis, & ab ipsis examen, & judicium expedit. Si vero hoc contemnens molestet Imperatorem, nulla venia dignus est, neque defensioni locus est, neque restitutioni. *Antioch. c. 12. Aquisgr. c. 74. Mart. Brac. c. 35. Burhard. lib. 2. c. 28. Ivo part. 6. c. 255. decret.*

CAPUT IV.

**S**i Episcopus depositus a synodo, aut presbyter, aut diaconus a suo Episcopo audeat aliquid ministerii facere, amittat spem restitutionis in alia synodo, neque defensioni locus sit, sed omnes ei communicantes efficiantur ab ecclesia, maxime si scientes hanc causam ausi sint communicare. *Antioch. c. 4. Nicol. ep. 2. ad Michael. Imperat. Mart. Brac. cap. 37. Capitul. lib. 1. c. 7. Burch. lib. 1. c. 196. Ivo part. 5. c. 362. Anselm. lib. 12. c. 26. Cæsar. lib. 14. c. 27.*

TITULUS LVI.

**DE ORDINATIS AB EPISCOPIS DEPOSITIS.**

Vide in Part. II. Lib. IX. Tit. XXXV.

TITULUS LVII.

**COMMUNIA DE DEPOSITIONE.**

CAPUT I.

**D**e restitutione Eustachii depositi, ut retinet nomen Episcopi, & honorem, & communionem, non tamen ordinet, neque officio sacerdotis fungatur, nisi adjutor assumeretur, vel permitteretur a Theodoro ei suffecto Episcopo. *Ephe. ep. 2. ad concil. Pamphilia.*

CAPUT II.

Depositii ab Episcopatu ex justa causa non remaneant in presbyteratu. *Chalc. c. 29.*

CAPUT III.

Placuit & hoc sanctae synodo, ut quicumque presbyter, aut diaconus a proprio Episcopo Depositus fuerit propter aliquod crimen, &c. potestatem habeat ad Metropolitam ipsius provinciae concurrere, & eam, quam putat injustam depositionem, vel alias lassionem denunciare. Metropolita vero ille liberter suscipiat hujusmodi, & advocet Episcopum, qui depositus, vel alio modo clericum laesit, & apud se cum aliis etiam Episcopis negotii faciat examen, ad confirmandam scilicet sine omni suspicione, vel destruendam per generalem synodum, & multorum sententia clerici depositionem. Similiter etiam Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui a Metropolitis suis talia pertulisse factentur, &c. *Synod. CP. VIII. gen. sub Hadrian. II. cap. 26.*

CAPUT IV.

**A**dimi Episcopo Episcopatum, antequam causa ejus exitus appareat, nulli christiano vide *Greg. IX. & deri jure potest, quia talis præsumptio sacrilegium est, & auctor talium sacrilegus. Felix epist. 2. cum LXX. Episcopis in synodo ante med. Hadrian. cap. 5. them. 3. ad Episcopum Mediom. Carth. cap. 88. G. Afric. cap. 54. L. Burch. lib. 1. cap. 181. Ivo part. 5. cap. 297. decret. Capitul. lib. 7. c. 143. & 154. in addit.*

CAPUT V.

**S**acerdos, aut quisvis alius in ordinem ecclesia-  
sticam proiectus, si in eo scelere inveniatur, quo  
abiiciendus existat, depositus providentia Episcopi,  
beate proviso loco constitutus, ubi pecca-  
ta lugat, & ulterius non conmittat. *Eugen. II.*  
*& Leo IV. in synod. Rom. in. cap. 14.*

CAPUT VI.

**A**moveare autem eos (Episcopos) neminem *Zachar. 2.*  
debore docebat (Petrus Apostolus) quia oculi  
Domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam  
oculi ejus, &c. Eos a solo Domino judicandos,  
aut removendos, & non ab aliis esse dicebat, quia  
sui sunt, & non alterius, & quis est, qui alterius  
judicet servum? *Clemens ep. 1. post med. Burch.*  
*lib. 1. cap. 125. Ivo part. 5. cap. 225. decret.*

CAPUT VII.

**D**e penitentiâ cuiusdam presbyteri depositi,  
qui ausus fuit offerre sacrificium. *Gr. lib. 4. ep. 5.*

CAPUT VIII.

**S**atis perversum, & contra Ecclesiasticam *Dif. 55. c. 7.*  
probatur esse censuram, ut frustra pro quorum-  
dam voluntatibus quis privetur, quem sua col-  
pa, vel facinus ab officio, quo fungitur, gradu  
non deficit. *Greg. lib. 10. epist. 8. ad Colum-  
bum Episcop. Numid.*

CAPUT IX.

**I**ntellexisse, Imperator, ex superiori me-  
moratis, non potuisse Prælatum suum saltē  
quemlibet removere, qui fuerant olim ipsi remo-  
ti? nec dicere quemquam, qui fuerant jam ante  
prostrati? *Nicol. in epist. ad Michael. Imperat.*  
*ante med.*

CA-

# 582 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T X.

Depositus non potest esse accusator, neque iudex. *Nicol. ad Michael. Imperatorem ante med.*

## C A P U T XI.

*Difl. 50. c.  
64. Confir-  
mandum.* Si presbyteri, vel diaconi, ob aliquod grave crimen convicti a ministerio amoveantur, non imponantur eis manus, ut poenitentibus, vel ut fidelibus laicis. Neque umquam permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur. *Carth. cap. 27. G. Carth. V. cap. 11. L. Ra-  
ban. de pœnit. cap. 1. Capitul. lib. 5. cap. 66.  
Burch. lib. 19. cap. 72. Ivo part. 15. c. 85. de-  
cret. Aselm. lib. 11. cap. 29.*

## C A P U T XII.

Criminibus canonicis obnoxii, & ideo perpe-  
tuæ depositioni subjecti, & in laicorum loco po-  
siti, si sponte ad conversionem respicientes absti-  
neant a peccato, ob quod a gratia ceciderunt,  
clericorum habitum recipient. Si minus, ut lai-  
ci comam nutrient, ut qui reversionem ad mun-  
dum vitæ cœlesti prætulerint. *Trull. cap. 21.*

## C A P U T XIII.

Alia res est, quæ Ecclesiasticæ consuetudini non placet, offerre sacerdotes aliquos renuncia-  
tionis libellos; si sunt enim digni, qui sacra my-  
steria obeant, in his maneant: si autem indigni,  
nec per renunciationem exeat, sed rebus ipsis  
potius condemnati. *Cyrill. Episc. Alexand. ad  
Dominum.*

## T I T U L U S LVIII. DE DEGRADATIONE.

## C A P U T I.

*De heret. c.  
12. Excom-  
muniens, Greg. IX. c.  
e. 2. eod. tit.  
in 4. coll.* **D**amnati hæretici sacerularibus potestatibus  
præsentibus, aut eorum balvis relinquantur animadversione debita puniendi, clericis prius  
a suis ordinibus degradatis, &c. *Innoc. III. in  
concil. gener. Later. cap. 3.*

## C A P U T II.

*De accus. c.  
24. Quali-  
ter, & quan-  
do. Gr. I. Y.  
e. 4. eod. tit.  
in 4. coll.* Ut criminalis accusatio, quæ ad deminutio-  
nem capitii id est, degradationem intendit, nisi  
legitima præcedat inscriptio, nullatenus admitt-  
atur. Sed cum super excessibus suis quisquam  
fuerit infamatus, &c. si fuerit gravis excessus, &  
si non degradetur ab ordine, ab administratione  
tamen amoveatur omnino, &c. *Innoc. III. in  
concil. gener. Later. cap. 8.*

## C A P U T III.

„ Falsos presbyteros, & adulteros, vel forni-  
catores diaconos & clericos de peculiis Eccle-  
siarum abstulimus, & degradavimus, & ad  
„ pœnitentiam coegimus “. *Francica synod.*  
Omnia optime, & canonice peregisti, tam de  
falsis Episcopis, & fornicariis, & schismaticis,  
quam eriam & in reliquis nomine sacerdotibus  
contra canonum instituta agentibus. *Zachar. ep.  
4. ad Bonif. post princ. qua confirmat ea, quæ  
fuerant acta in synod. Francica. Capitul. lib.  
5. cap. 1. C 2.*

## C A P U T IV.

Episcopus condemnatus, qui impugnator, &  
fornicator existit, atque res Ecclesiæ post degra-  
dationem, sibi vendicare nititur: hic omnino, ac  
detestabilis respuendus est. *Zachar. epist. 5. an-  
te fin.*

## C A P U T V.

Clericus usuras accipiens degradetur, & absti-  
neat, &c. *Eliber. cap. 20. Ivo lib. 3. tit. 13. cap.  
1. panorm. C part. 13. cap. 12. decret.*

## C A P U T VI.

Clericus, qui non pro emendo aliquid in nun-  
dinis, vel in foro deambulat, ab officio suo de-  
gradatur. *Carth. IV. cap. 48. Burch. lib. 2. cap.  
210. Cœsar. lib. 4. cap. 112. Ivo part. 6. c. 285.  
decret.*

## C A P U T VII.

Clericus, qui adulationibus, & proditionibus  
vacare deprehenditur, ab officio degradetur.  
*Carth. IV. cap. 56. Burch. lib. 2. cap. 176. Ivo  
lib. 3. tit. 15. cap. 7. panorm. C part. 6. c. 267.  
decret.*

## C A P U T VIII.

Clericus maledicus, maximeque sacerdos co-  
gatur ad postulandam veniam; si noluerit, de-  
gradetur; nec umquam ad officium ablique sa-  
tisfactione revocetur. *Carth. IV. cap. 57. Burch.  
lib. 10. cap. 66. Ivo part. 11. cap. 11. C part.  
13. cap. 66. decret.*

## C A P U T IX.

Ne quis sacerdotum, vel clericorum more sæ-  
cularium judicum accipiat pro impensis patroci-  
nii munera, nisi in ecclesiis oblata, &c. Si acce-  
perit, veluti exactor scenoris, aut usurarum pos-  
sessor secundum statuta patrum degradetur.  
*Tarrac. lib. 10. Cœsaraug. lib. 5. cap. 76.*

## C A P U T X.

Si de adulterio clericus fuerit convictus, in de-  
gradatione honoris priorum canonum statuta  
serventur, &c. *Aurel. III. cap. 4.*

## C A P U T XI.

Si quis clericus furtum, aut falsitatem admis-  
rit, quia capitalia sunt crimina, communione  
concessa, ab ordine degradetur. *Aurel. III. c. 8.*

## C A P U T XII.

Abbatibus, presbyteris, cæterisque ministris,  
de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alie-  
nare, vel obligare absque permisso, & subscrip-  
tione Episcopi sui nil liceat. Quod qui præsum-  
plerit, degradetur, communione concepta, &c.  
*Aurel. III. cap. 23. Capitul. lib. 7. cap. 275. in  
fin. Tarrac. lib. 6. cap. 15.*

## C A P U T XIII.

Clericus usuras, vel turpe lucrum non exer-  
ceat; si quis contra hæc statuta venire præsum-  
pferit, communione concessa, ab ordine degra-  
detur. *Aurel. III. cap. 26.*

## C A P U T XIV.

Qui contra canones ordinaverit bigamum, vel  
internuptæ maritum unius anni spatio se sciatis-  
se suspensum ab omni officio sacerdotii: si con-  
tempserit, a communione ejus usque in aliam sy-  
nodum se fraternalis universa suspendat. Illicite  
promoti degradentur. *Aurel. IV. cap. 10.*

## C A P U T XV.

Ab officio degradentur presbyteri, & diaconi,  
qui cum conjugibus suis communem lectum, vel  
cellulam habuerint. *Aurel. IV. cap. 17.*

## C A P U T XVI.

Qui innocentes, aut coram Principe, aut ju-  
di-

dicibus accusare convicti fuerint, si clericus honorior fuerit, ab offici su ordine degradetur, si vero secularis communione privetur. *Matis.* cap. 18.

C A P U T XVII.

Placuit, ut præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata sunt, nullas au-deat præterire. Si quis autem quasi contumax transgreditur illa, necesse est, ut de suo degrada-tur officio. *Brac. cap. 40.*

C A P U T XVIII.

<sup>11. q. 3. 6.</sup> Episcopus, presbyter, aut diaconus si a gradu suo injuste dejectus in sancta synodo innocens re-periatur: non potest esse, quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum: si Episcopus est, orarium, annulum, & baculum, si presbyter orarium & planetam, si diaconus orarium, & albam: si subdiaconus, pa-tentam, & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipient, quæ cum ordinarentur, perceperant. *Tolet. IV. cap. 27. Burch. lib. 2. c. 192. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 5. panorm. C' part. 5. cap. 367. C' part. 6. cap. 237. decret. Anselm. lib. 8. cap. 27.*

C A P U T XIX.

Juxta statuta priorum canonum; ab ordine de-gradetur Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, qui cum

extranea suspecta familiaritatem habet. *Cabi-lor. cap. 3.*

C A P U T XX.

Si quis presbyter ab Episcopo suo degradatus <sup>comm. c. 1. Greg. IX. c. 1. coll.</sup> fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine communi facere presumperit, & postea ab Episcopo suo correptus, & excommuni-catus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. *Concil. apud palat. Vern. cap. 9.*

C A P U T XXI.

Dicitum nobis est presbyteros propter suam <sup>Dif. 81. c. 8.</sup> negligentiam canonicas degradatos, seculariter gradu amissi vivere, & pœnitentia agendæ bonum negligere. Unde statuimus, ut gradu amissi agendæ pœnitentia gratia in monasterio aut ca-nonico, aut regulari mittantur. Si vero hoc fieri causa quilibet prohibuerit, ubicumque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu, seculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab Ecclesiæ communione separantur. *Cabilor. sub Carolo, cap. 40. Burch. lib. 2. cap. 191. Ivo part. 6. cap. 236. decret.*

C A P U T XXII.

Qui saltu sine gradu diaconi ad sacerdotium transilivit\*, in degradationem transilire\* debet. <sup>\* profilivit. Synod. apud S. Medardum in fine. \* resilire.</sup>

L I B E R D E C I M U S T E R T I U S.

De Suspensione.

T I T U L U S I.

SUSPENSIONES IN CLERICOS, QUI IM-MOLARUNT IDOLIS, AUT ALIQUO MODO IDOLOLATRIÆ FAVENT.

C A P U T I.

<sup>Dif. 50. c. 2. Presby-teros.</sup> **P**resbyteri, qui immolarunt, & postea re-versi sunt ad certamina pro religione per-a-genda, si non artificio quodam, ut præpa-rent, & persuadeant se tormentis subjectos fuisse, hi honoris quidem cathedram teneant, sed neque offerant, neque concionentur, neque ministrant in sacris ministeriis. *Ancyr. c. 1. Burch. lib. 5. c. 40. Ivo part. 2. c. 49. decret.*

C A P U T II.

<sup>Dif. 50. c. 32. Presby-teros.</sup> Si diaconi eodem modo sacrificarunt, & rur-sus ad certamen redierunt, alium quidem hono-rem habeant, sed cessent ab omni sacro ministe-rio, panem & calicem non ferant, neque pro-nuncient. Si vero aliqui Episcopi videant labo-ries, & humilitatem, ac tranquillitatem eorum, & velint plus eis dare, aut auferre, habeant po-testatem. *Ancyr. c. 2. ( hec ultima clausula refertur etiam ad cap. 1. ut arbitror. ) Burch. lib. 5. c. 41. Ivo part. 2. c. 50. decret.*

C A P U T III.

Si forsitan Episcopus, aut presbyter, &c. ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum, ac probatissimum cuiuspiam sacrilegi facinus præ-

noscens (*loquitur de his, qui idola colunt, fon-tesque C' arbores venerantur*) hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus anni unius spatio erit sub pœnitentia constitutus, loco suo in postmodum redditurus. *Tolet. XVI. c. 2.*

T I T U L U S II.

SUSPENSIONES IN SCHISMATICOS, ET QUI CONTRA PONTIFICEM MAX. CONJURANT.

C A P U T I.

**I**llios, qui sponte juramentum de tenendo schismati prestatuerunt, a sacris ordinibus, & di-<sup>De schismate. c. 1. c. 2.</sup> ginitatibus decernimus manere suspensos. *Alex. 1. coll. III. in concil. Later. c. 2.*

C A P U T II.

Suspenditur Sigifredus Moguntinensis Archie-piscopus schismaticus. *Greg. VII. in syn. Rom. ann. 3. sui Pontificatus.*

C A P U T III.

Episcopos Longobardie, qui i preta canonica, & Apostolica auctoritate, contra beatum Pe-trum Apostolorum principem sacramento con-spiraverunt, auctoritate ejusdem beati Petri, ab omni Episcopali officio suspendimus, & a com-munione sanctæ Ecclesiæ separamus. *Greg. VII. in syn. Rom. ann. 3. sui Pontificatus.*

C A P U T IV.

Tedaldum Archiepiscopum Mediolanensem,  
ac

ac Ravennatensem Guibertum inaudita hæresi, & superbia adversus hanc sanctam Catholicam Ecclesiam se extollentes ab Episcopali omnino suspendimus, & sacerdotali officio, & olim jam factum anathema super ipsos innovatum. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. 5.*

## TITULUS III.

## DE SUSPENSIONE IN CLERICOS REOS CRIMINIS SIMONIAE.

## CAPUT I.

*1. q. 3. c. 3.* **S**i Episcopus præbendas, Archidiaconatus, Præposituras, vel aliqua officia Ecclesiastica vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum patrum præcipiant, ordinaverit, ab officio suspendatur. Dignum est enim, ut sicut gratis Episcopatu accepit, ita membra ejusdem Episcopatus gratis distribuantur. *Greg. VII. in syn. Rom. ann. 6. c. 4. ex lib. 6. regist. Caesar. lib. 14. c. 9. Tarrac. lib. 5. c. 48.*

## CAPUT II.

*Dif. 83. c. 1.* Si quis Episcopus fornicationi presbyterorum, diaconorum, seu subdiaconorum, vel criminis incestus in sua parœcia, pretio, vel precibus interveniente consenserit, vel commisum, sibique compertum auctoritate officii sui non impugnaverit, ab officio suspendatur. *Greg. VII. in syn. Rom. ann. 6. c. 12. Tarrac. lib. 5. c. 56.*

## CAPUT III.

Si (pretio) ordinatus aliquis fuerit, cum a missæ celebratione, & Evangelii lectione modis omnibus removemus. *Gr. VII. lib. 2. regist. ep. 68.*

## CAPUT IV.

Quoniam in quibusdam locis Alemaniæ fundatores Ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate, qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abuntur, partem decimarum, vel obventionum Ecclesiasticarum, in quibus jus obtinent patrinos, sibi retinentes ex pacto, &c. Qui cæca cupiditate ducti taliter a patronis præsentationem receperint, officio, beneficioque priventur, nec ad beneficium, vel auctus Ecclesiasticos admittantur, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum, Episcopi vero, & Archidiaconi, qui talibus scienter curam animarum commiserint, ab institutione, & collatione perpetuo sint suspensi. *Concil. habit. in German. sub Conrado Card. c. 9. 10. 11.*

## TITULUS IV.

## DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI NON VENERANTUR RES SANCTAS.

## CAPUT I.

*De conf. dist. 1. c. 39. Ne- mo.* **Q**ui palla altaris mortuum obvolverit, vel diaconus scapulas suas, diaconus triennio, & iex mensibus a Dominicō altari sit alienus, gravi percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non communuerit, decem annis, & quinque mensibus excommunicatus sit: postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesia. *Clem. ep. 2. in princ. vide Antifiod. c. 12. C. 13.*

## TITULUS V.

## DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI IN REBUS AD MISSÆ SACRIFICIUM PERTINENTIBUS GRAVITER PECCANT.

## CAPUT I.

**Q**ui aliud in sacrificiis divinis offerat, præter *De conf. d. 2.* panem, & calicem vino, & aqua permisum, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima poenitentia satisfactione correptus, ad gradus sui officium redeat, quod amisit. *Brac. III. c. 1. in fin. Burch. lib. 5. c. 1. Ivo lib. 1. tit. 4. c. 24. panorm. C. part. 2. c. 11. decret.*

## CAPUT II.

Quicumque sacerdotum deinceps divino altari sacrificium oblatus accesserit, & se a communione suspenderit, ab ipsa, qua se indecenter privavit gratia communionis, anno uno repulsum se noverit. *Tolet. XII. cap. 5. Ivo part. 2. cap. 114.*

## TITULUS VI.

## DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI IN FESTIS SOLEMNIBUS ABSUNT AB ECCLESIA, ET QUI DIEM DOMINICUM NON CELEBRANT.

Vide in Part. II. Lib. X. & Lib. XIII. Tit. XIV.

## TITULUS VII.

## DE SUSPENSIONE IN EPISCOPOS, QUI ALIQUOS ORDINANT CONTRA STATUTA ECCLESIAE.

## CAPUT I.

*Difinit. 55. Nullus, c. 2.* **S**i quis penitentem, digamum, vel viduarum maritos ordinaverit, anno integro missas facere non presumat. Si presumperit, ab omnium fratrum charitate noverit se alienum. *Arelat. III. cap. 3.*

## CAPUT II.

Licet ad synodus, aut per vos, aut per personam vicariam debueritis adesse, ut ordinationis tuæ, quam fecisse diceris in synodali conventu redderes rationem, &c. At nunc vero dupli reatu teneris adstrictus, cum non solum contra venerabilium patrum sed etiam contra tua venisse decreta comprobaris. Quapropter hoc communis in Christo liberatione facimus, ut quia filium nostrum Protadium statuta canonibus per vos inferta, & vos simili sententia constringunt, usque emissio anno missas facere non presumas. *Carpentoract. in epist. ad Agretium Episc.*

## CAPUT III.

Episcopus pro ordinationis temeritate (*loquitur de eo*, qui quæpiam ante legitimam etatem, aut bigamum, aut penitentem, aut eum qui publice aliquando arreptus est, ordinaverat) sex mensibus a celebrandis officiis sequestretur. Quod si missas intra statutum tempus facere presumperit, anno integro omnium fratrum charitate privetur. Qui harū promotionum testis extiterit, anno integro a communione pellatur, qui si infirmitate deciderit, ei viaticum non negetur. *Aurel. III. c. 6.*

## CAPUT IV.

Episcopus, qui invitum, aut reclamantem *Dif. 74. c. 1.* presumperit ordinare, annali penitentia subditus missas facere non presumat. *Aurel. III. c. 7. Tarrac. lib. 6. c. 8.*

## CAPUT V.

Episcopus, qui in diocesi aliena ordinaverit alie-

alienos clericos, vel consecraverit altaria, anno a missarum celebritate cessabit. *Ibid. c. 15.*

C A P U T VI.

Si quis Episcopus sciens servum, vel colonarium ordinaverit, anni spatio missas facere non præsumat. *Ibid. c. 25.*

C A P U T VII.

Qui contra canones bigamum, vel interrupæ maritum ordinaverit diaconum, aut presbiterum, unius anni spatio se sciat esse suspensus ab omni officio sacerdotii. Si contempserit, a communione ejus usque in aliam synodum se fraternitas universa suspendat. Illicite promoti degradentur. *Aurel. IV. c. 10.*

C A P U T VIII.

Nullus clericum, seu lectorum alienum sine sui concessione Episcopi, vel promovere, vel sibi quibuslibet conditionibus audeat vendicare. Quod si quis hanc constitutionem tuerit quacumque præsumptione transgressus, memoratae personæ ab honore, vel officio suscepso juxta arbitrium sui Pontificis suspendantur, Episcopus vero, qui ordinaverit, sex menses missas facere non præsumat. Item qui servum ordinaverit. *Aurel. V. c. 5. &c. 6.*

C A P U T IX.

Ubi Episcopus obierit, si quis Episcopus clericos ordinaverit, vel altaria consecraverit, vel quidquam de rebus ecclesiæ abstulerit, & monitus non restituerit, anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. V. c. 8.*

C A P U T X.

Nullus ex laicis, absque annua conversatione præmissa, Episcopus ordinetur. Si hoc quisquam Episcoporum transcendere quacumque conditione præsumperit, anno integro ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus. *Aurel. V. c. 9.*

T I T U L U S VIII.

*DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI NON SERVANT FORMAM AB ECCLESIA PRÆSCRIPTAM IN ELECTIONIBUS.*

C A P U T I.

*De elect. c. 7. Greg. IX. c. 16. eod. tit. in 4. coll.* **S**tatuimus, ut nullus in Episcopum eligitur, nisi qui jam tricelimum ætatis annum egerit, & de legitimo sit matrem non natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstretur, &c. Clerici si contra formam istam quemquam elegerint, & eligendi potestate tunc privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio se noverint suspensos, dignum est enim, ut quos timor Dei a malo non revocat, Ecclesiastica tamen coercent severitas disciplina. *Alex. III. in concil. gen. Later. c. 3. in fin.*

C A P U T II.

*De elect. c. 43. Gr. IX. 10. eod. tit. in 4. coll.* Qui electionem hujusmodi (per sæcularem potestatem) prælumperint celebrare, ab officiis, & beneficiis per triennium suspendantur, eligendi tunc potestate privati. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 25.*

T I T U L U S IX.

*DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI INDIGNIS CONFERUNT BENEFICIA, AUT CONFIRMANT.*

*Tom. VI.*

C A P U T I.

**Q**ui approbaverit indignum, non solum *De elect. c. 44. Gr. IX. eod. tit. in 4. coll.* confirmandi primum successorem illius creat potestate, verum etiam a perceptione proprii beneficii suspendatur, quoisque, si æquum fuerit, indulgentiam valeat pro nereri; si convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subjaceat ultiæ. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 26.*

C A P U T II.

Præcipimus, ut Prælati prætermisis indignis *De preb. c. 29. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.* assumant idoneos, qui Deo, & Ecclesiæ velint, & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annuatim, ita quod qui post primam, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis, a conferendis beneficiis per ipsum concilium suspendatur, &c. Hujusmodi suspensionis sententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ minime relaxetur. *Ibid. c. 30.*

T I T U L U S X.

*DE SUSPENSIONE IN METROPOLITANOS, QUI NON VOCANT EPISCOPOS AD SYNODUM, ET IN EPISCOPOS NON VENIENTES.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXV. quibus adde:

C A P U T I.

**Q**uisquis hoc salutare statutum neglexerit adimplere (*de conciliis provincialibus singulis annis celebrandis*) a suis beneficiis, & executione officii suspendatur, donec per superioris arbitrium ejus suspensio relaxetur. *Innoc. III. in concil. gen. c. 6.*

C A P U T II.

Si intra biennium Metropolitanus synodus non indixerit, anno integro missas facere non præsumat. Si Episcopus vocatus non ægrotans non venerit, similiter sententia subjacebit. *Aurel. III. cap. 1.*

T I T U L U S XI.

*DE SUSPENSIONE IN EPISCOPOS PERGRINOS, QUI IN PAROCHIA ALIENA INJUSSU EPISCOPI MINISTRANT.*

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LIV.

T I T U L U S XII.

*DE SUSPENSIONE IN CLERICOS INTEMPERANTES, ET LUXUI DEDITOS.*

C A P U T I.

**S**i quis super his (*de crapula, & ebrietate*) *De vita, & culpabilem se exhibuerit, nisi a superiori honest. cler. c. 14. Gr. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.* comonitus satisficerit competenter, a beneficio, vel officio suspendatur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 15.*

C A P U T II.

Non solum clerici minores, verum etiam Prælati (*indulgent*) comensationibus, &c. Sunt & miss. c. 9. Gr. IX. &c. 2. eod. tit. in 4. coll. alii, qui missarum celebrant solemnia vix querant in anno, &c. Hæc igitur, & similia sub pena suspensionis penitus inhibemus, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 17.*

C A P U T III.

Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ o. Diff. 35. c. mnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Quæc uis. ebrium

Eccc

# 586 Juris Pontificii Veteris Epitome

ebrium fuisse constiterit, ut ordo patiatur, aut triginta dierum spatio communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio. *Agath. c. 41. Venet. c. 13. Burch. lib. 14. c. 11. Ivo part. 13. c. 79. decret. Capitul. lib. 7. c. 218. & 270.*

## C A P U T IV.

*Dif. 34. E. Si Episcopus, presbyter, diaconus canes ad piscopum, venandum, aut accipitres habuerit Episcopus e. 2. & e. 1. tribus mensibus se suspendat a communione, pres-de cler. ven. Greg. IX. & byter duobus mensibus se abstineat, diaconus in 1. coll. vero\* ab omni officio, vel communione, cessabit. \* uno. Agath. c. 55. Epaun. c. 3. Vorm. c. 17. Burch. lib. 2. c. 213. Ivo lib. 3. tit. 15. c. 1. panorm. & part. 5. c. 366. & part. 6. cap. 288. & part. 13. c. 30. decret.*

## T I T U L U S XIII.

### *DE SUSPENSIONE IN CLERICOS INCON-* *TINENTES, ET IN EOS, QUI* *EISDEM FAVENT.*

## C A P U T I.

*De vita, & bono clericorum. c. 13. Gr. IX. & 2. cod. tit. 4. coll. S* I quis hac de causa (*id est propter inconti-nentiam*) suspensus, divina celebrare præsumperit, non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro hac duplice culpa perpetuo deponatur, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 14.*

## C A P U T II.

*Dif. 32. Nullus, &c. 5. & c. 16. Prater.* Ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: „Quicumque fa-cerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum Leonis de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, auctoritate beatorum Apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut missam non cantet, neque evangelium, vel epistolam ad missam legat, neque in presbiterio ad divina officia cum iis, qui præfatae con-stitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat, quoisque a nobis sententia super hujusmodi, Deo concedente, procedat“. *Nicol. II. in synod. Rom. CXIII. Episcoporum. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 3. panorm. Cæsar. lib. 8. cap. 44.*

## C A P U T III.

Qui a subdiaconatu uxoribus vacant, ab omni sacro ordine removeantur, &c. Si vero Episcopi consenserint eorum praymatibus, ipsi officii interdictione mulcentur. *Urban. II. in synod. apud Melfiam, cap. 12.*

## C A P U T IV.

*Dif. 34. e. 17. Si Sub-diaconus.* Subdiaconus, defuncta uxore, si aliam duxerit, ab officio removeatur, & habeatur inter ostiarios, vel lectors, ita ut Evangelium, & Apostolum non legat, ne qui Ecclesiae servierit, publicis officiis servire videatur. Qui vero tertiam acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos, reconciliatus per poenitentiam, communicet. *Tolet. I. cap. 4. Mart. Brac. exp. 44.*

## C A P U T V.

Licet a patribus nostris fuerit constitutum, ut quicumque sacerdos, vel levita filiorum procreationi operam dare fuisset convictus, a com-

munione dominica abstineret: Nos tamen, &c. decrevimus, ut sacerdos, vel levita conjugali concupiscentia inhærens, vel a filiorum procreatione non desinens, ad altiore gradum non con-scendat, neque sacrificia Deo offerre, vel plebi ministrare præsumat. Sufficiat his tantum ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut haec valeant observari, fomitem omnium vitiorum oportet abscondi Apostolo præcipiente: *Nolite ebriari vino, in quo est luxuria. Turon. c. 2.*

## C A P U T VI.

Qui altario deserviant, si subito inflenda carnis fragilitate coruerint, & poenituerint, in potestate Pontificis est non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare, sed altiora officia pon atqueantur. *Ilerd. cap. 5. Raban. cap. 1. de poenit. Burch. lib. 19. cap. 74. Ivo part. 13. cap. 87. decret.*

## C A P U T VII.

Nullus clericorum a subdiacono, & supra, quos uxores in proposta suo accipere inhibetur propriæ, si forte jam habeat, miliceator uxori; quod si fecerit, laica communione contentus, juxta priorum canonum statuta ab officio deponatur. Quem si sciens Episcopus suus in hac vilitate permissionis viventem, ad officium postea admis-serit, & ipse Episcopus ad agendum poenitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus. *Aurel. III. cap. 2.*

## C A P U T VIII.

Nullus Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum extranearum mulierum intra domum præsumat habere solarium, quibus etiam pro utilitate sua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis feminis indicentes similiter prohibemus, ne sub concessa sibi licentia parentalی, ex earum sequipedis memoratorum vita, vel opinio polluantur. Quod si Episcopus nunc vetitis uti subquoadam præsumptione voluerit, anno uno a Metropolitanō, vel a provincialibus suis ab officio suspendatur. *Aurel. V. cap. 3.*

## C A P U T IX.

Si presbyter, diaconus, subdiaconus infantes procreaverit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicet. *Antif. cap. 20.*

## T I T U L U S XIV.

### *VARIE SUSPENSIONES.*

## C A P U T I.

*Q* UI usurarii manifesti oblationem acceperit, *Densur. 6. 3. Greg. IX. cod. tit. c. 2. in 1. coll.* aut Christianæ tradiderit sepulturæ, quæ acceperit, reddere compellatur, donec ad arbitrium sui Episcopi satisfaciat, ab officii sui maneat executione suspenitus. *Alex. III. in concil. Later. cap. 25.*

## C A P U T II.

Cum ex officio teneantur Praelati, non solum arguere, sed etiam increpare, quia etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odiu in multorum incurront, &c. *Can. IX. & c. 4. super excessibus suis quisquam fuerit infamatus si fuerit gravis excelsus, et si non degradetur ab or-di-*

*Lxx. 16. a.* **dine, ab ordinatione tamen amo<sup>r</sup>eatu omnino,**  
quod est secundum Evangelicam sententiam a  
villicatione villicum amoveri, qui non potest  
villicationis suæ dignam reddere rationem, &c.  
**Regulares facilius, & liberius possunt a suis admi-**  
**nistrationibus amoveri. Innoc. III. in concil. ge-**  
**ner. Later. cap. 8.**

*De custod.* **C A P U T III.**  
*eucliar. Gr.* Statuimus in cunctis Ecclesiis, ut chrisma, &  
*bapt. in 4. coll.* Eucharistia sub fidei custodia, Clavibus adhibi-  
tis, conserventur, &c. Si vero is, ad quem spe-  
stat custodia, ea incaute reliquerit, tribus men-  
sibus ab officio suspendatur, &c. *Innoc. III. in*  
*concil. gen. Later. c. 20.*

*De filiis pres-* **C A P U T IV.**  
*bryt. 16. Abo-* Qui filium in Ecclesia, ubi est pater, canoni-  
*lendam. Gr.* care præsumperint, a suis beneficiis suspendan-  
*IX. & c. tur. Innoc. ibid. c. 31.*

*unic. eod. tit.* **C A P U T V.**  
*in 4. coll.* Sane parochialis sacerdos, qui tales conjun-  
*De cland.* ciones (clandestinas) prohibere contempserit,  
*desp. c. 3.* Cum inhibat quilibet alias regularis, qui eis præsumperit  
*bit. Gr. IX.* interesse, per triennium ab officio suspendatur,  
*& c. 1. eod.* gravius puniendus, sicut culpa qualitas postula-  
*tit. in 4. coll.* verit. *Innoc. III. in eodem concil. c. 51.*

**C A P U T VI.**  
Quamquam admonita doctorum, & statuta  
patrum sacerdotes indoctos prohibeant consecra-  
ri, opportuni temporis moderatione, si Episco-  
pus inveniatur indoctus a Metropolitano pro-  
prio, & deinceps sacerdotes, presbyteri, diaconi,  
vel etiam subdiaconi a suo Episcopo, ut doceri  
possint, admoneantur. Interim subjecti sacerdo-  
tes, & tales clerici ad tempus a celebratione divi-  
nae hostiae \*, & officiis suspendantur, ut docti va-  
leant ad debitum ministerium advenire. *Concil.*  
*Rom. sub Eug. II. & Leon. IV. c. 4.*

**C A P U T VII.**  
*23. q. 8. c.* **Si quis post hujus nostræ prohibitionis promul-**  
*33. Pessi-* gationem malo studio, sive odio, sive vindicta ignes  
mam. apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus  
confilium, vel auxilium scienter tribuerit, ex-  
communicetur, & si mortuus fuerit incendiarius,  
Christianæ careat sepultura, nec absolvatur, nisi  
prius damno, cui intrulit, secundum facultatem  
suam resarcito juret, se ulterius ignem non ap-  
positurum. Pœnitentia autem ei detur, ut Jerolo-  
ly. aut in Hispania in servitio Dei per annum  
integrum permaneat. Si quis autem Archiepisco-  
pus hoc relaxaverit, damnum restituat, & per  
annum se ab officio Episcopali abstineat. *Synod.*  
*Rom. sub Joann. II. c. 14. vel 18. Eugen. III. in*  
*concil. Remens. c. 9. al. 15.*

**C A P U T VIII.**  
Clerici non utantur varietate colorum; si  
moniti de hac re infra quadraginta dies non ob-  
temperaverint, Ecclesiasticis beneficiis priventur.  
Episcopi vero, si præfixam pœnam irrogare ne-  
glexerint, quia inferiorum culpæ ad nullos ma-  
gis referenda sunt, quam ad desides, negligentes  
que rectores, tamdiu ab officio Pontificali absti-  
neant, donec pœnam a nobis constitutam clerici  
sibi subjectis imponant, nec eam nisi preceden-

te optima satisfactione, relaxent. *Eugen. III. in*  
*concil. Remens. c. 2.*

### C A P U T IX.

Si presbyter confiteatur ante ordinationem se  
peccasse, non offerat, maneat autem in cæteris  
(muneribus) propter utilitatem, &c. Si vero ne-  
que confiteatur, neque convinci possit, in sua  
ipse est potestate. *Neoc. c. 9. & 10. de diaco-*  
*no. Mart. Brac. c. 25. Rab. c. 1. de pœnit. Burch.*  
*lib. 2. c. 48. & 49. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 18.*  
*& 19. panorm. & part. 6. cap. 149. & 150. decret.*

### C A P U T X.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo per-  
misericordia, ab Episcopis corrigantur, & si qui prio-  
ris gradus elati superbia, communionem fortasse  
contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel  
officium suum implere neglexerint, peregrina eis  
communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia  
correxit, rescripti in matricula gradum suum,  
dignitatemque suscipiant. *Agnth. c. 2. Capitul.*  
*lib. 7. c. 311. Ivo part. 6. c. 366. decret.*

### C A P U T XI.

Qui altario ministrant, &c. ab omni humano  
sanguine, etiam hostili se abstineant, vel duobus  
annis, tam officio, quam communione priven-  
tur, quibus vigiliis, jejuniis, &c. expirant, ita  
officio, vel communioni redditur, sed non ulterius  
ad officia posteriora provehantur. *Ilerd. c. 1.*

### C A P U T XII.

Ubi Episcopus obierit, nullus Episcopus quid-  
quam de rebus Ecclesiæ præter humanitatem  
prælumat auferre. Si fecerit, conventus ab insti-  
tuto Pontifice sine dilatione oblata restituat. Si  
minus anno integro midas facere non præsumat.  
*Aurel. V. c. 8.*

### C A P U T XIII.

Si bis vocatus Episcopus a Metropolitano aut  
mittere, aut venire distulerit, tunc a charitate  
Metropolitanæ sui novit se esse suspensum, do-  
nec ad præsentiam ejus veniens, causa ipsius, de  
qua petitur, reddiderit rationem. Quod si patue-  
rit Episcopum ipsum contra justitiam fatigatum,  
is, qui eum injusta interpellatione pulsavit, an-  
ni spatio a communione Ecclesiastica suspenda-  
tur. *Aurel. V. c. 17.*

### C A P U T XIV.

Quicumque culpabilis inventus clericus, aut  
honoratus de civitate ad monasterium fuerit de-  
putatus, sic Abbas cum illo, qui dirigitur, agat,  
sicut ab Episcopo manifesta correctione fuerit or-  
dinatus, aliter Abbas tempus aliquod suspenda-  
tur. *Narbon. c. 6.*

### C A P U T XV.

Si quis sacerdotum, secundum statuta concilii  
Valentini, ad humanda decadentis Episcopi  
membra venire commonitus, appellantibus cle-  
ricis, distulerit, apud synodum, sive apud Me-  
tropolitanum Episcopum, tempore anni unius  
non habeat faciendi missam, nec communicandi  
omnino licentiam, &c. *Tolet. VII. cap. 3. vid.*  
*Valent. Hispan. c. 4. Burch. lib. 1. c. 216. Ivo*  
*part. 5. c. 330. decret.*

## C A P U T XVI.

*Dif. 33. c. 3.* Communi- Energumeni tamdiu erunt ab officio sui ordine, & loco suspensi, quoisque unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab incursu dæmonum alieni. *Toler. XI. c. 13.* *Burch. lib. 3. c. 72.* *Ivo part. 2. c. 125.* *decret.*

## C A P U T XVII.

Episcopi, qui reliquias portant, non in sellulis vehantur a diaconibus, sed pedibus eant, vel quamdiu in hoc vitio erunt a sacrificando cessabunt. *Brach. III. c. 5.*

## C A P U T XVIII.

Alterius clericum nemo sollicitet, neque fūgentem recipiat, nemo celet, nemo ordinet. Si quis tempore constituto fugitivum non reduxerit, tamdiu excommunicatus sit ipse receptor Episcopus, & remotus a suis officiis, quamdiu fugitivus sub sua potestate fuerit remoratus. *Toler. XIII. c. 11.*

## C A P U T XIX.

Episcopi, qui haecenstantam silentio consenserunt presumptionis perniciem (*loquitur de Episcopis, qui laicos permittebant res omnes monasticas, ut Abbates, libere administrare*) durius arguantur. Et si deinceps istud sine vindicta dimiserint, aut agere in suis parochiis consenserint, tribus mensibus hoc synodali judicio, a misericordia solemniis se abstineant, & suæ tantum Ecclesiæ communione contenti sint. *Meldens. c. 10. ex concil. Holoniens.*

## C A P U T XX.

De clericis ruralibus concubinariis expressus rigor superius observetur, quorum Archidiaconi, si eos in iniquitatibus voluerint confovere, vel eorum dissimulare excessus, sciant ab officio se suspensos; & si in suspensione permanerint, eos præcipimus per Episcopos suos a dignitatibus removeri. *Concil. habitum in Germania sub Conrado Card. c. 3.*

## C A P U T XXI.

Firmiter prohibemus, ne (*Prælatus*) in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas si necesse fuerit, possit probari admonitio, promulgare præsumat, & si Prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorum suum non revocaverit, per mensem ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Card. c. 4.*

## C A P U T XXII.

Quoniam in quibusdam locis Alemaniae fundatores Ecclesiarum, vel hæredes ipsorum potestate abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum Ecclesiasticarum, in quibus jus obtinent patronatus, sibi retinentes ex pacto, representant clericos ad easdem, qui cæca cupiditate ducti, taliter a patronis præsentationem reperunt, officio, beneficioque priventur, &c. Episcopi vero, & Archidiaconi, qui talibus scienter curam animarum commiserint, ab institutione & collatione perpetuo sint suspensi. *Concil. in Germania sub Conrado Card. c. 9. 10. 11.*

T I T U L U S XV.  
*QUI PRESBYTERI CESSARE DEBEANT  
A CELEBRATIONE DIVINORUM.*

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. LVI. quibus adde:

## C A P U T I.

**P**Resbyter, diaconus, clericus in aliena parochia sine licentia Episcopi non sit; si fuerit, amplius non ministret: revocatus ab Episcopo, nisi revertatur, illic ut laicus communicet. *Apost. cap. 15.*

T I T U L U S XVI.  
*COMMUNIA DE SUSPENSIONE.*

## C A P U T I.

**R**eprehensibilis valde consuetudo inolevit, *De appell. c. 26. Gr. IX. & c. 42. in cod. tit. 1. coll.* ut fratres, & coepiscopi nostri, seu etiam Archidiaconi, quos appellaturos in caussis existimant, nulla penitus admonitione præmissa, suspensionis vel excommunicationis in eos ferant sententiam, &c. Statuimus ut nec Prælati, nisi canonica commonitione præmissa suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subjectos, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso genere suo excommunicationis poenam inducat, &c. *Alex. III. in concil. Later. c. 6.*

## C A P U T II.

Ne a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad caussam suam dicendam electorum judicum die statuta litteris evocatus minime occurrerit. *Felix in syn. LXX. Episcoporum ep. 2. ante med. Hadr. ad Episc. Med. c. 5.*

## C A P U T III.

Communio suspensa restituatur demonstranti caussas, quibus id acciderat, jam esse detergas, & profitenti conditiones pacis impletas. *Innoc. ep. 16. in princ.*



In-

# Index Librorum, & Titulorum.

## LIBER PRIMUS. De Actionibus, sive Judiciis.

- Tit. i. *Laws Justitiae.* pag. 359. col. 1.  
 Tit. ii. *De concordia, & amore mutuo, & de reconciliatione dissidentium.* Ibid. 2.  
 Tit. iii. *Ne litigent temere Christiani.* 362. 1.  
 Tit. iv. *Ne Episcopi, & alii clericis litigent sine gravi causa.* Ibid. 2.  
 Tit. v. *Ne Monachi litigent sine gravi causa.* 363. 1.  
 Tit. vi. *De admonitione charitatis ante litem.* Ibid.  
 Tit. vii. *Qualis esse debeat Judge, & de ipsius officio.* Ibid. 2.  
 Tit. viii. *Hæretici, vel infideles non judicent.* 367. 2.  
 Tit. ix. *Ne alieni judicent.* Ibid.  
 Tit. x. *Ne laici de clericis judicent.* 369. 2.  
 Tit. xi. *De judicio Episcopi.* 372. 1.  
 Tit. xii. *Episcopus judicet cum clericis.* Ibid.  
 Tit. xiii. *De judicio Archiepiscopi.* Ibid. 2.  
 Tit. xiv. *De judicio Patriarchæ, vel Primatis.* Ibid.  
 Tit. xv. *De judicio synodi.* Ibid.  
 Tit. xvi. *De judicio Pontificis Maximi.* Ibid.  
 Tit. xvii. *De judicibus inferioribus.* Ibid.  
 Tit. xviii. *Ne minor judicet de majore.* Ibid.  
 Tit. xix. *De judicibus electis.* 374. 1.  
 Tit. xx. *De sanguine non judicent clericis.* 376. 1.  
 Tit. xxi. *Ne in Ecclesiis, vel in atris, vel in domibus Ecclesiarum jus dicatur.* Ibid. 2.  
 Tit. xxii. *Die dominico, & aliis quibusdam judicia ne fiant.* Ibid.  
 Tit. xxiii. *De judicibus delegatis.* Ibid.  
 Tit. xxiv. *De postulando.* 377. 1.  
 Tit. xxv. *De procuratoribus.* 378. 1.  
 Tit. xxvi. *De Notariis.* Ibid. 2.  
 Tit. xxvii. *De sacerularibus negotiis.* Ibid.  
 Tit. xxviii. *Communia de iudicis.* 379. 1.

## LIBER SECUNDUS. De Accusationibus.

- Tit. i. *Ne quisquam sine gravi causa accuset, præsertim Episcopum.* 380. 1.  
 Tit. ii. *De admonitione charitatis ante accusationem.* 383. 1.  
 Tit. iii. *De judge, coram quo fieri debet accusatio.* Ibid. 2.  
 Tit. iv. *Ne minor de majori judicet.* Ibid.  
 Tit. v. *Ne clericis coram Regibus, aut aliis laicis accusentur.* Ibid.  
 Tit. vi. *Sine accusatione nemo damnetur.* 386. 1.  
 Tit. vii. *In provincia fiat accusatio.* Ibid.  
 Tit. viii. *De loco accusationis.* 387. 2.  
 Tit. ix. *De tempore accusationis.* 388. 1.  
 Tit. x. *Quales esse debeant accusatores.* Ibid.  
 Tit. xi. *De calumniatoribus.* 398. 2.  
 Tit. xii. *De citatione.* 400. 1.  
 Tit. xiii. *In accusatione præsentes debent esse accusator, & reus.* 401. 1.

- Tit. xiv. *De libello accusatoris.* 402. 1.  
 Tit. xv. *De inscriptione.* Ibid. 2.  
 Tit. xvi. *De defensione non neganda.* 403. 2.  
 Tit. xvii. *De dilationibus.* Ibid.  
 Tit. xviii. *De reo contumace.* 405. 2.  
 Tit. xix. *De excusatione non comparentis.* 406. 2.  
 Tit. xx. *De desertore accusatore.* 407. 1.  
 Tit. xi. *Ne in locum accusati Episcopi alius substituatur ante damnationem.* Ibid. 2.  
 Tit. xxii. *De correctione.* Ibid.  
 Tit. xxiii. *De damnato.* 409. 1.  
 Tit. xxiv. *Communia de accusationibus.* Ibid. 2.

## LIBER TERTIUS. De restitutione Spoliatorum.

- Tit. i. *De causa possessionis, & proprietatis.* 409. 1.  
 Tit. ii. *De restitutione spoliatorum.* 410. 1.  
 Tit. iii. *De pena illius, qui spoliat.* 413. 2.

## LIBER QUARTUS. De Probationibus.

- Tit. i. *De probationum necessitate.* 414. 1.  
 Tit. ii. *Quales testes esse debeant.* 416. 1.  
 Tit. iii. *De numero testimoniis.* 419. 1.  
 Tit. iv. *De falsis testimoniis.* 420. 1.  
 Tit. v. *Communia de testimoniis.* 421. 1.  
 Tit. vi. *De tormentis.* 422. 1.  
 Tit. vii. *De confessione.* Ibid. 2.  
 Tit. viii. *De expurgatione.* 424. 1.

## LIBER QUINTUS. De Sententia, & Appellationibus.

- Tit. i. *Non valet sententia prolatæ a non judge.* 426. 1.  
 Tit. ii. *Ante sententiam nemo deseratur a suis.* 427. 1.

- Tit. iii. *De discordia judicium.* Ibid.  
 Tit. iv. *Ne episcopatus alius situr Episcopo ante sententiam.* Ibid. 2.

- Tit. v. *De executione sententie.* Ibid.  
 Tit. vi. *Communia de sententiis.* 428. 1.

## LIBER SEXTUS. Pars Posterior de Appellationibus.

- Tit. i. *A quibus appellare non licet.* 430. 1.  
 Tit. ii. *Appellatur ab omnibus ad Pontificem Maximum.* Ibid. 2.

- Tit. iii. *De appellatione ad Synodum.* Ibid.  
 Tit. iv. *De appellatione ad Patriarchas, & Primates.* Ibid.

- Tit. v. *De appellatione ad Archiepiscopos.* Ibid.  
 Tit. vi. *De appellatione ad Episcopos, & alios judices.* Ibid.

- Tit. vii. *Communia de appellationibus.* 431. 1.

## LIBER SEPTIMUS. De criminibus contra Deum.

- Tit. i. *De peccatis, eorumque gravitate.* 432. 1.  
 Tit. ii. *De idololatria, & apostasia.* 434. 2.

- Tit. iii. *De paenit., quæ sunt hæreticis constitutæ.* 436. 1.

- Tit. iv. *De servantibus traditiones gentilium, & de superstitionis.* 438. 2.  
 Tit. v. *De auguriis, & aliis divinationibus generibus.* 441. 1.

Tit. vi.

<i>Tit. vi. De perjurio.</i>	443. 2.	<i>Pars i. De monachis, &amp; virginibus, qui castitatis votum violarunt.</i>	Ibid.
<i>Pars ii. De poena illius qui pejeravit.</i>	445. 1.	<i>Pars ii. De Episcopis, presbyteris, diaconibus, &amp;c. lapsis a castitate.</i>	495. 2.
<i>Pars iii. Varia de jurejurando, &amp; de perjurio.</i>	447. 2.	<i>Pars iii. De incestu inter consanguineos.</i>	496. 2.
<i>Tit. vii. De blasphemia.</i>	449. 1.	<i>Pars iv. De incestu inter cognatos spirituales.</i>	498. 2.
<i>Tit. viii. De simonia.</i>	Ibid. 2.	<i>Pars v. De adulterio.</i>	499. 1.
<i>Pars i. De eo, qui emit, aut vendit sacramenta.</i>	Ibid.	<i>Pars vi. De raptoribus foeminarum.</i>	503. 2.
<i>Pars ii. De eo, qui emit, aut vendit Beneficia Ecclesiastica.</i>	450. 1.	<i>Pars vii. De concubitu cum hominibus, &amp;c. brutis.</i>	505. 1.
<i>Pars iii. De eo, qui emit, aut vendit res spirituales.</i>	451. 1.	<i>Pars viii. De stupro, &amp; simplici fornicatione, aliisque peccatis ad luxuriam pertinentibus.</i>	506. 2.
<i>Tit. ix. De sacrilegio.</i>	452. 1.	<i>Pars ix. De illo, qui nefarias nuptias ignorans contraxit.</i>	508. 2.
<i>Pars i. De iis, qui rebus sanctis non habent honorem.</i>	Ibid.	<i>Tit. v. De superbia.</i>	509. 1.
<i>Pars ii. De iis, qui res sacras, aut ecclesiasticas surripiunt.</i>	454. 1.	<i>Tit. vi. De avaritia.</i>	510. 2.
<b>L I B E R   O C T A V U S .</b>			
De criminibus contra Proximum.			
<i>Tit. i. De homicidio.</i>	456. 1.	<i>Tit. vii. De invidia.</i>	513. 1.
<i>Pars i. De iis, qui sibi vitam eripuerunt, aut membrum aliquod abscederunt.</i>	Ibid.	<i>Tit. viii. De negligentia.</i>	514. 1.
<i>Pars ii. De eo, qui patrem, filium, unorem, aut alios hujusmodi interficit.</i>	457. 1.	<i>Tit. ix. De mendacio.</i>	515. 1.
<i>Pars iii. De iis, qui foetus necant.</i>	458. 1.	<i>Tit. x. De variis prohibitis.</i>	Ibid. 2.
<i>Pars iv. De his, qui Episcopo, Presbytero, &amp;c. mortem afferunt, aut vulnus infligunt, aut gravem aliquam injuriam faciunt.</i>	Ibid. 2.	<b>L I B E R   D E C I M U S .</b>	
<i>Pars v. De iis, qui servos occidunt.</i>	463. 1.	De excommunicatione.	
<i>Pars vi. De variis homicidiis.</i>	Ibid.	<i>Tit. i. Ut quis juste excommunicetur a iudice, necessaria est causa justa, &amp;c. admonitio.</i>	516. 1.
<i>Pars vii. De Bello.</i>	468. 1.	<i>Tit. ii. Ne quisquam communicet cum excommunicato, &amp; qui communicat, luat poenas.</i>	518. 1.
<i>Pars viii. De tornamentis, seu singulari certamine.</i>	470. 2.	<i>Tit. iii. De quibusdam, qui possunt communicare cum excommunicatis.</i>	523. 1.
<i>Pars ix. De illo, qui inimicities gerit cum alio.</i>	Ibid.	<i>Tit. iv. De excommunicatis, qui excommunicationem, aut alias censuras contemnunt.</i>	Ibid. 2.
<i>Tit. ii. De proditoribus, perfugis, fugitivis, &amp;c. de iis, qui contra superiores conjurant.</i>	471. 1.	<i>Tit. v. Quibus rebus privantur excommunicati.</i>	524. 2.
<i>Tit. iii. De beneficis.</i>	474. 1.	<i>Tit. vi. Excommunicationes contra apostatas, &amp; contra eos, qui idololatrarum ceremonias servant, aut illis favent.</i>	526. 1.
<i>Tit. iv. De incendiariis.</i>	Ibid. 2.	<i>Tit. vii. Anathema contra hereticos.</i>	Ibid.
<i>Tit. v. De seditionis.</i>	Ibid.	<i>Tit. viii. De hereticis etiam post mortem anathematizandis.</i>	Ibid.
<i>Tit. vi. De usura.</i>	475. 1.	<i>Tit. ix. Excommunicationes contra eos, qui hereticis aliquo modo favent.</i>	Ibid.
<i>Tit. vii. Ne quisquam pauperibus, aut mensuris inegalibus utatur.</i>	477. 1.	<i>Tit. x. Excommunicationes contra eos, qui novum symbolum componunt.</i>	527. 1.
<i>Tit. viii. De turpi lucro.</i>	Ibid. 2.	<i>Tit. xi. Excommunicationes contra eos, qui servant ceremonias Iudeorum, aut cum eis conjunctissime vivunt, aut quomodocumque eis favent in rebus prohibitis.</i>	Ibid. 2.
<i>Tit. ix. De furto &amp; rapina, maxime rerum Ecclesiae.</i>	479. 2.	<i>Tit. xii. Excommunicationes contra eos, qui favent Saracenis, aut piratis.</i>	Ibid.
<i>Tit. x. De iis, qui res naufragorum diripiunt.</i>	483. 1.	<i>Tit. xiii. Excommunicationes contra schismaticos, &amp; contra eos, qui Pontifici Maximo, &amp; aliis Episcopis superbe resistunt.</i>	528. 1.
<i>Tit. xi. De piratis.</i>	Ibid.	<i>Tit. xiv. Excommunicationes contra augures, &amp; ariolos, &amp; contra eos, qui hujusmodi homines consulunt.</i>	529. 1.
<i>Tit. xii. De iis, qui nummos adulterant.</i>	Ibid. 2.	<i>Tit. xv. Excommunicationes contra eos, qui rebaptizant, aut rebaptizandi opus bonum esse credunt, aut extra</i>	
<i>Tit. xiii. De eo, qui sepulchra violavit.</i>	Ibid.		tem-
<i>Tit. xiv. De crimine falso.</i>	Ibid.		
<i>Tit. xv. De detractoribus.</i>	485. 1.		
<i>Tit. xvi. De libellis famosis.</i>	489. 1.		
<i>Tit. xvii. De scandalo.</i>	Ibid.		
<i>Tit. xviii. De variis injuriarum generibus.</i>	490. 1.		
<b>L I B E R   N O N U S .</b>			
De criminibus contra se.			
<i>Tit. i. De alea.</i>	491. 1.		
<i>Tit. ii. De ludis, &amp; jocis immoderatis.</i>	Ibid.		
<i>Tit. iii. De gula, &amp; ebrietate.</i>	492. 2.		
<i>Tit. iv. De luxuria.</i>	494. 2.		